Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
D
32
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATUS
DE RE PAROCHIALI

In duas Partes diviſus.

PARS ALTERA.

180
J
10

Digitized by Google

TRACTATUS
DE
RE PAROCHIALI

IN DUAS PARTES DIVISUS,

APPENDICE AD PRIMAM PARTEM, ET INDICE

Rerum, ac Verborum notabilium, quæ in Tractatu, & in Appendice continentur, locupletatus.

OPUS


Epiſcopis, eorumque Vicariis, Parochis, cæteriſque Animarum Curatoribus, ac Beneficiatis, nec non Judicibus, Cauſarum Patronis, aliiſque in Eccleſiaſtico Foro verſantibus apprime utile, ac neceſſarium.

AUCTORE

FRANCISCO ANTONIO RECLUSIO TAURINENSI

Seu Buttilieriæ Aſtenſis Presbytero, ac J. U. D.

PARS ALTERA.



ROMÆ MDCCLXXIII.

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS GENEROSI SALOMONI

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

AUCTOR
AD LECTOREM.

IN primo Titulo hujus ſecundæ Partis Tractatus *De Re Parochiali* num. 79., diximus Dedicationem Baſilicæ Lateranenſis, ſeu Sanctiſſimi Salvatoris, velut matricis cæterarum Urbis, & Orbis Eccleſiarum, fieri ubique cum Octava, non vero illam Baſilicæ Vaticanæ, ſeu SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. Illud adverbium: *ubique*: non eſt a Te, Lector humaniſſime, extendendum ad univerſum Orbem catholicum, ſed intra Romanam Urbem, totumque ejus diſtrictum debet neceſſario contineri; quemadmodum melius oſtenditur in Indice generali Rerum, & Verborum notabilium ſub *litt.B. verbo* Baſilica *pag.*287. *col.*1. ubi ita legitur: *Illius Dedicatio ſit a Clero ſæculari cum Octava in Urbe Romana, totoque ejus diſtrictu*.

In fine *Appendicis* ad primam Partem hujus Tractatus, quæ impreſſa legitur in hoc ſecundo Volumine *a pag.* 221. *uſque ad* 280. habes emendationes errorum aliquot notabiliorum, qui in eamdem primam Partem irrepſerunt. In præd. *Appendice* inſeruntur varia ex iis, quæ ultimis hiſce temporibus prodierunt ex ſacris præſertim Romanæ Urbis Tribunalibus, atque Congregationibus, ad Parochialium Eccleſiarum matricitatem, reſtaurationem, unionem, ac diſmembrationem pertinentia.

Abſit autem a nobis ſuprema illa rerum noſtrarum fiducia, qua credamus hoc Opus ita dici poſſe perfectum, & abſolutum, ut nil omnino amplius ſuperaddi, nihilque, unde majus lumen accedat, inveniri valeat. Nam, præter-

terquam quod ſola opera perfecta ſunt Dei Optimi Maximi, facientis omnia in ſapientia, cujus non eſt numerus, *Gen.* 1., *Pſal.* 103. 24., & 146. 5., *Eccli.* 39. 21., non erubeſcimus fateri, illud eſſe imperfectum; blandiri tamen poſſumus, nos aliis fore incitamento, ut de eodem argumento acuratius ſcribant. In præſtantibus rebus, juxta *Cicer. de Orat. perf.*, deſperandum non eſt: nam ſunt optima, quæ ſunt optimis proxima, & prima ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis, tertiiſque conſiſtere. Interea liceat nobis cum quodam Poeta hiſce verbis concludere:

. . . . cuncta legenti
Forſitan occurret vacuas, quod mulceat aures;
Pœniteatque minus ſuſcepti in fine laboris.

AP-

APPROBATIONES CENSORUM

Pro editione hujus ſecundæ Partis Tractatus de Re Parochiali.

APPROBATIO I.

De re Parochiali quamvis ſcripſerint plures, hactenus tamen nemo materiam ita tractavit ut nil deeſſe videatur. Id vero præſtitit Franciſcus Antonius Recluſius Taurinenſis in Opere, quod *De re Parochiali* inſcripſit, & in duas partes diviſit: quarum alteram ego ita jubente Reverendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici attentiſſime legi, nilque in ea deprehendi vel noſtræ Religionis dogmatibus, vel regulis morum contrarium, quinimo ſum admiratus ſummum clariſſimi Auctoris ſtudium, accuratumque judicium. Quantum igitur in me eſt, cenſeo hanc alteram partem ad Operis perfectionem quam citiſſime bono publico typis committendam eſſe. Dabam ex ædibus meis die 28. Septembris 1772.

Franciſcus Mazzei in Romana Curia Advocatus.

APPROBATIO II.

Ut primam Partem hujus Operis *De re Parochiali* Cel. Viri Franciſci Antonii Recluſii Taurinenſis, demandante Rmo P. Magiſtro S. Palatii Apoſtolici, jam & vidi, & probavi; Ita ſecundam hanc, quam hiſce diebus magna cum voluptate perlegi, dignam luce publica exiſtimo, ut nec Catholicæ Fidei, nec optimis moribus repugnantem, immo Eccleſiaſticis omnibus perutilem; quare &c. Ex Bibl. Alexandrina Archigymnaſii Romani IV. Idus Novembris MDCCLXXII.

Proſper Petronius ejuſdem Bibliothecæ Cuſtos, & Arcadiæ Pro-Cuſtos Generalis.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jordanus Archiep. Nicomed. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ord. Præd. S. P. A. Magiſter.

INDEX

Digitized by Google

INDEX TITULORUM

Qui in hoc ſecundo Volumine continentur, videlicet.

IN PARTE ALTERA.

Tit. I. DE *Conſecratione Parochialium Eccleſiarum.* Pag. 1
II. *De Conſecratione Altarium.* 51
III. *De Conſecratione Cœmeteriorum.* 94
IV. *De Conſecratione Rerum Eccleſiaſticarum.* 118
V. *De Viſitatione Parochialium Eccleſiarum.* 161

IN APPENDICE AD I. PARTEM.

Tit. V. DE *Matricitate Parochialium Eccleſiarum.* Pag. 221
IX. *De Reſtauratione, Reædificatione, Redotatione Parochialium Eccleſiarum.* 234
XI. *De triplici Unione Parochiarum.* 251
XII. *De Diviſione, ſeu Diſmembratione Parochiarum.* 273

DE

DE
RE PAROCHIALI
PARS ALTERA

TITULUS PRIMUS
De Conſecratione Eccleſiarum Parochialium.

SUMMARIUM.

1 *Conſecrationes locorum ad Eccleſias, Altaria, & Cæmeteria reducuntur.*

2 *Conſecratio Eccleſiarum eſt opus ſacrum, quod ſolemni ritu, precibus, aliiſque ab Eccleſia præſcriptis actionibus, Epiſcopali miniſterio perficitur.*

3 *Ritus, & uſus conſecrandi Eccleſias antiquiſſimus eſt, utpote e veteri in novum Teſtamentum, atque ab Apoſtolis in eorum Succeſſores tranſlatus.*

4 *Quo primum tempore proceſſerint multiplices a Romano Pontificali præſcripti Dedicationum uſus, ignoratur.*
Illorum tamen vetuſtas, & plurima myſteria, quibus referti ſunt, ab omnibus admittuntur. Ibidem.

5 *Tales ritus ab Eccleſia præſcripti, reverenter accipi, & fideliter ſervari debent.*
Traditur formula Dedicationis Templorum Gentilium. Ibid.

6 *Miniſter ordinarius Conſecrationis Eccleſiarum eſt Epiſcopus diœceſanus*, & n:8.
Delegare tamen eum nequit, qui Epiſcopali charactere non eſt inſignitus, ſub d. n.6.

7 *Excipe Summum Pontificem, qui poteſt delegare in Miniſtrum extraordinarium ſimplicem etiam Sacerdotem.*
Adhibere hic tamen debet oleum benedictum ab Epiſcopo. Ibid.

9 *Argumentum diſſolvitur petitum* a Sydonio, *qui inconſulto Ordinario Eccleſiam Ruthenorum conſecravit.*
A particularibus ad univerſalia non valet argumentum. Ibidem.

10 *Lex aliquid præſcribens, tacitam continet conditionem, ſi ita, quemadmodum præſcribitur, illud valet adimpleri.*

11 *Sacramentum extremæ Unctionis a proprio Parocho miniſtrari privative debet.*
Limitatur concluſio. Ibidem.

Tom. II. A 12 *Sa-*

Digitized by Google

12 *Sacramentum Matrimonii miniſtrari debet a proprio Parocho coram duobus, aut tribus teſtibus: ſecus ipſo jure nullum eſt.*

Limitatur concluſio. Ibid.

13 *Antiquitus Epiſcopi conſecrare non poterant proprias Eccleſias ſine licentia Pontificis.*

14 *Secus vero hodiernis temporibus.*

15 *Summus Pontifex per ſe, vel per ſuum Delegatum conſecrare poteſt quaſcumque Eccleſias in qualibet diœceſi, etiam irrequiſito Ordinario.* & n.17.

Res exemplis illuſtratur. Ibidem, & n.19.

16 *Olim Metropolitani conſecrare poterant Eccleſias ſuorum Suffraganeorum, non tamen iſti ſine illorum licentia,*

18 *Rodulphus Glaber* lib.2. ſuæ hiſtor. cap.2. *narrans Gallicanos Antiſtites fuiſſe conqueſtos de Conſecratione Eccleſiæ facta a Pontificio Delegato, reprobatur.*

20 *Epiſcopo injuſte recuſante Conſecrationem Eccleſiæ, poſſunt Regulares adire quemcumque Catholicum Antiſtitem.*

21 *Moniales Ennetacenſes poſſunt adire quemcumque Catholicum Antiſtitem, proprio irrequiſito, pro Conſecratione Eccleſiæ.*

Privilegium tamen adeundi quemlibet Catholicum Antiſtitem pro d. Conſecratione, non tribuit territorium ſeparatum, & juriſdictionem in Clerum, & populum. Ibid.

22 *Antiquitus præter Eccleſias ſolebant* Baptiſteria *conſecrari.*

23 *Cappellæ, ſeu Oratoria privata, conſecrari nequeunt.*

24 *Epiſcopus antea quam Eccleſiam conſecret, plura debet diligenter obſervare.*

25 *Debet certior fieri, an Eccleſia conſecranda, ſit ſufficienter dotata.*

26 *Secus eam nequit conſecrare,*

27 *Tenetur Fundatorem, ejuſve hæredes cogere ad congruam dotis aſſignationem.*

28 *Si Epiſcopus ſine dote Eccleſiam conſecraverit, & Fundator, ejuſve hæredes non ſint ſolvendo, datur actio contra eumdem.*

29 *Tenetur autem d. Eccleſiam de proprio dotare.*

30 *Epiſcopus non debet Eccleſiam conſecrare, ſi ii, ad quos ſpectat, id jure impediunt.*

31 *Verſamur enim in materia, quæ ab Epiſcopi officio, ac poteſtate dependet, non vero ad illius ſolum honorem dirigitur.*

32 *Eccleſiarum præſertim Cathedralium, Conventualium, & Parochialium conſecratio a ſacris Canonibus, & a Conciliis præſcribitur.*

33 *Eccleſiarum tamen Conſecratio non eſt recenſenda inter abſolute neceſſaria.*

34 *Sufficit, quod ſit Eccleſia benedicta, & Miſſa celebratio peragatur.*

35 Ec-

Digitized by Google

35 *Eccleſia benedicta fruitur iiſdem privilegiis, quibus conſecrata.*
36 *Rejiciuntur Doctores aſſerentes, Eccleſiam præcipue conſecrari, ut ad eam confugientes ſalventur.*
37 *Eccleſia benedicta, licet non conſecrata, fruitur eodem immunitatis privilegio.*
38 *Epiſcopus nequit Eccleſiam conſecrare, ſi alicui noceatur.*
39 *Poſt conſecrationem non datur locus demolitioni.*
40 *In terminis novi operis nunciationis, contradicente Parocho, aliove, datur facultas conſtruendi Eccleſiam cum clauſula*: Dummodo interim non confecretur.
41 *Eccleſia non debet conſecrari tempore interdicti.*
42 *Redduntur rationes*, & n.43.
44 *Si corpora mortuorum fidelium reperiuntur ſub Altari majori, vel ſub loco Confeſſionis, debet Epiſcopus ante conſecrationem curare, ut alio in loco decenter tumulentur.*
45 *Eccleſia, in qua cadaver infidelis humatum fuit, non debet conſecrari, anteaquam exhumetur, projiciatur, & parietes mundentur.*
46 *Nomine infidelis intelligitur non baptizatus.*
47 *Item hæreticus, ſchiſmaticus, & excommunicatus &c.*
48 *Requiritur, quod publice ſint denunciati, & nullum pœnitentiæ ſignum dederint.*
49 *Eccleſia conſecrari olim debebat diebus tantum Dominicis,*
50 *Hodie vero poteſt quocumque die, ac tempore conſecrari.*
51 *Decentius tamen fit die feſtivo, ac ſolemni.*
52 *Conſecratio Eccleſiæ fieri poteſt ab uno, vel pluribus Epiſcopis.* & n.55.
53 *Primus modus ordinarius dicitur, alter vero ſolemnis.* & num.54.
56 *Abbas, vel ſimplex Sacerdos a Pontifice delegatus, nequit cum Epiſcopo Eccleſiam conſecrare.*
57 *Epiſcopi tamen, & Abbates poſſunt ſimul convenire ad Sacerdotis degradationem.*
58 *Epiſcopi ſimul conſecrantes Eccleſiam, poſſunt inter ſe partiri munus benedicendi, & ungendi cruces.*
59 Pax Jordan. *reprehenditur, & ſacra C. R. explicatur.*
60 *In conſecratione Eccleſiæ peragi debet Miſſæ celebratio.*
61 *Non eſt tamen de neceſſitate: unde vel a Conſecratore, vel ab alio id perfici poteſt.*
Limita, ſi talis celebratio per ſe ipſum præcipiatur. Ibidem, & ſub n.69. in fine.
62 *Olim Epiſcopi juriſdictioni ſubjiciebatur Eccleſia conſecrata, niſi juri ſuo primum ceſſiſſet.*
63 *Poſt conſecrationem conceditur Indulgentia unius anni illam viſitantibus in ipſo conſecrationis die, & 40. dierum illam viſitantibus in anniverſario.*
Exemplo res illuſtratur. Ibid.
64 *Antiquitus Epiſcopi concedere pote-*

poterant Indulgentias etiam plenarias.

Hodie excedere nequeunt ſum. prad. numerum, ſive ab uno, ſive a pluribus Eccleſia fuerit conſecrata. Ibid.

65 *Diſſolvuntur objecta.*

66 *Olim Epiſcopi abſentes concedebant Indulgentias occaſione conſecrationis Eccleſiæ, vel aliis in caſibus*, & n.67. *ubi res exemplis illuſtratur.*

68 *Summus Pontifex in conſecratione Eccleſiæ per ſe, vel per ſuum Delegatum concedere poteſt Indulgentias, quas maluerit*, & n.69. *ubi datur exemplum.*

70 *Eccleſia Cathedralis habet jus præcipuum celebrandi Feſtum Dedicationis.*

Debet hæc ſolemnitas ſingulis annis peragi eo die, quo venerit. Ibidem, *ubi res exemplo illuſtratur.*

71 *Translatio feſti debet fieri ipſo die conſecrationis.*

72 *Solemnitas Dedicationis Eccleſiæ* S.M. *ad Martyres, eo ipſo die conſecrationis* a S. Bonifacio IV. *habitæ celebrabatur.*

73 *Sed* Gregorius IV. *illam tranſtulit ad primum diem Octobris. Unde originem habuit Feſtum omnium Sanctorum.*

Benedictus XIV. *Solemnitatem Dedicationis Eccleſiæ ſancti Apollinaris tranſtulit ad* 21. *Octobris.* Ibid.

74 *Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis fieri debet in Civitate cum Octava, & in diœceſi ſine Octava, vel ſub ritu duplici primæ claſſis, vel ſub duplici minori.*

75 *Regulares, & Moniales tenentur d. Feſtum celebrare ſub ritu duplici ſecundæ claſſis, & ſine Octava.*

76 *Clerus Civitatis, vel Oppidi non tenetur recitare Officium, & perficere Octavam Dedicationis Eccleſiæ Collegialis, aut Parochialis, quamvis Matricis.*

Datur limitatio. Ibid.

77 *Solemnitas Dedicationis cum Octava ſuppeditat argumentum ad probandam matricitatem ſuper reliquas Eccleſias.*

78 *Baſilica Lateranenſis eſt Caput, & Mater Eccleſiarum Urbis Romanæ, & Orbis.*

79 *Illius Dedicatio fit ubique cum Octava, non autem illa Baſilicæ Vaticanæ.*

80 *Eccleſia ſemel conſecrata non poteſt denuo conſecrari.*

Amplia etſi fuerit conſecrata per manus Sanctorum, vel Angelorum. Ibid. *ubi res exemplo illuſtratur.*

81 *Limitatur præd. Concluſio variis in caſibus.*

82 *Primo, quando conſtat de conſecratione facta abſque debita materia, & forma.*

83 *Ariani alii utuntur debita materia, & forma; alii non item.*

84 *Secundo, quando facta fuit ab eo, qui non erat inſignitus Epiſcopali Ordine, nec munitus Apoſtolico privilegio.*

85 *Prior*

85 *Prior enim actus non ſolum illicitus fuit, ſed invalidus.*

86 *Ordinatus ab aliquo non habente Ordinem Epiſcopalem, iterum debet ordinari.*

87 *Ordinatio nulla non poteſt per Apoſtolicam approbationem convalidari, & ſanari, ob vitium intrinſecum; ſecus Eccleſiæ conſecratio.*

Simplex Sacerdos ex privilegio Apoſtolico conferre poteſt Ordines minores, & Confirmationem. Ibid.

88 *Conſecratio Eccleſiæ ab extraneo Epiſcopo facta ſine delegatione Pontificis, vel licentia Ordinarii, illicita eſt, ſed valida.*

Subjacet autem interdicto talis Eccleſia; Ibidem.

89 *Tertio, quando revera ambigitur, an Eccleſia fuerit conſecrata.*

90 *Conſecratio eſt quid facti; unde deficientibus probationibus iterum poteſt Eccleſia conſecrari.*

91 *Amplia ad excluſionem præſumptionis favore etiam Cathedralis, aut Parochialis Eccleſiæ.*

92 *Ubi lex non diſtinguit, nec à nobis eſt diſtinguendum.*

93 *Probatur conſecratio Eccleſiæ ex authenticis libris, ſcripturiſque de hac teſtantibus, tum ex litteris, ſeu monumentis in marmore, pariete, vel alibi inciſis, aut exaratis.*

Conſecrationis Eccleſiæ miraculoſa apparitio in illius frontiſpicio. Ibid. §. Huic.

94 *Item ex teſtibus fide dignis; immo ex unico teſte omni exceptione majore.*

95 *Tum ex Anniverſario feſto dedicationis, & ex recitatione proprii Officii a Clero ejuſdem Eccleſiæ fieri ſolita.*

96 *Quando conſtat de Eccleſiæ conſecratione, non vero de die, poteſt Epiſcopus Feſtum, & Officium pro certa die perſolvendum determinare.*

97 *Item probatur Conſecratio ex communi fama.*

98 *Fama in antiquis, ubi agitur de nullius præjudicio, plenam, aut ſemiplenam probationem conſtituit.*

99 *Multo magis, quando eſt qualificata ab aliis conjecturis, & adminiculis.*

100 *Probatur inſuper ex Crucibus in pariete depictis, aut ſculptis.*

101 *Nil refert, ſi duodecim Cruces non appareant.*

102 *Si Cruces exiſtant, ſuppeditant argumentum peractæ Conſecrationis; ſi vero deficiant, nequeunt ſubminiſtrare argumentum negativum.*

103 *Quamvis hodie inungi debeant, & figi duodecim Cruces, non tamen conſtat, quo primum tempore mos inoleverit figendi bujuſmodi Cruces.* Ibidem, & n. 104.

105 *Quarto conſecrari iterum poteſt Eccleſia, quando fuit execrata: quod variis modis contingit.*

106 *Exe-*

106 *Execratur Eccleſia quando univerſa, vel major pars exuſta fuit.*

107 *Item ſi in totum, vel pro majori parte deſtruatur.*

108 *Baſilica Lateranenſis a D.* Silveſtro *dedicata, iterum a* Benedicto XIII. *conſecratur*: Et quare, ac ſub num. 118.

109 *Tum etiam, ſi a primo lapide reædificetur, vel parietibus tantum renovetur.*

110 *Limita ſi tectum corruerit, vel data opera fuerit ſublatum, novumque ſuper inducatur, veteribus parietibus extantibus.*

Conſecratio Eccleſiæ non in tecto, ſed in parietibus, ſeu illorum ſuperficie, & cruſtis conſiſtit; Ibidem, & ſub num. 115.

111 *Pari modo execratur, ſi Eccleſiæ parietes non uno tempore, ſed per partes diverſiſque temporibus fuerint ædificati, ita ut Eccleſia dici revera poſſit renovata.*

112 *Eadem Eccleſia fictione juris adhuc cenſetur.*

113 *Fallit in præſenti caſu, cum in re ſpirituali non fictio ſed veritas attendatur.*

Quando actus poteſt intelligi ſecundum fictionem, & veritatem, ſola veritas eſt attendenda. Ibidem.

114 *Similiter execratur ſi ignem, aliudve ſimile paſſa fuerit, ſed adhuc integra, vel major pars remaneat, atque conſiſtentibus parietibus detractæ fuerint cruſtæ, ſejunctique lapides.*

115 *Nec non, ſi Eccleſia pro majori parte amplietur, multoque magis ſi in totum*: Et num. 117. *ubi res exemplis illuſtratur.*

116 Carolus Rezzonicus *S.R.E. Card. Camerarius primarium lapidem benedixit, impoſuitque pro conſtructione amplioris Presbyterii in Parochiali Eccleſia SS. Martyrum Vincentii, & Anaſtaſii de Urbe.*

118 *Execratur quoque ſi notabiliter reſtauretur cum excruſtatione, vel lapidum ſejunctione.*

Poſt novam Conſecrationem *Eccleſia poteſt Officium novæ dedicationis annecti illi diei, cui prius erat annexum*: Ibidem, *ubi objecta ſolvuntur, & res exemplis illuſtratur.*

119 *Non tamen execratur Eccleſia, ſi abſque excruſtatione, vel ſejunctione lapidum ſimpliciter reſtauretur, nempe dealbetur, nobilioremque in formam redigatur.*

Datur ratio, reſque exemplo illuſtratur: Ibidem.

120 *Eccleſia polluta non eſt denuo conſecranda, ſed tantum benedicenda.*

121 *Polluitur quatuor modis.*

122 *Primo, per luxurioſam humani ſeminis effuſionem.*

123 *Debet eſſe voluntaria, notoria, & intra Eccleſiam.*

124 *Secundo, per injurioſam humani*

Digitized by Google

mani ſanguinis effuſionem, vel per homicidium,

125 *Homicidium ſumitur indiſcriminatim, ſive factum fuerit cum ſanguinis effuſione, ſive abſque illa.*

126 *Redditur ratio.*

127 *Amplia non obſtante diverſitate ſexus, conditionis, & qualitatis perſonæ.*
Si Martyrium in Eccleſia committatur, actio eſt Deo, atque loco injurioſa, ſed paſſio eſt Deo grata. Ibidem.

128 *Unde non ratione ſanguinis, ſed actionis Eccleſia polluitur.*

129 *Locus, qui fuit Martyris ſanguine aſperſus, non debet lavari.*

130 *Referuntur exempla Sanctorum Martyrum in Eccleſia occiſorum.* Et ſub n. 131.

131 *Probabilius eſt, D. Wenceslaum fuiſſe Martyrio donatum extra Eccleſiam, ſeu in Eccleſiæ veſtibulo.*
Scriptori coævo, vel coævum proferenti monumentum, fides eſt adhibenda: Ibidem.

132 *Amplia ſecundo, ſive quis vulneretur, aut occidatur a ſe ipſo, ſive ab alio.*

133 *Redditur ratio.*

134 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*

135 *Nemo poteſt ſe ipſum occidere, vel vulnerare:* Atque Plinii *ſententia damnatur.*

136 *Debet effuſio ſanguinis eſſe notabilis, notoria, & intra* Eccleſiam. Et num. 144.

137 *Modica effuſio non polluit.*

138 *Verbum* effuſio *largitatem oſtendit,*

139 *Quæ vero effuſio ſit notabilis, vel modica ad prudentem Judicem ſpectat definire.*

140 *Quando effuſio non eſt publica, e xitu inſpecto, perinde eſt ac ſi Eccleſia non fuerit polluta.*

141 *Secuta divulgatione, requiritur reconciliatio.*

142 *Amplia etſi Miſſa fuerit ibidem celebrata, ut male nonnulli autumant.*

143 *Redditur ratio.*

145 *Eccleſia non polluitur, ſi effuſio ſanguinis, vel homicidium ſequatur in Secretario, vulgo Sacriſtia, in chryptis, aliiſque ſimilibus locis, ſi ſupra tectum, in turri campanaria, in gradibus Eccleſiæ, vel ſimili.*

146 *Amplia, etſi extra Eccleſiam vulneratus ad illam confugiat, ibique ſanguinem emittat, aut moriatur.*

147 *Polluitur tamen ſi delinquens ſit extra Eccleſiam, dummodo effuſio, vel homicidium in illa ſequatur.*

148 *Talis delinquens non fruitur immunitate.*

149 *Si exiſtens in Eccleſia vulneret, vel occidat exiſtentem extra illam, Eccleſia non polluitur.*

150 *Talis delinquens non fruitur immunitate.*

151 *Si impediatur, ne ſanguis vulnerati in Eccleſia in terram decidat, Eccleſia tamen polluitur.*

152 *Reprehenduntur Doctores tenentes, Eccleſiam non pollui ſi vul-*

ſi vulneratus exeat anteaquam effluat ſanguis.

153 *Tertio polluitur per ſepulturam Cadaveris infidelis, ſeu nondum baptizati, vel hæretici, ſchiſmatici, excommunicati, publice evitandi, & publici percuſſoris Clerici*, & num. 157.

154 *Limita in Cathecumeno.*

156 *Secus vero in puero nondum baptizato, e ventre Matris evulſo.*

156 *Quarto polluitur ſi conſecrata fuerit ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato publice vitando, & ſimilibus.* Et num. 157.

158 *Effectus indicantur violationis Eccleſiæ.*

159 *Parochus poteſt adminiſtrare Sacramentum Baptiſmi in Eccleſia polluta.*

160 *Sacerdos ſcienter celebrans in Eccleſia polluta non incurrit irregularitatem.*

161 *Si contingat Eccleſiæ pollutio dum Sacerdos celebrat, debet ſe abſtinere a Miſſa, conſecratione nondum facta.*

162 *Reconciliatio Eccleſiæ pollutæ conſecratæ, poteſt a ſolo Epiſcopo peragi.*

163 *Non poteſt ab eo deputari non habens Ordinem Epiſcopalem.*

164 *Fallit in Pontifice.* Et numer. 170.

165 *Debet Sacerdos a Pontifice delegatus uti aqua per Epiſcopum benedicta cum vino, & cinere*: Et num. 176.

167 *Tali privilegio fruuntur Canonici Baſilicæ Vaticanæ, nempe Prior, Altariſta, & Decanus.*

168 *Reconciliatio pollutæ Eccleſiæ benedictæ, fieri de jure poteſt a ſimplici Sacerdote abſque delegatione Epiſcopi.*

169 *Talis reconciliatio fieri poteſt a Vicario Capitulari.*

171 *Reconciliatio pollutæ Eccleſiæ conſecratæ facta a ſimplici Sacerdote abſque Indulto Pontificio, ſuſtinetur, ſi illam Pontifex ratam habuerit.*

172 *Ratihabitio Mandato æquiparatur.*

173 *Actus retrotrahitur ad tempus, quo res, quæ rata habetur, geſta fuit.*

174 *Regula Catoniana ad conditionalia non pertinet.* Et num. 175.

176 *Simplex Pontificis tolerantia, non efficit, ut actus nullus ſuſtineatur.*

Doctores aliter ſentientes rejiciuntur, & Cap. Aqua de Conſecrat. Eccleſ. vel Altar. *explanatur*. Ibidem.

POST habitas Deo Optimo Maximo gratiarum actiones ob primam noſtri Operis *De Re Parochiali* abſolutam Partem, ſub ejuſdem bonorum omnium ſupremi Largitoris auxilio ad ſecundam Partem gradum facimus, ubi de Locorum, Rerumque Eccleſiaſticarum Conſecrationibus, atque Eccleſiarum præſertim Parochialium

Digitized by Google

lium Viſitationibus erit differendum . Conſecrationes igitur Lo-
corum , ut ab ipſis exordiamur , ad tria genera ſolent reduci ,
teſte *Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.3. num.*18. Aliæ enim 1
Conſecrationes Eccleſias, aliæ Altaria , aliæ Cœmeteria reſpi-
ciunt : de quibus ſingulis debito modo verba faciemus .

Conſecrationis Eccleſiarum , ſive Parochialium , ſive non Pa-
rochialium definitionem , ſeu deſcriptionem nobis ſuppeditat do-
ctiſſimus Pontifex *Benedictus XIV.* in *Epiſt. 2. ad P. Engelbertum*
incip. *Peracta a Nobis* §.3. *verſ. Quod igitur, in Appendice ad tom.4.*
ſui Bullarii , ubi aſſerit , Sacrum opus eſſe , quod ſolemni ritu ,
precibus , aliiſque ab Eccleſia præſcriptis actionibus , Epiſcoporum 2
miniſterio perficitur . Atque hujuſmodi Conſecrationis ritum ,
uſumque antiquiſſimum eſſe , utpote e veteri in novum teſtamen-
tum , atque ab Apoſtolis in eorum Succeſſores translatum , ſacræ
ipſæ litteræ demonſtrant , atque Doctores communi conſenſione 3
teſtantur , quemadmodum videre eſt in *exod. cap.* 40. , 3. *Reg.*
*cap.*8. , *&* 2. *Paralipom. cap.* 7. , ubi Moyſes Tabernaculum , &
Salomon Templum Deo dicantes, precibus, & unctione ſacrarunt,
tum apud *Barb. d.loco par.*2. *lib.*2. *cap.*12. *n.* 26. , *Pacem Jordan.*
*elucubr. Canon. tom.*1. *lib.*5. *tit.* 10. *num.*1. , *Card. Petram ad Con-*
ſtit. 6. *Urbani IV. n.*17., *Card. Bonam rer. liturg. lib.* 1. *cap.* 20.
*n.*3. , *Catalan. ad Pontiſ. Roman. tom.*2. *tit.*2. §.4. *n.*14. , ac laud.
Benedict. XIV. d. Epiſt. ſeu Conſtit. Peracta a Nobis §.3.

Quo tamen primum tempore multiplices , qui a Romano
Pontificali præſcribuntur , Dedicationum ritus incœperint , nos
ahuc latet , nulloque , quod ſtabile ſit , fundamento valet demon-
ſtrari , docente *Benedicto XIV. d.* §. 3. Admittunt tamen omnes 4
illorum vetuſtatem , ac profitentur hos ſacros ritus plurimis eſſe
refertos myſteriis , *Card. Turrecr. in cap. Omnes Baſilicæ n.* 4. *de*
*Conſecrat. diſt.*1. , *Durand. in ration. lib.* 1. *cap.*6., *Pax Jordan.*
*d. lib.*5. *tit.*9. *n.*26. , ac *Benedict. XIV. d.* §.3. *verſ. vetuſtos* . Adeo-
que iſtiuſmodi ritus ab Eccleſia præſcripti , tanquam a Deo ordina-
ti , reverenter ſunt accipiendi , & fideli demandandi executioni : 5
ſicut teſtantur Doctores modo relati, atque ſacrum Rotale Ro-
manum Auditorium in alia ſpecie declaravit coram , ſeu referen-
te *Molines dec.*621. *n.*9., *& coram Figueroa in Melevitana aſſociatio-*
nis funerum 9. *Decembris* 1754. §.3.

Olim quoque apud Romanos Ethnicos ſolemni ritu , & pom-
pa dedicari ſolebant Templa impiis , ac fallacibus eorum Diis ſa-
cra : cujus Dedicationis formula ita erat concepta = *Locumque .*
ſedemque . teſcumque . aliquos . Deo . dedicaverit . utei . Deos
accipiat . volens . propitioſque , ut legitur in libris Pontificalibus
teſte *Franciſco Eugenio Guaſco* in ſuis eruditis notis *ſupra conjura-*

 tionem

tionem Catilinæ a Salluſtio primum ſcriptam, deinde ab eodem *Guaſco* italo ſermone traductam *edit. Neapol.* 1760. *pag.* 18. *verbo Dedicati n.*32.

Verus, ac legitimus Eccleſiarum Conſecrationis Miniſter,
6 ſolus eſt Epiſcopus, *cap.* 2., *cap. Aqua de Conſecrat. Eccleſ.*, *Can. Nemo de conſecrat. diſt.*1., ac alibi paſſim, *Pax. Jord. d. tit.* 10. *n.*5., *Catalan. ad Pontific. Roman. tom.*2. *tit.*7. *n.*1., D. *Joſeph de Bonis tract. de Oratoriis publicis cap.*20. *n.*386. §. *His edit. Rom.*1766. *Benedictus XIV.* in ſua *Epiſt.*1. *ad P. Engelbertum*, ſeu Conſtit. 53. incip. *Ex tuis precibus* §.1. *verſ. enim vero*, & §. 2. *verſ. Addunt*, *tom.*4. *ſui Bullarii*, atque *Rota deciſ.*141. *n.*5. *par.*2. *diverſ.*, & apud *Proſper. de territor. ſeparat. dec.*24. *n.*28. & *ſeqq.* Cui tamen abſolute adempta eſt a Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Conſtitutionibus facultas alium delegandi Epiſcopali charactere minime inſignitum, *dicto cap.*2., *cap. Aqua de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.*, *d. Can. Nemo*, ibique *gloſſa de conſecrat. diſtinct.* 1., *Vaneſpen. in Jus Eccleſ. univ. par.* 2. *art.* 16. *num.* 10., *Tamburr. de Jure Abbat. tom.*1. *diſput.*23. *quæſt.*7., *Catalan. dicto tit.*2. *n.*20. *De Bonis*, *ut ſupra num.*384., & *d.* §. *His paucas*, *Benedict. XIV. in citatis locis*, atque *Rota d. dec.*141. *n.*5.

Verum excipiendus ſemper erit Summus Pontifex, qui hanc, de qua loquimur, facultatem impertire poteſt ſimplici etiam Sa-
7 cerdoti, velut extraordinario Miniſtro, quemadmodum definire placuit Concilii II. Bracharenſis Patribus, anno Incarnationis Dominicæ 163. ſub *Johanne III. Collect. Labbeana tom.*5. *pag.* 842. *Can.*19., tum Concilii II. Hiſpalenſis ſub *D. Iſidoro* anno 619. *ſeptimo examine*, quibus conſentiunt Doctores relati *De Bonis dicto cap.* 20. *ſub num.*385. §. *Hinc* atque *Benedictus XIV.* in cit. Conſtit. Ex *tuis precibus* §.1. & 12. *ſeu* 11. *pag.*20. & 24. *tom.*4. *ſui Bullarii*, ubi tamen adjungit, non poſſe a delegato ſimplici Sacerdote adhiberi Oleum, quod ab Epiſcopo non fuerit benedictum: ut videre quoque eſt in ſuo aureo Opere *de Synodo Diœceſana lib.* 7. *cap.*7. & *ſeqq.* ubi varia harum delegationum exempla adducuntur.

Diximus Conſecrationem Eccleſiæ faciendam eſſe ab Epiſco-
8 po, id tamen intelligendum eſt de proprio, & Diœceſano, ad *d. cap.* 2. *de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.*, ubi notanda ſunt illa verba = *in tua Diœceſi* = In quo concordant communiter Doctores, ac præcipue *Ugol. de off. Epiſcop. cap.*28. & *Barb. de offic.* & *poteſtat. Epiſcop. par.*2. *alleg.*26. & *ſeq. n.*1., *Pax Jordan. dicto tit.*9. *n.*6., *Catal. d. tit.*2. *n.*11. 12. 13. & 18. *in fine*, *Card. Tuſch. litt. G. V. Conſecratio concluſ.*745. *De Bonis dicto* §. *His paucas*, ac *Benedictus XIV. d. Conſtit. Ex tuis precibus* §.2. Huc ſimiliter referri poſſunt

ſunt Conſtitutiones Synodales Eccleſiæ Tuſculanæ, ſeu *Synodus Tuſculana* celebrata anno 1763. a Celſitudine Reg. Eminentiſſima *Henrici* Ducis Eboracenſis S.R.E. Card. Vice-Cancellarii, & Epiſcopi Tuſculani *part.1. cap.14. art.2. num.1.*

Nec refragatur exemplum *Sydonii*, qui Ruthenorum Eccle-
ſiam inconſulto Ordinario conſecravit, ut liquet *ex ejus epiſt. 15.* 9
lib.4. Nam præter quam quod a particularibus ad univerſalia trahi
nequit argumentum ex notiſſima juris regula, de qua Rotale Tri-
bunal *in Aſculana Juris paſcendi 22. Maii 1757. §.10. coram Bor-
rull.* ſcire operæ pretium eſt, quod eo tempore, quo memoratus
Sydonius Eccleſiam conſecravit, iſta, aliæque circumpoſitæ,
deſtitutæ erant Paſtoribus ob Arianorum ſævientem perſecutio-
nem, prout colligitur ex notis *Savari ad d. Sydonii epiſtolam*, & ex
ejuſdem *Sydonii epiſtola 6. lib.7.*, tum e *Catalano d. tit.2. num.12.*,
ac *Benedicto XIV. d. Conſtit.* Ex *tuis precibus §.3. in fine*. Quæ cum
ita ſint, valde perperam dubitaretur, an memorata Sydonii con-
ſecratio nedum valida, ſed etiam licita dicenda ſit: quandoqui-
dem ea eſt Legis aliquid præſcribentis natura, & indoles, ut ne-
gotium quo de agitur ad æquitatis regulas reduci debeat; ſeu illam
ſemper in ſe tacite continet conditionem, ſi nempe actus a lege 10
præſcriptus, prout præſcribitur obſervari valeat, ex notatis in
alia ſpecie a Rotali Auditorio *in Aſten. Proceſſionis 14. Jul. 1754.
a §.3. coram Figueroa*.

Rem duobus exemplis efficacibus, & concludentibus illuſtra-
bimus, petitis videlicet ab adminiſtratione Extremæ Unctionis,
& Matrimonii: Primum igitur, quamquam Sacramentum Extre-
mæ Unctionis a proprio Parocho miniſtrari privative debeat, 11
Barb. de Paroch. cap.22. num.2., *Synod. Tuſcul. an.1763. par.3.
cap.11. n.9.*, S.Congreg. Concilii *in Vercellen. 18. Novemb. 1749.
ad 1. dubium*, & in *Baren. 28.Aug.1756. ad 4. dubium*; nihilo ta-
men ſecius in caſu neceſſitatis, ob defectum Parochi, aliudve le-
gitimum illius impedimentum, quicumque Sacerdos abſque ulla
Parochi, vel Epiſcopi delegatione, aut Pontificis privilegio poteſt
Extremam Unctionem valide, & licite miniſtrare, *Barb. ut ſu-
pra ſub n.2.*, Synod. Tuſcul. *ſub d. n.9.*, atque *S. Carolus Borro-
mæus* in Concil. Mediol. V. *Actor. Eccleſ.Mediol. parte 1.pag.223.*,
ubi ſic loquitur = *Ne alius Sacerdos niſi Parochus hoc Sacramentum
miniſtret: Si porro is impeditus, aut alias in mora eſt, mortiſque pe-
riculum inſtat, tum Sacerdos alius miniſtret, licet.*

Secundo etiamſi Matrimonii Sacramentum celebrari debeat
a proprio Parocho cum interventu duorum, aut trium teſtium, 12
atque aliter celebratum ipſo jure nullum, & irritum ſit, ex Conci-
lio Trid. *ſeſſ.24. de reform. Matrim. cap.1.*; atque Doctoribus com-

Digitized by Google

muniter concordantibus, tum ex S.Congregat. Concilii in *Luceri-eu. Matrimonii* 17. *Jul. & 28. Aug.* 1745. *ad bina dubia*, in *Mediolanen. nullitatis Matrimonii* 19.*Jan. & 9.Februarii* 1754. *ad dubium*, in *Conſtautien. Jurium Parochialium, & exemptionis* 18. *Decembris* 1762. §. *Præterea*, tum Rotal. Auditor. in *Compoſtellana* 10. *Jan.* 1757. §.8. *&* 10. *coram Canilliac.*: Si tamen contingat, non haberi Parochum, aut Epiſcopum, vel haberi quidem, ſed nullo relicto Vicario, ita ob metum infidelium latitare, ut ubi ſit, ignoretur, vel ad eundem pro Matrimonio celebrando tutus haberi nequeat acceſſus, tali in caſu receptum eſt, valere Matrimonium celebratum cum interventu duorum, aut trium teſtium a quocumque Sacerdote, immo in defectu Sacerdotis celebratum inter ipſos Contrahentes coram duobus aut tribus teſtibus, nullo canonico impedimento irretitos, Synod. Tuſcul. *ut ſupra part.*3. *cap.*16. *art.*4. *n.*48., ibique *Benedictus XIV. in ſua epiſtola decretali ad Archiepiſcopum Goanum*, ac pluries S. Congreg. Concilii, ſed præſertim in *Colonien.* 16.*Decemb.* 1714., & in *Moguntina* 31. *Maii* 1721. *lib.*71. *decret. pag.*184. *a tergo*.

Antiquis temporibus nefas erat Epiſcopis etiam diœceſanis
13 Eccleſias conſecrare ſine prævia Pontificis auctoritate, ad textum *in Cin. De locorum cum* 4. *ſeqq. de conſecrat. diſt.*1. & Doctores, inter quos præcipue *Gonzal. in cap. Ad hæc de conſecrat. Eccleſ. n.*2. *in fine*, *Garner. in notis ad libr. Diur. Roman. Pontific. cap.*5. *pag.*91. Quo pertinent verba *Nicolai I.* P. M. ad Conſulta Archiepiſcopi Veſionen. relata *in cap.*1. *ſpicilegii*, *Lucæ dicti Arcberii pag.*197. ubi hæc leguntur: *Quomodo autem Chorepiſcopos poſſe dicemus Eccleſias conſecrare, quas nulli Epiſcoporum licet ſine noſtro præcepto, ſecundum ſanctas regulas dedicare?* Concordat *Card. Baronius ad annum Chriſti* 592. *n.*7., ubi tamen id limitat reſpectu Provinciarum quatuor Patriarchis Orientalibus ſubjectarum, atque *Andreas Tortora* Præpoſitus Eccleſiæ Canuſinæ in *relatione ſtatus d. Eccleſiæ* §.1. *n.*35. *edit. Rom.*1758., item *Benedictus XIV.* in Epiſtola 1. ad d. Engelbertum, ſeu Conſtit. *Etſi tuis precibus* §.10. *in medio*, tum in Conſtit.57. incip. *Jam inde* §.21. *tom.*4. *ſui Bullarii*. Atque in Diurno Romanorum Pontificum edito ab *Holſterio n.*35. legitur, ab Epiſcopis ad Summum Pontificem preces latas pro obtinenda facultate conſecrandi in propria diœceſi Eccleſias, idemque *Holſterius n.*35. *&* 36. varia refert reſcripta Pontificia ad effectum, quo de agimus. Qua in re videri quoque poteſt *Catalanus ad Pontificale Romanum tom.*2. *tit.*2. *de conſecrat. Eccleſ. n.*17. *& ſeq.*

Ob auctum inſigniter Eccleſiarum numerum, veteri hac Juriſprudentia e medio ſublata, receptum fuit, ut quilibet Epiſcopus nulla præobtenta Apoſtolicæ Sedis licentia, ſolemni dedica-

tione

tione conſecrare poſſet in propria diœceſi Eccleſias, vel in aliena
ob delegatam diœceſani Epiſcopi facultatem *Hoſtien. in ſumm. tit.* 14
de conſecr. n.4., *Pax Jordan. elucubr. canon. tom.1. lib.5. tit.9. ſub
n.6. in fin.*, *Gretſer. tom.1. de feſtis lib.2. cap.10. pag.123.*. *Cata-
lan. d. tit.2. n.17.*, atque *Benedictus XIV. Conſtit. Jam inde a pri-
mis annis* §.25. *poſt medium tom.4. d. ſui Bullarii.*

Id tamen non impedit, quin Pontifex ob poteſtatis, qua frui-
tur, plenitudinem, conſecrare valeat quacumque in diœceſi Ec-
cleſias, Epiſcopo Ordinario etiam irrequiſito, & inconſulto, ut
docet, & probat *Benedictus XIV. d. Conſtit.17. Jam inde* §.25. *in* 15
fine ibi = *Id tamen non facit, quin ſi Romano Pontifici videatur, Ec-
cleſiam aliquam in quacumque por orbem diœceſi ſolemniter dedicare,
id ipſi per ſe liceat, & ex propria auctoritate, ad diœceſes omnes pro-
tenſa*. Equidem, ut inquit divus *Bernardus*, *cit. in d.* §.25., *lib.2.
de conſideratione ad Eugenium cap.8.*, loquens de Epiſcopis, *habent
illi ſibi aſſignatos Greges, ſinguli ſingulos*, e contrario *Pontifici*, ut
proſequitur Sanctus oratione ad Eugenium converſa, *univerſi ſunt
crediti, nec modo ovium, ſed & Paſtorum eſt omnium Paſtor.*

Innumera ſane habentur harum conſecrationum ab ipſis Pon-
tificibus tum intra, tum extra Italiam peractarum, quin Ordi-
narius aliquis hac de re fuerit conqueſtus, quemadmodum videre
plene eſt apud *Benedictum XIV. d. Conſtit.57.* ad Emum Malvetium
Archiepiſcopum Bononienſem directa §.27. Notiſſimæ enim ſunt
Pontificiæ Eccleſiarum conſecrationes factæ per Galliam, & Lo-
tharingiam, a Stephano nempe II. ſæculo 8., a S. Leone, & ab
Urbano II., & Gelaſio II. ſæculo Eccleſiæ undecimo, de quibus
Gallia Chriſtiana tom.7. col.394., *Mabillon. in annal. Benedictinis
ad an.195. lib.69. n.29. & plurib. ſeqq.*, *Card. Baron. ad an.1118.
n.16.*, *& Calmet hiſtor. eccleſ. & civil. lib.19. n.119. & ſeq.*, *&
tom.1. part.2. col.423.* Item conſecratio Eccleſiæ facta Paderbonæ a
Leone III., & Bambergæ a Benedicto VIII., teſte *Card. Baronio
ad annum Chriſti* 779. *n.10.*, & *ad annum* 1019. *n.1.* reliquis omiſ-
ſis exemplis, de quibus in d. §.27. Benedictinæ Conſtitutionis.
Neque id alicui mirum videatur, attente conſideranti, deinde
conſequentiam inferenti, quod olim Suffraganei conſecrare non
poterant Eccleſias propriæ diœceſis ſine licentia Metropolitani,
iſte vero eas poterat Suffraganeo etiam irrequiſito: quemadmo- 16
dum notat laud. Pontifex in d. Conſtit. *Jam inde* §.25. *verſ. Quam-
vis*, & §.17. *verſ. Cum Metropolitæ.*

Simili etiam modo ſi Pontifex impeditus ſit, ne per ſe Ec-
cleſiam valeat in quacumque diœceſi conſecrare, poteſt ad hujuſ-
modi effectum perſonam aliquam delegare idoneam, juxta au- 17
ctoritatem, & exempla relata *a Benedicto XIV. d. Conſtit.57.* §.28.,
in

in cujus fine, omiſſis cæteris ita legitur: *In Peruſina diœceſi extra Oppidum Titignanum nuncupatum, ſita eſt eccleſia S. Joanni dicata, ſub annum 1229. ex mandato Gregorii IX. Pontificis a Pedina Epiſcopo conſecrata, & intus ipſam Eccleſiam vetus legitur hiſce verbis* (eodemque modo tranſcribitur) *concepta inſcriptio* = De mandato Domini Gregorii Papæ IX. anno Domini 1229. menſe Martii die 11. fuit conſecrata Eccleſia S. Joannis extra Caſtrum Titignanum per V. P. R. Petrum filium Gruamontis quondam Bovacciani Matthæi de Comitibus de Monte Marte, Epiſcopum Pedinenſem, concedentem ſingulis diebus pro Indulgentia quadraginta dies, anniverſario ejuſdem unum annum quadraginta dies, ac etiam pro omnium defunctorum dicta conſecratione =.

Fateor Auctores non deeſſe, qui huic Pontifici negant facultatem, atque exemplis opinionem ſuam nituntur demonſtrare, inter quos Monachus *Rodulphus Glaber lib.3. ſuæ hiſtoriæ cap.2.*, ubi narrat, quod, cum Joannes XVIII. P. M., rogante Fulcone Andegavenſi Comite, ſuum miſiſſet Legatum Petrum Cardinalem, ut Belliconenſis Monaſterii Eccleſiam, quam Hugo Turonenſis Archiepiſcopus dicare detrectaverat, conſecraret, id ægerrime Gallicani Antiſtites tulerunt. Sed memoratus Hiſtoricus ra-
18 tionibus, auctoritatibus, & exemplis merito reprobatur, ut videre plene eſt apud ſanctiſs. mem. *Benedictum XIV.* d.Conſtit. *Jam inde* §.26. Primum enim de hujuſmodi diſplicentia Gallicanorum Antiſtitum nullum extat apud Hiſtoricos, & Scriptores veſtigium, ut noſcitur ex *tom.4. Galliæ Chriſtianæ Sarmatanorum vetuſtioris impreſſ. pag.150. 151.*, & ex *Petro de Marca lib.4. de concordia cap.8. n.2.*, atque *Natal. Alexand. in hiſtor. eccleſ. ſæculo 11. in Synopſi cap.1. art.1.*, ubi ait Monachum Glaber, ſi erat hiſtoricus, nec Canonica fuiſſe facultate inſtructum, nec Theologica ſcientia præditum, ideo minus apte ſcriptitaſſe, quæcumque adnotata reliquit de Pontificia auctoritate in conſecrandis Eccleſiis intra aliorum Epiſcoporum diœceſes exiſtentia. Concordat *Card. Baronius ad annum Chriſti 996. n.25.*, ubi in *Glabri* aſſertionem invehit, atque *Pagius in notis ad annales d. Card. Baron. ad annum* 1009. *n.3.* loquens de *Glabri* aſſertione, ita ait: *Sed hic male aſſerit, Pontificem aliquid tentaſſe contra Canones, & Turonenſi Epiſcopo repugnante factam eſſe Belliconenſis eccleſiæ conſecrationem*.

Illuſtre demum eſt factum, atque exemplum proprium, quod nobis ſuppeditat laud. Pontifex in conſecratione Metropoliticæ Bononienſis Eccleſiæ D. Petri Apoſtolorum Principi dicatæ. Cum enim graviſſimæ illius curæ prohiberent, ne ipſemet d. Eccleſiam conſecraret, mandavit *Vincentio Mariæ* S.R.E. Cardinali
19 *Malvetio*, Archiepiſcopo Bononienſi, ut tale conſecrationis mu-
nus

nus nomine, & auctoritate ipſius, ſolemni ritu perſolveret: quemadmodum legitur in Inſcriptione ad perennem Dedicationis memoriam ab eodem Pontifice decreta, in lapideo Monumento intus Eccleſiam incidenda, quæ impreſſa habetur in *fine d. Conſtit.*57., quemadmodum etiam videri poteſt in litteris delegationis incip. *Tibi præ cæteris*, ac præcipue *in* §. *Porro*, impreſſ. poſt cit. Conſtit.57.

Notatu autem digna ſunt illa verba, quæ leguntur in d. Conſtit.57. *Jam inde* §.29. ubi poſtquam rationibus, auctoritatibus, & exemplis demonſtravit, Summum Pontificem per ſe, vel per ſuum delegatum poſſe conſecrare quamlibet in quacumque diœceſi Eccleſiam, etiam irrequiſito Ordinario, ita loquitur: *Hactenus dicta quo ſpectent, jam proſpicis, dilecte Fili Noſter. Supra vires noſtras eſt, Bononiam, quod optatiſſimum nobis ſemper fuit, reverti, & conſecrationem Metropolitica eccleſiæ noſtræ per Nos ipſos peragere. Propoſitum nobis eſt, noſtra uti auctoritate, mandantes alteri conſecrationem noſtro nomine perficiendam. Cui autem id opus poſſumus opportunius mandare, quam tibi, creaturæ noſtræ, proximo in Bononienſi Archiepiſcopatu Succeſſori, tantoque cum ſpirituali Civitatis, & diæceſis progreſſu, gaudioque noſtro plane incredibili, ornatiſſimi Præſulis muneribus cumulatiſſime perfungenti, quo quidem nomine enixas in dies Deo Optimo gratias rependimus.*

Si Epiſcopus a Regularibus requiſitus pro conſecranda eorum Eccleſia, noluerit abſque juſta cauſa eam ſacra unctione inaugurare, poſſunt ad alium Catholicum Antiſtitem recurrere, *Barboſa de off. & poteſt. Epiſc. part.*2. *allegat.*27. *n.*9., *Catalan. ad Pontif. Roman. tom.*2. *tit.*2. *n.*18., & ante ipſum doctiſſimus P. *Antoninus Bremont* Generalis Magiſter Ordinis Prædicatorum in *tom.*1. *ſui Operis pag.*5., ubi refert exemplum, & diploma Apoſtolicum *Honorii III.* anno 1217. die 7. Decembris, quo Fratribus Ordinis Prædicatorum conceditur, ut renuente Diœceſano ab ipſis humiliter requiſito, poſſint alium benevolum Catholicum Antiſtitem adire, non ſolum ad effectum ponendi, benedicendique primarium lapidem in extruendis ipſorum Eccleſiis, verum etiam illas conſtructas, tum Altaria, & Cœmeteria conſecrandi, aut benedicendi. Imo, ut notat *d. Catalan. num.*18., & Reverendiſſimus Frater *Antoninus Bremontius in tom.*2. *pag.*661., ubi refert Pontificium Diploma, Martinus V. 7. *Jan.* 1426., conceſſit Prioriſſæ, & Sororibus Monaſterii Ennetacenſis in Suevia, Ordinis S. Benedicti, ſed ſub regula Fratrum Prædicatorum viventibus, ut poſſent, etiam irrequiſito Diœceſano, aliove Epiſcopo, alium adire, quemcumque maluerint, dummodo Catholicum, Antiſtitem, ad effectum conſecrandi, ſi ad id apta fuerit, propriam Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam. Sed hic opportuno notandum, quod ſub hiſce Apo-
ſtolicis privilegiis, non poterunt Abbates, aliive Superiores Re-
gulares, ullam territorii ſeparati, atque juriſdictionis activæ in
Clerum, & Populum, qualitatem contendere, quemadmodum
Sacra Rota declaravit *cor. Molin. dec.222. n.15.*

Præter Eccleſias, ſolebant antiquitus *Baptiſteria* conſecrari
22 teſte *Sydonio Apollinari lib.4. epiſt.15. ad Elaphium*, ac *Catalan. di-*
cto tom.2. tit.1. §.1. n.26. in fine, ubi ait ritum Baptiſteria conſe-
crandi haberi in antiquo Romano Ordine apud *Hitorphium* deſcri-
pto. Erant enim Baptiſteria Loca quædam ab Eccleſia ſeparata,
ut ſcribit *Sydon. Apollin. loco cit.*, ac notat *Catalan.* ut ſupra, ac
nos etiam *in parte 1. tit.8. de erectione parochialium Eccleſiarum*
n.96. Quod autem attinet ad Cappellas, ſeu Oratoria privata, con-
ſecrari iſta non ſolent, neque debent de jure, etiamſi in ipſis va-
23 leat celebrari; ut docent *Hincmarus Remenſis in cap.3. de Altari-*
bus, *Card. Bona rerum liturgic. lib.1. cap.20. n.11.*, atque *Cata-*
lan. ad Pontific. Rom. tom.2. tit.5. num.3. in fine, ibi = *Vel in Ora-*
toriis privatis, quæ nec conſecrari ſolent, nec debent =

Antequam Epiſcopus conſecrationis Eccleſiæ miniſterium ſu-
ſcipiat, plura debet præcavere. Inter alia requirere primum de-
24 bet, certiorquè fieri, an conſecranda Eccleſia ſit ſufficienter do-
tata, juxta Sacrorum Canonum præſcriptum. *Cap. Cum ſicut 6. de*
conſecr. Eccl., *Innocent. in cap. auctoritate*, ibique *Abbas n.3.*, &
Fagnan. n.5. & 25. de cenſibus; *Ventrigl. in praxi par.2. anot.17.*
§.1. n.16., *Card. Petra ad conſtit.2.* P*aſchalis 11. ſect.1. ſub n.88.*
tom.1., *Nicol. lucubr. Canon. lib.5. tit.39. n.134. verſ. Immo*, ac
Rota cor. Coccino deciſ.713. n.3. Adeoque ſi eam vel indotatam, vel
inſufficienter dotatam invenerit, nullo modo illam audeat conſe-
25 crare, per *Text. in Can. placuit cau.1. quæſt.2.*, *cap. Piæ mentis*
cau.17, qu.7., *Durand. in ration. div. offic. lib.1. cap.6. n.3.* *Piaſec.*
in praxi Epiſc. par.1. cap.5. n.2., *Rot. deciſ.56. n.10. part.1. di-*
verſ. Tenetur enim Epiſcopus fundatorem, ejuſve hæredes coge-
re ad congruæ dotis adſignationem pro debita manutentione, ar-
26 gum. *d. Can. piæ mentis*, & *L. Qui liberos ff. de ritu nupt.*, & *auth.*
de Eccleſ. §. Sin autem, & *§. Si quis*, ut tenent Doctores, ac præ-
ſertim *Card. de Luca miſcell. diſc.30. num.14.*, *Ventrigl. d. annot.17.*
§.2. n.5., *Card. Petra d. ſect.1. ſub n.84. in fine*. Quod ſi Epiſco-
pus ſine debita dote Eccleſiam conſecraverit, atque fundator,
27 ejuſve hæredes minime ſint ſolvendo, datur actio contra eundem
Epiſcopum, arg. *Leg.3. §.1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit*, & *Leg.*
ult. ff. de eo, per quem factum erit, *Pax Jordan. elucubr. diverſ.*
lib.5. tit.10. n.15. Tenebitur autem de proprio, ſi habet, illam
dotare, non vero de ſua Eccleſia, cui nequit præjudicare per ejus
negli-

Digitized by Google

negligentiam, & culpam, ut advertit *Gloſſa in Cap. Cum ſicut V. conſecranda de conſecr. Eccleſ.*, ibique *Gonzal. num.6.*, *Barb. de jure Eccleſ. lib.2. cap.2. ſub n.34.*, *Card.* Petra *ſub d.n.84.* 29

Secundo abſtinere ſe debet Epiſcopus ab Eccleſiæ conſecratione quotieſcumque ii, ad quos ea pertinèt, juſtis de cauſis illam impediant. Nam, ut docet *Gratian. diſcept. forenſ. cap.403.n.53.*, 30 verſamur in materia, quæ ab Epiſcopi officio, ac poteſtate dependet, non vero ad illius ſolum honorem dirigitur. Fateor quidem 31 Eccleſiarum, præſertim Cathedralium, Conventualium, atque Parochialium conſecrationem a Sacris Canonibus, atque Conciliis præſcriptam fuiſſe, ut paſſim videre eſt in *titulo de conſecr. diſtinct.1.*, *& in cap. Si Eccleſia de conſecr. Eccleſ.*, ac præcipue in 32 *Concilio Londinenſi anno* 1237. celebrato, *cap.1. de Eccleſiarum dedicatione*, necnon in *Concilio Romano*, *anno* 1725. celebrato ſub *Benedicto XIII.* ſanctiſs. memor., qui in dedicandis templis indefeſſam navavit operam, plurimaſque conſecravit Eccleſias, *tit.16. cap.1.*, ubi mandat, ut Cathedrales Eccleſiæ, & Parochiales, cum majoribus ſaltem Altaribus intra annum in Civitatibus, & in Diœceſibus intra biennium, poſt earum reſtaurationem ab Epiſcopis conſecrentur. Nihilo tamen ſecius non eſt Eccleſiarum conſecratio inter abſolute neceſſaria recenſenda; ut teſtantur *Barb. dicto* 33 *cap.2. n.28.*, ac *Ventrigl. d.annot.17. §.2. n.2.*

Sufficit enim, quod Eccleſia ſit benedicta, & in profanos uſus minime convertatur, cum Miſſæ celebratio, divinaque offi- 34 cia ſanctificationis reverentiam Eccleſiæ afferant; *cap. De fabrica de conſecr. diſt.1.*, *Barboſ. loco cit.*, *Synod. Tuſculana an.* 1763. *par.1. cap.14. n.2.*, iiſdemque fruatur privilegiis quamvis minime conſecrata. *Cap. penult.*, *& ult. de immun. Eccleſ.*, *cap. final.*, *ibique gloſſa* 1. *de conſecr.* Eccleſ., *Fagnan. in cap. Eccleſiæ de im-* 35 *mun. Eccleſ.*, *Barboſ.*, *ut ſupra*, *Farinacc. de carcer. quæſt.18.n.34. Azor. inſtit. moral. par.2. lib.9. cap.8. qu.1.* Ex quibus ſequitur rejiciendum eſſe *Graſs. deciſ. aure. part.2. lib.2. cap.15. n.5.*, cum 36 cæteris Doctoribus, qui inter cauſas, quibus Eccleſiæ ſolent conſecrari, hanc recenſent, ut ad eas confugientes ſalventur. Jure enim attento ad hoc ut immunitate fruatur aliqua Eccleſia, ſufficit, quod Epiſcopali auctoritate ſit dedicata, quamquam conſecrata 37 minime exiſtat. *d. cap. penult.*, *& ult. de immun. Eccleſ.*, *gloſſa in cap. Si Eccleſia de conſecr. Eccleſ.*, *Fagnan. in d. cap. Eccleſiæ num.1. & 5. de immun. Eccleſ.*, *Lotter. de re benefic. lib.1. qu.13.* atque Doctores ſupra laudati.

Tertio, ſi ex ipſa Eccleſiæ conſecratione juſtum alicui inferatur præjudicium, debet Epiſcopus ab iſta ſe ſe interim abſtinere, 38 v.g. ſi Parochus contradicat, impediatque conſecrationem novæ

Parochialis Eccleſiæ , per quam jura Parochialia ad ſe pertinentia, auferri , vel minui debeant ; ut , ſi forte contingat caſus , quo Eccleſia noviter conſtructa debeat demoliri , ipſa demoliatur ſaltem nondum conſecrata : quia poſt conſecrationem non datur amplius
39 locus demolitioni, teſte *Card. Petra ad Conſtit. 2. Paſchalis II. ſect. 1. n. 46.*: Quemadmodum in terminis novi operis nunciationis , ſi Parocho contradicente , ac legitimo appellante modo , detur interim facultas conſtruendi Eccleſiam , addi ſolet, immo debet,
40 quod interim non conſecretur , ut idem Card. Petra proſequitur *d. ſect. 1. n. 47.* , ubi conſonat *deciſio 1. cor. Creſcentio de novi operis nunciatione* , impreſs. in *tom.* 4. deciſionum Rotalium cor. *Eminentiſſimo Creſcentio*.

Quarto , conſecrari minime debet Eccleſia tempore interdi-
41 cti . *Ugol. de offic. Epiſc. cap. 28. num. 3.* , *Barb. eodem tit. part. 2. alleg. 26. n. 3.* , *Pax Jordan. elucubr. tom. 1. lib. 5. tit. 19. num. 14.* Suo enim fruſtraretur effectu hujuſmodi conſecratio , cum in tali caſu ceſſaret ratio illa principalis ob quam Eccleſiæ ſupremo , æternoque Numini ſolent dedicatione conſecrari ; in hoc videlicet po-
42 ſita , ut decentius , atque devotius ſacrificia laudes , ac preces in ipſis perſolvantur , fundanturque , atque Deo magis acceptæ exiſtant , ut eruitur *ex lib. 3. Reg. cap. 8.* , *cap. 2. de conſecr. diſt. 1.* , *cap. His ergo* , *cap. Nullus ead. diſtinct.* , *Pax Jord. d. tom. 1. lib. 5. tit. 9. num. 3.* , *Franc. Leo. in theſaur. cap. 5. n. 1.* , *Catalan. in ſuis notis ad Pontific. Roman. tom. 2. tit. 2. n. 32.* Quæ quidem a Chriſti fidelibus peragi minime poſſe durante hoc interdicti tempore , ſolus conten-
43 tus demonſtrat *Capituli Alma Mater 14. de ſentent. excomm. in 6.*

Quinto , etſi Eccleſia conſecrari valeat , ubi adſunt mortuorum fidelium corpora , ſi tamen iſta reperiantur ſub Altari majori , vel ſub loco confeſſionis , ubi reliquiæ , & ſanctorum corpora collocantur , abſtinere ſe debet Epiſcopus ab illius conſecratione ,
44 antequam curaverit , ut alio in loco decenter tumulentur , quemadmodum Sacra Rituum Congregatio declaravit apud *Aldan. in compend. Canon. reſolut. lib. 3. tit. 9. n. 18.* , ac *Ventrigl. d. annot. 17. §. 2. num. 10.*

Sexto , & ultimo conſecrari non debet Eccleſia ſi in ea infidelis cadaver humatum fuerit , prius quam exhumetur , projiciaturque ſi fieri poteſt , ac parietes , & tigna Eccleſiæ dealbentur ,
45 mundenturque , per *Text. in cap. Eccleſiam cum ſeq. de conſecr. diſtinct. 2.* , *Hoſtien. in ſumma hujus tit. §. Et an ſit n. 7.* *Pax Jordan. d. tit. 10. n. 16. & 21.* , *Sylveſt. verbo Conſecratio 2. n. 5. caſu 40.* , *Delbene de immun. tom. 1. cap. 2. dub. 2. n. 6.* , *Card. Petr.*
46 *ad Conſtit. 2. Honorii III. ſect. 1. num. 55. tom. 1.* Nomine infidelis intelligitur quicumque non baptizatus, *Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 9.*

lib.9. cap.4. qu.5., Pax Jordan. ut ſupra ſub n.16. verſ. Nomine.
Idemque cenſendum eſt de hæretico, ſchiſmatico, interdicto, &
excommunicato, Cap. Conſuluiſti de conſecr. Eccleſ., Azor. dicto 47
cap.4. qu.4., Graſſ. deciſ. aur. cap.13. n.19. in fine, Leo in theſ. for.
Eccleſ. part.1. cap.5. n.6., Pax Jord. loco cit. n.17. Cæterum
quoad excommunicatos, vel interdictos, in caſu, quo de agimus,
ii tantum ſunt intelligendi, qui tales fuerunt publice denunciati,
atque ullo abſque pœnitentiæ ſigno deceſſerunt, juxta extrav. Ad 48
evitanda, cap. Et nobis de ſent. excom., cap. Is, cui eod. ibi = Niſi
pœnituerit =, Clem.1. de ſepult., quæ de talibus publice denuncia-
tis, & de publico Clerici percuſſore eſt intelligenda, ac Doctores,
inter quos præſertim Pax Jord. lib.5. tit.12. n.126., 129., Barb.
d. alleg.28. n.5. in fine, Murga ad Conſtit. Pontific. Conſtit.6. §.11.
n.423.. Card. Petra ad dicta Conſtit.2. Honorii III. ſect.1. num.60.
& ſeq.

Circa tempus quo Eccleſia conſecrari debeat, quamquam in
Concil. Cæſarauguſtano Can.1., ſtatuatur, non poſſe conſecra- 49
tionem perfici niſi diebus Dominicis, juris noſtri exploratiſſimum
eſt poſſe illas quocumque perfici die ſive feriali, ſive feſtivo, per
Text. expreſſ. in cap. Tua fraternitas de conſecr. Eccleſ., Piaſec. in 50
praxi part.1. cap.5. num.2. verſ. ædificata, Pax. Jord. d. lib.5. tit.11.
n.10., Ventrigl. in praxi par.2. annot.17. §. 2. n.8., S. Petr. Cæle-
ſtin. in ſuo opuſc.11. par.5. cap.1., & alii plures: tum Pontific.
Rom. apud Catalan. §.1., quod ipſe Catalan. docet in cit. §.1. n.1.;
Admittendum tamen eſt, quod majori, & loci, & miniſterii de-
centia exequi ſolent diebus Dominicis, aliiſve feſtivis, atque ſo- 51
lemnibus, ut legitur in cit. §.1. Pontificalis Romani, ibi = Eccle-
ſiarum conſecratio, quamvis omni die de jure fieri poſſit, decentius
tamen in Dominicis diebus, vel Sanctorum ſolemniis fit = in quo Do-
ctores ſupra relati conveniunt, ac præſertim laudat. Catalan.
dicto num.1. tom.2.

Poteſt quoque conſecratio a ſolo Epiſcopo compleri, vel a
duobus, aut pluribus Epiſcopis; Primus conſecrationis modus 52
communis dicitur, & ordinarius, per tradita a Vaneſpen. jur. Ec- 53
cleſ. par.2. tit.16. qu.10., Garner. in notis ad libr. diurn. Rom.
Pontific. tit.5. cap.16., ac Bened. XIV. in ſua epiſt.1. ad P. Engelber-
tum, incip. Ex tuis, §.4. tom.4. ſui Bull.; Alter vero modus ex-
traordinarius, atque ſolemnis nuncupatur, ut eruitur ex Can. 10. 54
Synodi Arauſicanæ 1., anno 441. celebratæ, tum ex præfat. Concil.
Arelatenſ. 4., anno 524. habiti, & ex præfat. Concil. Arauſicani 2.,
anno 529., tum ex D. Aug. in epiſt.269. ad Nobilium Epiſcopum,
& S. Gaudent. in tract. de dedicat. Baſilicæ Sanctorum 40. Martyrum,
Garner. loco cit., Bellet. de ritib. Eccleſ. Laudunen. tom.2. poſtre-

Digitized by Google

ma edit. Antuerp. lib. 2. c. 13. n. 5. verſ. Cæterum, ac Bened. XIV. in cit.
§. 4. & pluribus ſeqq. ubi varia refert exempla tum Epiſcoporum,
tum Summorum Pontificum, qui alieno quoque uſi ſunt miniſterio.

Notanda hic ſunt illa verba = *Vel a duobus, aut pluribus Epiſco-*
pis = Debent enim Miniſtri illi, qui in Sacra conſecrationis functio-
55 ne occupantur, Epiſcopali Ordine eſſe inſigniti. Hinc eſt, quod ſi
Summus Pontifex Abbatem, vel ſimplicem Sacerdotem deleget
pro Eccleſiæ conſecratione, nullo modo fas erit Epiſcopo cum di-
cto Abbate, vel ſimplici Sacerdote ad functionem devenire, cum
56 nullum hac de re adduci valeat exemplum, nullumque Apoſtoli-
cum privilegium, ut optime docet *Bened. XIV. P. M.* loco ſupra
citato §. 22. *ſeu* 21. Quin refragari valeat, quod Epiſcopi, & Ab-
57 bates ſimul poſſint convenire ad degradationem alicujus Sacerdo-
tis, quippe quia id permiſſum legitur in Concil. Trid. *Seſſ.* 13.
cap. 4. de reform., ut notat Summus *Pontifex loco cit.* §. 21. *ſeu* 20.

Si duo itaque, pluresve Epiſcopi concurrant ad Eccleſiæ con-
ſecrationem, poſſunt inter ſe partiri munus benedicendi, & ungendi
58 Cruces, ut docet *Paſqualig. de ſacrific. Miſſæ qu.* 519. *n.* 3., *ac Be-
ned. XIV. in cit. epiſt.* 1. *ſeu Conſtit. Ex tuis precibus* §. 10., qui tem-
pore conſecrationis Eccleſiæ S. Apollinaris de Urbe, duas tantum
Cruces benedixit, & conſecravit. reliquas vero decem Eminen-
tiſſimo Cardinali Cavalchino in Miniſtrum accito conſecrandas
reliquit, ac §. 18. *ſeu ult. Conſtit. Peracta*, ubi cauſam hujuſmodi
delegationis adducens, ita loquitur = *Quod ſi quæratur qua de cau-
ſa, Nobis annuentibus, decem priores Cruces fuerint in conſe-
cratione Eccleſiæ S. Apollinaris benedictæ, & conſecratæ a Cardinali
Epiſcopo Comminiſtro, & ultimæ duæ a Nobis, ingenue reſpondebi-
mus, de noſtrorum genuum ſtabilitate timuiſſe in toties repetito aſcenſu,
& deſcenſu per ſcalas, etſi tali nunquam timore fuerimus correpti,
dum in virili ætate conſtituti Eccleſias in Diœceſi, & Civitate Bo-
nonienſi conſecravimus, quas ſemper ſoli peregimus. Sed quæ in
una ætate fiunt, in alia fieri non poſſunt.*

Nec audiendus eſt *Pax Jordanus lib. 5. tit. 10. ſub n. 7. verſ.
Subamplia*, qui ſuſtinet conſecrationem perfici debere integre ab
eodem Epiſcopo, ita ut, ſi ex aliquo accidenti non poſſit amplius
proſequi, alius nequeat in illius locum ſubrogari pro reliqua fun-
ctione, ſed debeat inchoare, atque complere, niſi primus Con-
ſecrator deficeret poſt inunctas ſacro Chriſmate cum debita mate-
59 ria, & forma omnes duodecim Cruces. Id enim aſſeruit ex mala
intelligentia reſolutionis ſacræ Congregationis Rituum in cauſa
Ulyſſiponen. 12. *Aprilis* 1615., quemadmodum teſtatur *Benedi-
ctus XIV. in cit. Conſtit. Ex tuis precibus* §. 16. ubi reſolutionem do-
cte de more ſuo explicat.

Tutius

Digitized by Google

Tutius equidem foret, ſi conſecratio inchoaretur, ſive ab uno, ſive a pluribus incœpta, & non abſoluta, quotieſcumque magna temporis intercapedo concurreret, quemadmodum d. ſacra Rituum Congregatio reſpondit Archiepiſcopo Ulyſipponenſi: ut melius videre eſt in cit. Conſtit. *Peracta* §.15. ubi hæc notantur: *Addidit deinde fore melius, ſi conſecratio de novo ab alio Epiſcopo inchoaretur, prout etiam Congregatio cenſuit: non quia timuerit, multiplicitatem miniſtrorum obfuturam valori conſecrationis, ſed quia in caſu propoſito notabiliſſima intercedebat temporis interruptio: erat enim expectanda Congregationis reſponſio, quæ non niſi poſt aliquot menſes ad Archiepiſcopum Ulyſiponenſem poterat pervenire. Concurrente autem notabili temporis intercapedine, partes conſecrationis factæ nedum a duobus Epiſcopis, ſed etiam ab uno, & eodem, coaleſcere non poſſunt in unam, & integram conſecrationem: idque facit, ut conſecratio fieri debeat, perinde ac ſi nunquam cœpta fuiſſet &c.*

Quoad Miſſæ celebrationem ab Epiſcopo conſecrante peragendam, per textum *in Can. Omnes Baſilicæ, Can. De fabrica de* 60
conſecr. diſt.1., ſunt varii Doctores, qui innixi auctoritati *Gloſſæ magnæ in cap. Quod ſicut de elect.*, *& d. Can. Omnes* ſuſtinent, non poſſe ab alio, quam a Conſecratore perfici: inter quos ita ſentientes recenſentur *Hoſtien. in ſum. bujus tit. §. Et qualiter n.5.*, *Graff. deciſ. aur. part.1. lib.2. cap.15. n.21.*, *Mirand. in Manual. Prælat. tit.2. q.39. art.2. concluſ.3.*, *Barb. de off. epiſc. par.2, alleg.26. n.10.* Sed diverſa diſciplina ſequentibus temporibus eſt introducta, præſertim in Rubrica Pontificalis Romani, ubi ſtatuitur, conveniens quidem eſſe, ut Epiſcopus conſecrator Miſſam celebret, ſed nullum habetur præceptum, quo caveatur, eum non poſſe per alium, juſta id ſuadente cauſa, Miſſam ſive ſolemnem, ſive ut ajunt, planam, celebrare, per adducta a *Pace Jordan. loc. cit. ſub n.27. verſ. Imo circa finem*. Idque clare confirmatur a *Benedicto XIV.* in Conſtit.116. incipiente *Dilectus filius §, Dilectus verſ. Poſtquam tom.1. ſui Bull.*, ubi hæc habet: *Epiſcopo conſecranti conceditur, ſi debilitatus longo temporis incommodo fuerit, ut alium ſuo loco ſubſtituat, qui expleta conſecratione Sacrum faciat*. Hanc tamen concluſionem limitandam eſſe intelligatis, quotieſcumque contrarium præſcribatur, puta a Summo Pontifice Epiſcopum pro conſecratione delegante, ſtatuenteque, ut Miſſa ab ipſo Conſecratore celebretur, quemadmodum *Benedictus XIV.* mandavit Card. *Malvetio* Archiepiſcopo Bononienſi, ut videre eſt in ſuis litteris delegationis, incip. *Tibi præ cæteris*, quæ habentur *in tom.4. ſui Bull. poſt Conſt.57.* ubi notanda ſunt illa verba; *Cæterum volumus, & mandamus, ut tu dilecte fili noſter, in fine* ſolemnis Miſſæ in ipſo conſecrationis die

per

per te celebrandæ, *noſtro nomine*, *& auctoritate Papalem benedictionem Chriſtifidelibus tibi creditis impertiaris*.

Alia quoque veteris diſciplinæ in hac conſecrationis materia notabilis, potiſſimaque facta fuit innovatio, in hoc videlicet poſita, quod antiquitus, ſecus atque hodie, is eſſet conſecrationis
62 effectus, ut Eccleſia conſecrata Epiſcopi conſecratoris juriſdictioni, niſi juri ſuo primum ceſſiſſet, ſubjiceretur, teſte laud. *Benedicto XIV.* d. Conſtit. 116, §. 6. *ſub finem*, ubi refert nonnulla ad hanc rem monumenta deſumpta ab *Ughellio tom. 7. edit. Ven. an. 1721. fol. 229.*

Peracta Eccleſiæ conſecratione, conceditur unius anni Indulgentia omnibus Chriſtifidelibus, qui eo conſecrationis die, &
63 quadraginta dierum iis, qui anniverſario dedicationis die Eccleſiam viſitaverint, *Cap. Cum ex eo* §. *Ad hæc de pœn. & remiſſ.*, *cap. 1. Romana eccl. tit. in 6.*, *Henrib. de Indulg. cap. 31.* §. 1., *Paſſerin. ibidem qu. 85. n. 617. & ſeqq.*, ac plane *P. Catalan. ad Pontificale Roman. tom. 2. tit. 2.* §. 4. *n. 14.*, *Benedictus XIV. in cit. epiſt. 2. ad P. Engelbertum* §. 9. *tom. 4. ſui Bull. in appendice*. Id, cæteris omiſſis, illuſtrari poſſet exemplo, petito a Baſilica Liberiana a *Sixto III.* conſecrata, iſtoque Indulgentiarum numero inſignita, deinde a variis Pontificibus confirmato, & ad alia etiam tempora extenſo: quemadmodum legere eſt in ſequenti Monumento, quod ad majorem, æternamque rei geſtæ memoriam publico proponitur Fidelium aſpectui hiſce verbis extenſum, atque inſculptum

QUISQUIS SACROSANCTAM BASILICAM LIBERIANAM INGREDERIS, TE MONITUM OPORTET XIXTUM III. EO DIE QUO SACRAM ÆDEM CONSECRAVIT UNIUS ANNI, ET XL. DIERUM, CLEMENTEM III. CUM ANNIVERSARIA DIE CONSECRATIONIS EJUSDEM BASILICÆ LAPIDEM SACRO CHRISMATE DELIBUTUM ARÆ MAXIMÆ IMPOSUIT, ITEM UNIUS ANNI, ET XL. DIERUM INDULGENTIAM OMNIBUS, QUI EODEM DIE BASILICAM DEVOTE VISITAVERINT CONCESSISSE, EAMDEMQUE INDULGENTIAM HONORIUM III. AB IPSO FESTO CONSECRATIONIS USQUE AD OCTAVAM ASSUMPTIONIS B.M. VIRGINIS PARITER CONCESSISSE, CUJUSMODI UNIUS ANNI, ET XL. DIERUM INDULGENTIAM AB EODEM FESTO CONSECRATIONIS USQUE AD EAMDEM ASSUMPTÆ IN CÆLUM DEIPARÆ OCTAVAM GREGORIUS IX. SACRAM BASILICAM VISITANTIBUS CONCESSIT, OMNESQUE SUPRA MEMORATAS INDULGENTIAS CONFIRMAVIT. QUORUM OMNIUM TESTATIUS MONUMENTUM IN HUJUS BASILICÆ TABULARIO ASSERVATUR IPSIUS GREGORII IX. AUTHOGRAPHUM DIPLOMA.

DAT. LATERANI X. KAL. JUL. PONTIF. ANNO XIII.

Poterant olim Epiſcopi indulgentiam plurium dierum, vel annorum, imo etiam plenariam concedere, ut videre eſt apud *Catal. in.*

talan. d. §.4. *n.*16. Hodie tamen ſupradictam facultatem unius anni, & quadraginta dierum, excedere nequeunt, ſive ab uno, ſive a pluribus Epiſcopis fuerit Eccleſia conſecrata juxta ſanctionem *Concilii Lateranenſis IV. ſub Innoc. III. cap.*62. Ex quo *cap.*62. Concil. Lateranenſis deſumptum fuit *Cap. Cum ex eo* §. *Ad hæc de pœnit. & remiſſ.*, ubi ita loquitur *Innocentius III. Ad hæc, quia per indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias, quas quidam Eccleſiarum Prælati facere non verentur, & claves Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio enervatur. Decernimus, ut cum dedicatur Baſilica, non extendatur Indulgentia ultra annum, ſive ab uno ſolo, ſive a pluribus Epiſcopis dedicetur: ac deinde in anniverſario dedicationis tempore quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remiſſio non extendat.* Concordat *Catalan. ad Pontific. Roman. tom.*2. *d. tit.*2. §.4. *n.*3. 15. & 17. 64

De hoc Indulgentiarum numero, ut ſupra præſcripto, per Epiſcopum conſecratorem minime excedendo, aperte, expreſſeque loquuntur Patres Concilii Lugdunenſis ſub *Innocentio IV.*, ut videre eſt in *Cap.*1. *Romana verſ. In concedendis, de pœnit. & remiſſ. in* 6. hiſce verbis: *In concedendis quoque Indulgentiis non excedat Remenſis* (vel quicumque alius, ut gloſſa ibidem) *Archiepiſcopus ſtatutum Concilii generalis*: nempe Concilii Lateranenſis IV. ſub *Innocentio III.*, ex quo ſumptum *d. cap. Cum ex eo* §. *ad hæc*, ut monet *gloſſa d. loc. verbo Generalis*.

Contrarii fortaſſe nonnullis videbuntur *Paſqualig. de Sacrif. novæ leg. qu.*119. *n.*3., & *Benedictus XIV.* in Conſtit. *Peracta*, ſeu in epiſt.2. ad P. Engelbertum §.9. *in append. ad tom.*4. *ſui Bullar.* 65
Sed hac in re notandum, quod aliquot Moralis Theologiæ Scriptores apud *Henriquez de Indulg. cap.*31. §.1. poſtquam in eam deſcenderunt ſententiam, poſſe videlicet plures Epiſcopos unam, eamdemque Eccleſiam ſolemni ritu dedicare, eo perperam, & abſque ullo fundamento progrediuntur, ut quærant, an Epiſcopi, qui ad unum, idemque dedicationis opus perficiendum conveniunt, Indulgentiam diſpenſare poſſint majorem, & potiorem ea, quam unus Epiſcopus conſecrationis Miniſter conferre ſolet, anni ſcilicet unius, iis, qui conſecrationis die, aut dierum quadraginta, iis, qui anniverſario dedicationis die recurrente, Eccleſiam viſitaverint, in *Cap. Cum ex eo* §. *Ad hæc de pœnit. & remiſſ.*, & *cap.*1. *Romana eodem tit. in* 6. Hinc *Paſqualigius loc. ſupra cit.*, propoſita quæſtione, an poſſit Eccleſia conſecrari a pluribus Epiſcopis, ſententiam affirmantem retinet, ductus ab eadem citata moralis Theologiæ Scriptorum quæſtione, qua non tam probatur, quam præſupponatur ab iis, poſſe dictam conſecrationem a pluribus perfici Epiſcopis; uti liquet ex illis verbis; *Secunda ſententia aſſerit, poſ-*

poſſe conſecrari a pluribus Epiſcopis ſimul concurrentibus ad conſecrationem. Ita ſupponunt potius, quam diſputent plures Doctores, dum quærunt, an quando plures Epiſcopi conſecrant Eccleſiam, poſſint ſinguli concedere illum annum Indulgentiæ, quem poteſt concedere, quando unus tantum conſecrat.

Pari etiam modo *Benedictus XIV.*, merito innixus auctoritati *Paſqualig. ut ſupra*, demonſtraturus præter alia plura, quibus utitur argumenta, poſſe conſecrationem Eccleſiæ a pluribus Epiſcopis perfici, ſuum deſumit ratiocinium ex eadem modo citata Theologorum quæſtione, aſſerens, quod iſta Theologorum diſquiſitio conſecrationem Eccleſiæ plurium Epiſcoporum miniſterio peragi poſſe, non tam affirmat, quam præſupponit, quemadmodum videre eſt *in d.* §.9. Ex quibus omnibus apertiſſime liquet, memoratos *Paſqualigum*, *& Benedictum XIV.* nil definiviſſe circa quæſtionem a Theologis, ut ſupra propoſitam, nullique fundamento innixam, immo evidentiſſime contrariam diſpoſitioni Lateranenſis Concilii in relato *cap.62.*, ſeu *Cap. Cum ex eo* §. *Ad hæc*, *de pœnit. & remiſſ.* confirmato a Patribus Concilii Lugdunenſis in *d. cap. Romana verſ. In concedendis*, ubi ſtatuitur non poſſe Epiſcopum conſecratorem excedere illum Indulgentiarum numerum, qui a Concilio Lateranenſi fuit præfinitus.

Nec dicas, etiam poſt Concilii Lateranenſis IV. ſanctionem relatam *in Cap. Cum ex eo* §. *Ad hæc de pœnit. & remiſſ.*, varios Epiſcopos illas, quas ipſi poterant, conceſſiſſe Indulgentias occaſione alicujus conſecrandæ Eccleſiæ: quemadmodum eruitur ex illo exemplo, quod habetur apud *Catalan. ad Pontif. Roman. tom. 2. tit. 1.* §. *14. n. 4.*, ubi *Rambertus* Epiſcopus Camerinenſis Eccleſiam *S. Mariæ* de Mercato Fratrum Ordinis Prædicatorum *S. Severini* in Picœno conſecraturus, literam encyclicam ad plures Epiſcopos direxit, illos invitans, roganſque ut ſuas Indulgentias elargirentur, ita ut dd. Indulgentiarum ſumma ad annos duodecim, & quadragenas quinque aſcenderit, præter Indulgentiam unius anni, & quadraginta dierum ejuſdem *Ramberti* diœceſani Epiſcopi.

Iſtud enim, aliudve ſimile exemplum non eſt in conſequentiam trahendum, utpote ex peculiari ratione, & caſu proficiſcens, ex notatis a Rota coram S. M. *Clemente XIII.* ſeu *Carolo Rezzonico dec. 241. n. 21.*, *& coram Boroll. in Verulana juris paſcendi 22. Maii 1717.* §. *10.*, atque a nobis in *1. part. tit. ult. ſeu 13. de diviſ. & diſmemb. Parochiarum n. final.*, videlicet proficiſcens, ac mutuatum a peculiari Summi Pontificis hac in re plenitudinem poteſtatis habentis, indulgentia, & conceſſione, quemadmodum obſervat *cit. Catalan. d. n. 4.*, & videri commode poteſt in calce litteræ encyclicæ ab eodem *Ramberto* ad Epiſcopos, de quibus ſupra,

pra, directæ, ubi hæc notatu digna habentur: *Notificantes vobis inſuper, quod ſi in hoc noſtras preces exaudieritis, gratum beneplacitum erit Summo Pontifici* (nempe *Benedicto XI.*) *cum prædictam Eccleſiam, & locum ſpecialiter diligat, & in præfata conſecratione intendat gratiam facere ſingularem*. Quæ littera encyclica a nobis brevitatis gratia prætermiſſa, habetur fere integra apud *laud. Catalanum in tom. 2. pag. 28. col. 2. §. 14. n. 4. in fine*.

Ex memorata *Ramberti* Camerinenſis Epiſcopi littera encyclica quiſque jam percepit, Indulgentias ab aliis ad id rogatis Epiſcopis concedi ſolitas fuiſſe, tametſi ab actu conſecrationis abſentibus, ac remotis. Prædictorum Epiſcoporum litteræ cum In- 66
dulgentiarum petita conceſſione fere ſingulæ habentur apud *eumdem Catalanum dict. loc. pag. 29. & 50.* Solebant quoque antiquitus plures Epiſcopi junctim concedere eas, quas poterant Indulgentias, non tam occaſione alicujus Eccleſiæ conſecrandæ, juxta ſuperiora exempla, quam ad effectum invitandi Chriſtifideles ſpirituali præmio ad viſitandas certis, ſtatiſque diebus deſignatas Ec- 67
cleſias, eodemque tempore illas beneficiis, ac largitionibus efficiendas. Ad cujus rei illuſtrationem varia afferri poſſent exempla, quæ brevitatis gratia ſilentio prætermittimus: cujuſmodi illud præſertim eſſet, quod eruimus ex quodam vetuſto diplomate *Onuphrii* Salernitani Archiepiſcopi, munito ſygillis decem Epiſcoporum, ſuas concedentium Indulgentias reſpectu Eccleſiæ *S. Mariæ de Montorio* Larinenſis diœceſis: dat. Neapoli 1318. die 1. Jul. ſub *Joanne Papa XXII.*, Pontificatus ſui anno ſecundo.

Ex quo itaque plures Epiſcopi non obſtante Concilii Lateranenſis IV. ſanctione Indulgentias varias conceſſerint occaſione conſecrandi memoratam Eccleſiam *S. Mariæ de Mercato* S. Severini in Picœno, ſic permittente *Benedicto XI.* P. M. (cujus Pontificatus valde fuit anguſtus, propterea quia anno 1033. in Pontificem electus, diem clauſit ſuum Peruſiii 1. Jul. ſeq. anni 1034.) in legitimam deſcendit conſequentiam, excipiendum ſemper eſſe Summum Pontificem, qui in conſecratione Eccleſiæ per ſe, vel per delegatum peracta, poteſt quaſcumque Indulgentias impertiri: 68
cum illius auctoritas, atque liberalitas in hiſce præſertim gratiarum largitionibus, intra limites valeat nullis legibus contineri, ob plenitudinis poteſtatem, quam & ipſi Patres Lateranenſes in d. *cap. 62.* non ſunt inficiati, ita loquentes; *Cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis &c.*

Sic, ut cætera omittamus exempla, *Benedictus XIV.* in conſecratione Eccleſiæ Metropoliticæ Bononienſis facta ex ejus ſpeciali delegatione a Card. *Malvetio* Bononienſi Archiepiſcopo, conceſſit Fidelibus ad præfatam Eccleſiam conſecrationis die accedentibus, 69

Digitized by Google

Indulgentiam plenariam, atque anniverſaria recurrente celebritate, ſeptem annorum, & totidem quadragenarum veniam, quemadmodum legere melius eſt in litteris delegationis incipientibus *Tibi præ cæteris*, & in Inſcriptione ab ipſomet Pontifice decreta, impreſſaque poſt Conſtit. 57. *tom*. 4. *ſui Bullar*. Quæ Inſcriptio extat hiſce verbis concepta, addito tamen die, menſe, & anno, quo fuit a laud. Cardinali conſecrata:

METROPOLITICAM S. PETRI
APOSTOLORUM PRINCIPIS ÆDEM
QUAM
BENEDICTUS XIV. PONT. MAX.
GRAVISSIMIS CURIS PROHIBENTIBUS
DEO DICARE
QUOD IPSI OPTATISSIMUM ERAT
NON POTUIT
VINCENTIUS MARIA S.R.E. CARD. MALVETIUS
AB EO PURPURA DONATUS
IPSIQUE IN BONONIENSI ARCHIEPISCOPATU
SUCCESSOR
VICARIUS EI MUNERI DELEGATUS
SOLEMNI RITU CONSECRAVIT
DIE XV. AUGUSTI MDCCLVI.
ET FIDELIBUS RELIGIOSE AD ECCLESIAM
ACCEDENTIBUS S. S. DIE
INDULGENTIAM PLENARIAM
ANNIVERSARIA VERO CELEBRITATE RECURRENTE
SEPTEM ANNORUM, ET TOTIDEM QUADRAGENARUM VENIAM
SUMMI PONTIFICIS AUCTORITATE
PERPETUO CONCESSIT
JUSSUQUE EJUS
M. P. C.

Hujuſmodi ſolemnitas Dedicationis Eccleſiæ, quam celebran-
di jus habet præcipuum Cathedralis Eccleſia, per tradita a Sacro
70 Rotali Auditorio *deciſ*. 618. *n*. 5. *par*. 2. *dec*. 177. *n*. 5. *par*. 6., *dec*. 249.
n. 23. *par*. 12. *Rec*., debet ſingulis annis eo die, quo venerit, dili-
genter ſervari, *Can*. 15. *de conſecr. diſtinct*. 1., *Can. Solemnitas ead.*
diſt., *Ventril. d. annot*. 17. §. 2. *n*. 8., *Catalan. ad Concil. Lateran. IV.*
cap. Cum ex eo §. 34. *in fine*, & ante eum *Sell. ſelect. Canon. cap*. 34.
n. 100., ubi aſſerit Sacrorum Rituum Congregationem in quadam
Ari-

Ariminen. 16.*Octobris* 1604. declaraſſe non eſſe alterandam conſuetudinem tametſi devotionis cauſa.

Ubi vero, juſta id ſuadente cauſa, translatio Dedicationis fieri debeat, facienda ab Epiſcopo eſt eo ipſo conſecrationis die, quemadmodum eadem Sacra Congregatio declaravit apud *Piaſec.* 71
*in praxi part.*1. *cap.*1. *num.* 9., *Ventrigl. d.* §.2. *n.*9.; de quibus Translationibus videri poſſunt *Gavant. n.*10., *Sell. dicto loco n.*102. *Ventril. d.n.*8., ubi caſus, & reſolutiones d. Sacræ Congregationis Rituum adducuntur. Sic celeberrimi quoque Templi, vulgo *Pantheon*, nunc Baſilicæ S.Mariæ ad Martyres, de qua verba fecimus *in I. Parte tit.*8. *de erectione Paroch. Eccleſ. n.*201. *& ſeqq.*, ſolemnis Dedicatio, velut inſignis Chriſtianæ fidei triumphus de extincta idololatriæ tyrannide, anniverſaria celebritate recolebatur in Romana Eccleſia, eo ipſo die Conſecrationis a *D. Bonifacio IV.* 72
peractæ: prout ab antiquo tempore jugiter obſervatum fuiſſe deducitur ex Vetere *Sacramentario Gregoriano* nuncupato ab *Hugone Menardo* edito, in quo prædictæ diei Miſſa ita inſcribitur = *In natali Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Martyres* = ac tradit *Benedictus XIV. in Conſtitutione* 67. incipiente *Ad Summi* §.2.*tom.*4. *ſui Bullarii*.

At *Gregorius* hujus nominis Pontifex IV. circa annum 834., hujuſmodi Solemnitatem ad diem chalendarum Novembris, videlicet ad primum Octobris diem, celebrandam tranſtulit. Unde originem habuit, teſte laudato *Benedicto XIV.* in *fine d.* §.2., 73
ſolemne Feſtum, quod non ſolum in honorem Deiparæ Virginis, & Sanctorum Martyrum, ſed etiam in cæterorum omnium cœleſtium Spirituum, atque Sanctorum cum Chriſto Domino regnantium memoriam, univerſa per Orbem Eccleſia Catholica concelebrat, videlicet Feſtum Omnium Sanctorum. Ratio autem, ob quam ordinata ſic fuit tantæ celebritatis translatio, eſt, quia, cum hujuſce diei ſolemnitas per Chriſtianum Orbem longe, lateque propagata, frequentes ad Almam Urbem attraheret fideles eo anni tempore, quo conſumptæ jam erant ſuperioris anni fruges, ſæpe eveniebat, ut confluenti multitudini nequaquam ſufficiens Annona ſuppeditaret: unde ſatius viſum fuit dicto Pontifici *Gregorio IV.* hanc ad aliud opportuniſſimum anni tempus ſolemnitatem transferre.

Hujuſce translationis exemplum vobis trado recentius, petitum a Parochiali Eccleſia Germanico, & Hungarico Collegio annexa S.Apollinaris Epiſcopi, & Martyris, quam in nobiliorem formam e fundamentis excitatam, *Benedictus XIV.*, qui primum quoque lapidem impoſuerat, ſolemni ritu conſecravit 21. April. 1748., cujus mentio fit in ſua *Conſtit. Ex tuis precibus*, & altera incip. *Peracta Tom.*4. *ſui Bullarii*, die tamen 24. Octobris conſtitu-

D 2 to

to ad recolendam Dedicationis memoriam : quemadmodum liquet
ex marmoreo porphyretico Monumento , quod ad ſiniſtram Aræ
majoris partem in æternum rei geſtæ teſtimonium aſſervatur , &
apud nos impreſſum videtur in 1. *parte hujus Operis de Paroch. Ec-*
*cleſiis tit.*8.*ſub num.*29.*pag.*224.,ubi notantur illa verba = *Solemni*
ritu dedicavit 21. *Aprilis octava poſt Paſcha die A. MDCCXLVIII.*
ad recolendam Dedicationis memoriam die XXIV. Octobris conſtituto .
Dedicatio Eccleſiæ Metropolitanæ , ſeù Cathedralis peragi
debet in Civitate cum Octava , & in Diœceſi abſque illa , vel ſub
74 ritu duplici primæ Claſſis , aut ſub duplici minori , juxta decre-
tum Congregationis Sacrorum Rituum in una *Curien.* 19. *Ju-*
lii 1700. Quod vero attinet ad Regulares in ipſa exiſtentes Civita-
te , iſti tenentur Feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis ſub ri-
75 tu duplici ſecundæ Claſſis , & ſine Octava celebrare . Quod ſi Re-
gulares , & Moniales extra Civitatem exiſtant , non tenentur nec
ad recitationem Officii in die feſto, quemadmodum reſolutum fuit
a dicta Sacra Congregatione 2. *April.* 1662. *in Decreto generali*,
cum approbatione *Alexandri VIII.* die 8. *d. Menſis* , *& Anni* , tum
ab eadem in *una Galliarum* 10. *Jan.* 1693., & in una *Monialium*
S. Benèdicti Civitatis Patavia 9. *Auguſti* 1721.
Si de alia agatur Eccleſia , puta , Collegiali , vel ſimplici Pa-
rochiali , quamquam Matrice , atque Capite , Clerus illius Civi-
tatis, vel Oppidi non tenetur recitare Officium , & perficere Octa-
76 vam Dedicationis Eccleſiæ Matricis , niſi fuerit ejuſdem Eccleſiæ
ſervitio , aut commoditati adſtrictus , vel aliquod in ea , tametſi
tenue , beneficium poſſideat , ut a laud. Congregatione Sacrorum
Rituum reſolutum fuit in una *Auximana* 16. *Maii* 1744. ; quæ ſin-
gula hactenus expoſita Decreta notis illuſtrata ab *Spiridione Talù*
Sacerdote Veneto J. U. D. & Sacrorum Rituum Profeſſore , videri
poſſunt impreſſa poſt *Ferraris in ſua Bibliotheca Canonica &c. Tom.* 8.
edit. Roman., *n.* 11., 418., 467., 728., 898., 929., & 1173.
Hæc Anniverſaria Dedicationis Eccleſiæ ſolemnitas , ſua cum
Octava , efficaciſſimum poteſt ſuppeditare argumentum , non ſe-
cus atque cætera , de quibus ſatis abunde diſſeruimus *in I. Parte*
*Tit.*6., ad probandam , demonſtrandamque ſuper reliquas Eccle-
77 ſias dignioritatem , ac Matricitatem . Sic , omiſſo ſuperiori exem-
plo a Cathedrali Eccleſia petito , unum mutuari poteſt a Baſilica
Sacroſancta Romanæ Urbis Lateranenſi . Etenim cum iſta Eccleſia
78 ſingularum totius Urbis , atque Orbis Mater , & Caput habeatur ,
ut jam demonſtravimus *in d. tit.*6. *a n.*6. *ad plures ſeqq.*, illius pro-
pterea ſolemnis Dedicatio tum Romæ , tum ubique ſingulis annis
79 cum Octava celebratur ; At e contrario quamquam in honorem ,
& memoriam Principis Apoſtolorum , nedum a Clero Romano ,
ſed

Digitized by Google

ſed ab aliis etiam Eccleſiis, anniverſaria celebritate recolatur Dedicatio Baſilicæ Vaticanæ, nulla tamen Octava perficitur.

Poſtea quam Eccleſia fuit ſolemni ritu ab Epiſcopo, vel alio legitimam habente poteſtatem, ad æterni Numinis gloriam conſecrata, non poteſt amplius reiterari illius Conſecratio, *Can. Eccleſiis de Conſecr. diſt.1., cap. Propoſuiſti, cap. Ligneis de conſecr. Ec-* 80
cleſ. vel Alt., Piaſec. in praxi Epiſc. part.1. cap.5. n.3., Barb. de off. & poteſt. Epiſc. alleg.17. n.12., Ventrigl. d. annot.17. §.2. n.10., Catalan. ad Pontif. Rom. tom.2. tit.7. n.2. Concordat *Synodus Tuſculana* an. 1763. celebrata a Celſiſſimo Duce Eboracenſi *Henrico*, S.R.E. Card. Vice-Cancell. &c. *Part.1. cap.14. art.1. num.2.* Idemque dicendum de illis Eccleſiis, quæ Angelica, vel Sanctorum manu, & opera probantur dedicatæ, juxta celebre factum, quod legitur apud *Bulland.* in vita *S. Sabini 19. Februarii §.4. num.25. pag.314.*, relat. ab Illuſtriſſimo *Andrea Tortora*, Præpoſito Eccleſiæ Canuſinæ, in *relat. ſtatus d. Eccleſiæ §.1. n.41. & 42.*, ubi Archangelus D.Michael, prohibuit, ne Epiſcopi, qui ad id convenerant, conſecrarent Eccleſiam in Monte Galgano ſuo nomini dicatam, eo quod ipſe jam illam conſecraverat. Quod idem probat *Aſſemanus de reb. Neap. & Sicul. cap.14. §.14. tom.1. pag.409.*

Variis tamen modis contingit, ut Eccleſiæ conſecratio iterum peragi valeat. Primùm enim, quando revera conſtat de con- 81
ſecratione facta abſque debita forma, & materia, poteſt ad Eccleſiæ iteratam conſecrationem deveniri, argum. *Can. Daibertun. cau.1. qu.7., & gloſſ. in cap.1. de Baptiſ., verbo Baptizatus*; Quem- 82
admodum contingeret in Eccleſia ab Arianis conſecrata, ad *gloſs. in Can.20. & 21. de conſecr. diſt.1., & D. Gregor. Magn. lib.3. dialog. cap.30.*, qui Eccleſiam ab Arianis conſecratam iterum conſecravit, & *in epiſt.19. lib.3. tom.2.*, ut editio Patrum S.Mauri refert, qui paratus erat ad conſecrandam Eccleſiam juxta Domum Merulanam ſub titulo Sancti Severi, eo quod ſciret eam fuiſſe ab hereticis dicatam, *Baron. ad An.591. n.51., Floravant. Martinel. de Diaconia S. Agathæ pag.69.*, ac *Bened. XIV. conſtit.57.* incip. *Jam inde §.3. in fine, tom.4. ſui Bullarii*. Sunt autem alii Ariani, qui debita materia, & forma utuntur, unde iſti valide conſecra- 83
bunt, juxta *gloſſ. in cit. Canon.*, ibi = *Intelliguntur in eo caſu, quando Ariani non conſecrant Eccleſias in forma Eccleſiæ* = Nam quidam eorum faciebant Sacramenta in forma Eccleſiæ, & quidam non, ut docet *Pax Jordan. dicto tit.9. num.66., ac Bened. XIV. in cit. Conſtit.57. §.5.*

Secundo, conſecrari iterum poteſt, ſi conſecrata adpareat ab eo, qui Epiſcopali ordine minime eſt inſignitus, nullaque Summi Pontificis delegatione honoratus; cum talis conſecratio ſit Epiſco- 84
pali

Digitized by Google

pali Ordini reſervata, *cap. Aqua de conſecr. Eccleſ.*, *cap. Quanto de*
conſuetud. ibi Abb. n.3., ac *Fagnan. n.13.*, *Ventrigl. d.* §.*2. n.6.*,
*Card. Petra ad Conſtit.6. Urbani VI. n.*18. Ideoque ex defectu ne-
ceſſariæ juriſdictionis in conſecratione, denuo erit conſecranda Ec-
85 cleſia: eo quod prior actus non ſolum illicitus, ſed etiam invali-
dus ipſo jure fuerit: ex Ven. *Card. Bellarm. lib.2. de confir. cap.*12.
ac *Bened. XIV. in ſua Conſtit. Ex tuis precibus* §.8., *ſeu* 7. *tom.*4.
ſui Bullarii. Eodem modo, quo ordinatio facta ab eo, qui legi-
tima facultate eſt deſtitutus, v.g. ab eo, qui Epiſcopali characte-
86 re minime eſt inſignitus, nulla eſt, unde ſic ordinati iterum
ſunt ordinandi, *Can. Corepiſcopi*, *Can. Quamvis*, *Can. Presbyte-*
ri diſt.68., *Can. Nihil cau.7. qu.1.*, *gloſſ. in cap. Aqua de conſecr.*,
Hoſtien. in cap. un. de Sacr. Unctione n.1., *ac Fagn. n.6.*, & *in d. cap.*
*Aqua n.*19. Sub hoc tamen diſcrimine, quod ordinatio ipſo jure nul-
87 la eſt, nulloque modo per Apoſtolicam approbationem, ſeu rathiha-
bitionem evadere poteſt ſanabilis, ob vitium omnino intrinſecum,
& ſubſtantiale: ob notiſſimam juris regulam petitam *a L.1. ff. de re-*
gul. Catoniana, & *L. Quod ab initio nullum eſt*, 29. *ff. de reg. juris*.

Cæterum notandum eſt, quod ſimplex etiam Sacerdos ex
ſpeciali Summi Pontificis delegatione conferre licite, valideque
poteſt, tanquam Miniſter extraordinarius, Minores Ordines,
tum etiam Sacramentum confirmationis, quemadmodum ſentit
Divus Thomas relatus, & ſequutus a Pontifice vere Maximo *Bene-*
dicto XIV. in ſua Conſtit. ſeu Epiſtola I. ad Patrem Engelbertum,
incip. *Ex tuis precibus* §.9. *in Append. ad tom.4. ſui Bullarii*. Idque
pariter demonſtrat laudatus Pontifex variis exemplis in ſuo aureo
opere *de Synodo Diœceſana lib.7. cap.7.* & *ſeq.* cit. in *d.* §.9.

Ubi vero Eccleſiæ Conſecratio ab extraneo Epiſcopo facta fue-
rit abſque Summi Pontificis delegatione, vel proprii, ſeu Diœce-
ſani Epiſcopi licentia, non erit dicta Eccleſia ſacro Chriſmate
88 iterum inungenda: propterea quia hujuſmodi actus illicitus quidem
erit, ſed omnino validus, ex Conc. Arauſicano I. ſub Ilario Arel.
Epiſcopo anno 441., ut in *Collectione Lab. tom.3. pag.*1449.
Verbo Si quis, & *Concil. Trident. ſeſſ.6. de ref. cap.5.*, ibi =
Nulli Epiſcopo liceat, cujuſvis privilegii prætextu, Pontificalia in
alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia, &
in perſonas eidem Ordinario ſubjectas tantum: Si ſecus factum fuerit,
Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & *ſic ordinatus ab executione*
Ordinum ſint ipſo jure ſuſpenſi = Concordat *Benedictus XIV.* in di-
cta Epiſt.1. ad P. Engelbertum, ſeu Conſtit. *Ex tuis precibus* §.2.
ubi hæc habet = *Debet eſſe proprius*, & *Diœceſanus, nec aliter ſine*
ejus delegatione poteſt licite, & *ſine reatu conſecrare*; atque in §.3.
& 8. *ſeu* 7. ubi notanda ſunt illa verba: *Illicitus quidem ſit actus, non*
etiam fruſtraneus,

Quæ

Quæ cum ita ſint, quamquam prædictus Conſecrationis actus ſua non careat firmitate, validitateque, attamen Epiſcopus, qui Eccleſiam, ut ſupra conſecravit, pœnis Canonicis, puta ſuſpenſioni ab exercitio Pontificalium, atque Eccleſia ſic conſecrata Interdicto ipſo jure ſubjacebunt *ad d.Concil. Trident. cap.*5. Quo pariter collimant, quæ habentur in *Conſtitutionibus Synodalibus Eccleſiæ Tuſculanæ*, ſeu in ſæpe laud. *Synodo Tuſculana* ſub Celſiſſimo *Henrico* Epiſcopo Tuſculano, Duce Eboracenſi, S.R.E. Vice-Cancellario, *par.*1. *cap.*14. *art.*2. *num.*1., ubi ſic legitur = *Nulla proinde Eccleſia intra noſtræ Diœceſis fines ſita, ab alieno Epiſcopo, ſine prævia noſtra licentia conſecretur. Si ſecus fiat, eadem ipſo facto Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto*.

Tertio conſecrari poteſt ulla abſque hæſitatione, & conditione Eccleſia illa, quam merito ambigimus unquam fuiſſe conſecra- 89
tam, ex *Can. Eccleſia, Can. Solemnitates de conſecr. diſt.*1., *De Bonis tract. de Oratoriis publicis cap.*20. *ſub n.*386. §. *Semel edit. Rom.*1766. & Concil. Lateranenſi ſub *Benedicto XIII.* celebrato anno 1725., *cap.*3. *tit.* 25., ubi ſtatuitur, quod ſi Eccleſiæ, vel Altaria adſint, de quorum dedicatione dubitetur, nec ſcripturæ, aut teſtes exiſtant, qui de conſecratione teſtentur hujuſmodi, abſolute ulla abſque dubitatione conſecrari valeant. Idemque confirmat *Benedictus XIV.* in dicta Conſtit.57. *Jam inde* §.2. & 4., tum §.5. *in fine*, ubi ait, ſe quoque dictæ Romanæ Synodo interfuiſſe; ut videre eſt in *tom.*4. *ſui Bull.*

Hinc antequam Epiſcopus ſolemni ritu Eccleſiam ad æterni ſupremique Numinis honorem dedicet, nullum apparere debet veſtigium, nullumque haberi documentum, ex quo probari valeat Eccleſiæ, qua de agitur, Conſecratio: quibus probationibus in hac 90
materia, quæ facti eſt, deficientibus, nullum eſt dubium, quin miniſtrari illa valeat, *Innoc. in rubr. de Conſecr. Eccleſ.*, *Maſcard. de probat. verbo Conſecratio concluſ.*415., & *verbo Eccleſia concl.*583. *Ventrigl. in praxi annot.*17. §.2. *n.*13. Itaut nec locus quidem fiat præſumptioni favore Eccleſiæ Parochialis, immo etiam Cathe- 91
dralis, ob Romani Concilii verba in *d. tit.*26. *cap.*3., & *Benedicti XIV.* d. Conſtit. 57. §.2. & 4. adeo clara, atque generalia, ut quamcumque reſpuant exceptionem, nullamque diſtinctionem admittant, ad regulam, qua edocemur, non eſſe a nobis, ubi lex non diſtinguit, diſtinguendum, *L. Diſſentientis cod. de repud.*, 92
cap. Quia circa de privil., *cap. Illa ne Sede vacante*, Rota *dec.* 367. *ſub num.*3. *part.*3., & *deciſ.*533. *num.*4. *par.*14. *Recent*, tum *cor. Molin. dec.*777. *n.*40., *dec.*896. *n.*100.

Argumenta, atque ſigna principaliora, quibus probari poſſet Eccleſiæ Conſecratio, hæc eſſe ſolent. Primum probari ipſa poterit

terit ex authenticis libris, & ſcripturis, de hac teſtantibus, tum ex
93 Litteris, ſeu Monumentis in marmore, pariete, ac alibi inciſis, aut exaratis, *Gloſſ. in Can. Solemnitates de conſecratione diſt.*1., *Felin. in cap. Cum cauſam n.*2. *de probat.*, *Ventrigl. d.*§.2. *n.*14., *Maſcard. d. concluſ.*415. *n.*2. 3. 6., *& concluſ.*583. *n.*3., *Ricc. in prax. part.*1. *dec.*547. *n.*2.

Hunc antiquum morem Dedicationis Monumentum, ſeu Inſcriptionem ipſis Eccleſiis inſculpendi memorat quidem S. *Proſper* Epiſcopus Aquitanus *in libro de promiſſionib. parte* 3. *promiſſ.* 38., ubi inter alia teſtatur, Deum Optimum Maximum characteribus in fano Idolorum exaratis, ejuſque conſecrationem ab Aurelio Epiſcopo Cartaginenſi Magni Auguſtini Anteceſſore perficiendam non tam prædicentibus, quam velut præteritam enarrantibus confirmaſſe, eaque verba in dicti fani propyleo incidiſſe: *Aurelius Pontifex dedicavit*: Quemadmodum legere eſt apud *Catalan. ad Pontificale Roman. tom.*2. *de Eccleſiæ dedicatione, ſeu conſecratione* §. *ult. ſeu* 79. *num.*11.

Laudati autem *D. Proſperi*, qui ejus rei oculatus teſtis fuerat, verba ſic loquuntur = *Ipſe tam aderam cum Sociis, & Amicis, atque ut ſe adoleſcentium ætas impatiens circumquaque vertebat, dum curioſi ſinguli quæque pro magnitudine inſpicimus, mirum quoddam, & incredibile noſtro ſe ingeſſit aſpectui, titulus æneis, grandioribuſque litteris in frontiſpicio Templi conſcriptus* Aurelius Pontifex dedicavit: *Hunc legentes populi mirabantur, Præſago tunc ſpiritu acta quæ præſcius Dei ordo certo ipſo fine concluſerat*.

Probatur ſecundo Eccleſiæ conſecratio ex Teſtibus fide dignis,
94 immo ex unico etiam teſte adminiculato, omni, ut ajunt, exceptione majore, arg. *Cap. Parvulos, Cap. Cum itaque de conſecr. diſt.*4., Gloſſa *in Cap. Nuper de teſtib. & atteſtationibus verbo Niſi juratus*, ibi = *Quandoque tamen bene creditur uni, quando non ſit præjudicium alicui, puta utrum aliquis ſit baptizatus, vel utrum eſſet Eccleſia conſecrata* =& in *Can. Placuit de conſecr. d. diſt.*4. *verbo Teſtentur*, ubi hæc habet: *Creditur ergo teſtimonio unius in baptiſmo, & in conſecratione Eccleſiæ*. Atque *Benedictus XIV.* in Conſtit.28. incip. *Poſtremo tom.*2. *ſui Bull.* §.32. *verſ. Hoc tamen*, ubi in explicationem *Gloſſæ in dictis locis*, ita loquitur quoad baptiſmi collationem, de qua ſermo habebatur: *Hoc tamen intelligendum eſt, dummodo teſti, aut mari, aut fœminæ fides adhiberi prudenter poſſit, aut idem ſi teſtatur, qui baptizavit: hic ſiquidem ſe ipſum aſſerens baptiſmum Hebræo infantulo miniſtraviſſe, non rem modo ab ſe geſtam, ſed etiam pœna digniſſimam ſuo ipſo teſtimonio confirmaret*. Nec contemnendum inſuper eſſet præjactam ad rem, quod Rotale Auditorium habet in alia facti ſpecie *coram Falcon. dec.*11. *n.*8. *de retin. poſſeſſ.*, *& in*

*& in miſcell. dec.*44. *n.*16., aliiſque in locis, quæ ut brevitati conſulamus, ſilentio prætermittimus.

Tertium probationis ſignum, & argumentum ſuppeditari poteſt ab anniverſario dedicationis feſto, ac proprio, peculiarique illius officio, quod a Clero Eccleſiæ, qua de agitur, diligenter perſolvitur. Solet enim quælibet Eccleſia anniverſaria celebritate 95
dedicationis memoriam recolere, juxta ea, quæ ſuperius attulimus. Contingit quandoque, ut de Eccleſiæ conſecratione adpareat, de die autem ejus conſecrationis nullum habeatur documentum; & hoc in caſu poteſt Epiſcopus ordinare, ut feſtum dedicationis, & officium a Clero perſolvendum, certa die habeatur: quemadmodum ſtatuit *Benedictus XIV.* reſpectu Baſilicæ S. Mariæ 96
Majoris, ut legitur *in appendice ad tom.*3. *ſui Bull. n.*111. *ad Conſtit.*54. in allocutione ab ipſo habita in eadem Baſilica, incip. *Poſt quam nobis* §.2. *in fine*.

Probatur quarto ex communi fama, & opinione, quando nempe pro conſecrata communi opinione habetur, juxta tradita a 97
*Pace Jord. lib.*5. *tit.*9. *n.*16. Fama enim in antiquis, quando præſertim de nullius præjudicio agitur, plenam, aut ſaltem ſemiplenam probationem inducit: *Innoc. in cap. Veniens de teſtib.*, *Maſcard.* 98
*de probat. verb. Fama concluſ.*743. *n.*7., *& ſeqq.*, *Pax Jord. loc. cit.*
Multoque magis in antiquis probat, quando qualificata eſt ab aliis 99
conjecturis, & adminiculis. *Barb. de offic.*, *& pot. Epiſc. part.*3. *alleg.*72. *n.*43. *ac Rot. cor. Peutingher. dec.*471. *n.*1. *& ſeqq.*, *& cor. Falcon. de jnrep. dec.*35. *n.*11.

Quintum probationis atgumentum ſuppeditant cruces, in pariete depictæ, vel exculptæ, ut docet *Maſcard. concluſ.*585. *n.*2., 100
*Pax Jord. loc. cit. n.*57., *Ricc. in praxi part.*1. *dec.*547. *n.*17. Non tamen refert, quod omnes duodecim cruces minime adpareant, cum ſit præſumendum antiquitate temporis fuiſſe reliquas conſumptas. Sed hic omittendum non eſt, quod etſi cruces, ita exi- 101
ſtentes ſint legitimum conſecrationis peractæ argumentnm, ex illarum defectu non poteſt deduci negativa conſequentia; quippe quod contingere facile potnit illas fuiſſe temporis injuria, vel alio 102
accidenti deletas, aut etiam tempore conſecrationis omiſſas, juxta exemplum, quod nobis ſuppeditat *Pax Jord. in tit.*9. *de conſecr. Eccleſ.*, reſpectu Eccleſiæ Cathedralis Traguriensis, ac præcipue juxta illud a Baſilica Liberiana petitum; quæ etſi a Pontifice *Sixto III.* conſecrata fuerit, non tamen fuit crucibus inſignita, quæ poſtea appoſitæ fuerunt, ſic ordinante *Benedicto XIV.*, teſte eodem in cit. ſua allocutione incip. *Poſt quam nobis* §.2. ibi: *Quas quidem minime tunc appoſitas fuiſſe credimus, cum ſanctus Sixtus eam conſecravit*. Ouamvis enim hodierna attenta diſciplina ex Roma-

103 ni Pontificalis rubrica, ab Epiſcopo conſecratore duodecim cruces ſacro chriſmate inungantur, & ad æternam peracti miniſterii memoriam intra Eccleſiæ ambitum figantur, non tamen conſtat, quo potiſſimum tempore hujuſmodi cruces figendi mos inoleve-
104 rit, ut tradunt *Euſebius in hiſtor. Eccleſ. lib.* 10. *cap.* 3., *& Benedictus XIV. in cit.* §. 2.

Ultimus caſus, in quo Epiſcopus poteſt Eccleſiæ conſecrationem renovare, ad iſtius antea ſecutam execrationem reducitur,
105 quæ execratio pluribus modis poteſt contingere. Primo ſi Eccleſia univerſa, vel major pars fuerit exuſta, quia priorem amiſit
106 formam, atque conſecrationis ſubſtantiam, iterum eſt conſecranda. *Gloſſa, & Can. Eccleſiis de conſecr. diſtinct.* 1. ibi: *niſi ab igne exuſtæ fuerint, & Can.* 3. *diſt.* 63., de quibus plene *Berardi part.* 1. *cap.* 7. *a pag.* 96., *Gloſſ. in cap. Propoſuiſti verb. Reconciliari de conſecr. Eccleſ., Pax Jord. ut ſup. n.* 64., aliique apud *Bened. XIV.* in cit. ſua *epiſt.* 1. *ad Patrem Engelbertum* §. 7. Idemque dicendum, ſi in totum, vel majori pro parte deſtruatur ruina, terremotu, vel ſi-
107 mili caſu, datave opera *Cap. Ligneis de conſecr. Eccl.*, ibique Caroniſtæ, *Gloſſa in d. cap. Propoſuiſti, Ugolin. de Offic. Epiſc. cap.* 28. *n.* 4. *verſ. ſecundo, Ventrigl. in prax. d. n.* 17. §. 2. *n.* 11., d. Synod. Tuſculana an. 1763. *part.* 1. *cap.* 14. *art.* 1. *n.* 1., atque *Bened. XIV.* in Conſtit. *Jam inde a primis annis* §. 14. *&* 15. *tom.* 4. *ſui Bull.*

Inter Eccleſias ſacro inunctas chriſmate, nova deinde conſecratione ob ruinas, terræmotus, ac incendia præſertim inauguratas, recenſeri merito poteſt Baſilica Lateranenſis. Ineunte enim ſæculo 14. cum ignis adverſo caſu d. Baſilicam inceſſiſſet, eadem una cum Apoſtolico, ac Pontificio Palatio exuſta manſit, atque conſumpta, quemadmodum referunt Sanctus Antoninus 3. *part. chronicon. tit.* 21. *cap.* 1. §. 4., & Villanius *lib.* 5. *cap.* 98. Cumque *Clemens V.* Pontifex non prætermiſiſſet eamdem reædificandam curare, non multo poſt exactum præfati 14. ſæculi dimidium, novo adverſo facto, ingenti ſuborto incendio, iterum fuit abſumpta, ut teſtantur *Rainaldus in continuatione Annalium ad annum* 1361., atque *Soretinus in Annalibus Lateranenſibus* manuſcriptis, aſſervatiſquè in Tabulario Capituli *fol.* 147. Quamvis autem ex ſollicita Romanorum Pontificum cura, omnia Baſilicæ ſuppeditata fuerint, quibus in priſtinum ſtatum reſtituta fuit, cum tamen non fuiſſet iterata conſecratione dicata, quamvis ſuperioribus temporibus, & cum primum conſtituta extitit, eam
108 *S. Sylveſter* dedicaviſſet, hinc placuit *Benedicto XIII.* Pontifici eamdem ſacrare, juxta auctoritatem, & teſtimonium *Benedicti XIV.* in Conſtit. *Jam inde* §. 8. *verſ. Ineunte, tom.* 4. *ſui Bullar.*, ubi in fine ait, ſe quoque huic functioni fuiſſe ſpectatorem, &

præ-

Digitized by Google

præſentem, ibi: *Quod quidem præſtitit nobis ſpectantibus, vehementerque mirantibus univerſam laborioſam functionem a pio illo Pontifice, ſumma cum religione, animique conſtantia peractam, quamvis idem ipſe viribus eſſet deſtitutus, ideoque ad noviſſima vitæ præpararet.*

Præ oculis pari modo haberi poteſt illud, quod ad æternam rei geſtæ memoriam a Capitulo, & Canonicis Baſilicæ poſitum, erectumque fuit marmoreum monumentum hiſce litteris inciſum.

PRINCIPEM HANC ECCLESIAM
INCENDIIS VASTATIONIBUS
TERRÆ INSUPER MOTIBUS
DEJECTAM EVERSAMQUE
AC SÆPIUS A SUMMIS PONTIFICIBUS REPARATAM
BENEDICTUS XIII. P. M. ORD. PRÆD.
SOLEMNI RITU CONSECRAVIT
DIE XXVIII. APRILIS MDCCXXVI.
EJUSQUE CELEBRITATIS MEMORIAM
QUOTANNIS RECOLENDAM DECREVIT
IV. DIE NOVEMB. QUA PRIMUM A B. SYLVESTRO
BASILICA DEO ADDICTA EST AC DICATA.

Si a primo lapide reædificetur, vel parietibus tantum renovetur Eccleſia, nova indiget conſecratione, ut Doctores communiter, ac præſertim *Bened. XIV. in ſua Inſtitutione Eccleſiaſtica latinæ editionis* 67., & in cit. *allocutione d.* §.1., tum etiam in d. *Conſtit.* 57. §.10. *in princ.*, *d. Synod. Tuſcul. ut ſupra*. Quod ſi tectum corruerit, vel data opera fuerit ſublatum, novumque ſuperinductum, veteribus parietibus conſiſtentibus, non debet Eccleſia iterata inauguratione dicari: quia conſecratio in parietibus, non vero in tecto conſiſtit: ac proinde illo deſtructo non cenſetur ſublata Eccleſia, vel major illius pars ad effectum repetendæ conſecrationis, etſi modica corruerit parietis pars, *d. Cap. Ligneis*, *ubi gloſſa de conſecr. Eccleſ.*, *Pax Jord. loc. cit. n.* 71., *Vermigl. d.* §.2. *n.* 11., *Benedictus XIV. ut ſup.* §.10. Si vero Eccleſiæ parietes non uno tempore, ſed per partes, & diverſis temporibus fuerint ædificati, ita ut Eccleſia revera dici debeat renovata, debet iterum conſecrari: nam ſublatis veteribus parietibus, nec vetus remanet conſecratio, juxta *Innoc.*, quem ſequitur *Abbas in d. cap. Propoſuiſti n.* 8. *verſ. Sed Innocentius*, ac *Bened. XIV. loc. cit.* §.12. & 13. *verſ. Verum*, ibi: *Et ita renovata fuit, ut nullo modo dici valeat vetus Eccleſia.* Quin admitti debeat illa ratio, quod tali in caſu adhuc

109
110
111

112 eadem Eccleſia fictione juris cenſetur, arg. *L.G[illegible] ff. de legatis* 1., tum *L.Quod in rerum §.finali eod. tit.*, *l.[illegible] ff. de Judic.*, quibus nonnulli auctores utuntur, inter quos *Pax J[illegible] ſub n.74. verſ.Sicut, & cum ſeq.* Quandoquidem in hac, in qua verſamur,
113 aliaque ſimili materia, non fictio, ſed veritas ipſa attenditur. *Archid. in cap.1. de vot. in 6.*, *Gr[illegible] dec.[illegible] part.2. lib.7. cap.15. n.14.*, *ac Bened.XIV. loc. cit.* At dato etiam caſu, quo dubium ſit an veritas, vel fictio ſit attendenda, neceſſario ſequendum eſt illud legale principium, quod quando actus poteſt intelligi ſecundum fictionem, & veritatem, ſola veritas eſt attendenda, *L.Filio, ibique* Bartol., *& Alex. ff. de liber. & poſth.*, *Rot. cor. Falcon. dec. 17. n.3. de emption.*

Si Eccleſia, quæ ignem, vel aliud accidens paſſa eſt, adhuc remaneat integra, vel major illius pars, ſed tamen conſiſtentibus parietibus detractæ fuerint cruſtæ, ſejunctique lapides, de-
114 bet iterum conſecrari: quia conſecratio in ſuperficie Eccleſiæ perficitur, adeoque hac ſublata ſuperficie, ſeu internis cruſtis, quæ ſacro fuerunt chriſmate inunctæ, ſublata omnino remanet illius conſecratio, ut communiter Doctores *poſt gloſſ. in cit. cap. Eccleſiis verb.* Exuſtæ *de conſecr. diſt.1.*, *& in cap. Propoſuiſti de conſecr. Eccleſ.*, *ibiq. Innoc. n.1.*, *Ugolin. de offic. Epiſcopi cap.28. n.2. verſ. Poſtremo*, *Ivo Carnoten. in ſuo ſermone* 4. *de ſacram. dedicationis Bened. XIV. d. Conſtit.* 57. *§.7. verſ. vel quando*, tum *§.8. ac* 9., *ac Rota apud Proſperum de territorio ſepar. dec.24. n.28. & ſeqq.* Quod ſi Eccleſia amplietur, ſalvis tamen, vel pro majori parte prioribus parietibus, non indigebit nova conſecratione, ſecus ſi parietes
115 pro majori parte deſtruerentur, ſuffectis aliis de novo, in parte latiori, teſte *Pace Jordan.* Vincentino, ac Epiſcopo Tragurienſi in citatis ſuis elucubrat. *tom.1. lib.5. tit.9. ſub n.74. verſ. Sed intelligas*, ubi rem proprio exemplo confirmat, hiſce verbis: *Sed intelligas concluſionem procedere, quando ampliatio fieret ſalvis prioribus parietibus: quod ſi parietes in totum, vel pro majori parte decruſtentur, ſuffectis aliis de novo in parte latiori, tunc intrarent concluſiones ſuperius allatæ, pro neceſſitate novæ conſecrationis, quod habui de facto in Eccleſia Caſtri novi DD. Cippicorum hujus diœceſis, in qua tribus parietibus antiquæ Eccleſiæ cum parte quarti, ac tecto de novo in latiori, & altiori forma refectis, Eccleſia noviter conſtructa habita fuit pro non ſacra, & de novo dedicavi illam prima die Maii* 1641.

Eccleſiæ pro minori parte ampliatæ, proindeque priorem non amittentis conſecrationem, exemplum nobis ſuppeditatur a Regulari, Parochialique Eccleſia SS. Martyrum Vincentii, & Anaſtaſii de Urbe, ubi deſtructis omnino prioribus parietibus, alii

alii e fundamentis ſuffecti ſunt pro conſtructione novi, amplioriſque Presbyterii, Aræque Maximæ. Qua occaſione *Carolus Rezzonicus* Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis, Sacræ R. E. Camerarius, Pontificis *Clementis XIII.* ex Patre nepos, ſolemni ritu benedixit, impoſuitque primarium lapidem *die* 30. *Novemb.* 1762. 116
quemadmodum videre eſt in ſequenti monumento ad æternam rei memoriam inſculpto.

D. O. M.

CLEMENTIS XIII.

SUMMI PONTIFICIS MUNIFICENTIA
HAC IN ECCLESIA DEO
IN HONOREM

SS. VINCENTII, ET ANASTASII

DICATA
MUNERIBUSQUE LOCUPLETATA
CUM ARA MAXIMA
ET PRESBYTERIUM
IN AMPLIOREM ET VENUSTIOREM
FORMAM CONSTRUERENTUR
EFFUSIS JAM AD INCHOANDUM
OPUS FUNDAMENTIS

EGO CAROLUS

TIT. S. CLEMENTIS PRESBYTER
CARDINALIS REZZONICUS
SANCTITATIS SUÆ
EX GERMANO FRATRE NEPOS
S. R. E. CAMERARIUS
PRIMARIUM HUNC LAPIDEM
SOLEMNI RITU
PER ME BENEDICTUM IMPOSUI
HAC DIE XXX. NOVEMBRIS
ANNO MDCCLXIV.
PONT. SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPÆ
ANNO SEPTIMO.

Multo autem fortiori ratione novam requiret conſecrationem Eccleſia illa, quæ prioribus deſtructis parietibus in totum fuerit ampliata, *Pax Jord. d. lib. 5. tit. 9. ſub n. 74.*; exemplo ducto, ut reli-

Digitized by Google

117 reliqua prætermittamus, a Baſilica Patriarchali Vaticana Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quam a Coſtantino Magno extructam Beatus *Silveſter* Pontifex Maximus, quinto idus Novembris ſolemni ritu dedicavit, ſed multorum Pontificum pietate, liberalitateque latius, ac magnificentius a fundamentis excitatam, *Urbanus VIII.* nova conſecratione decoravit, ut legitur in Inſcriptione, quæ ad perpetuam rei geſtæ memoriam publico aſpectui proponitur, ubi reliqua tanti Pontificis in d. Baſilicam collatæ liberalitatis, atque munificentiæ documenta, ac ſigna ita expenduntur.

URBANUS VIII.

PONT. MAX.

VATICANAM BASILICAM
A CONSTANTINO MAGNO EXTRUCTAM
A BEATO SYLVESTRO DEDICATAM
IN AMPLISSIMI TEMPLI FORMAM
RELIGIOSA MULTORUM PONTIFF.
MAGNIFICENTIA
REDACTAM
SOLEMNI RITU CONSECRAVIT.
SEPULCHRUM APOSTOLICUM
ÆREA MOLE DECORAVIT
ODEUM, ARAS, ET SACELLA
STATUIS AC MULTIPLICIBUS OPERIBUS
ORNAVIT.

Per notabilem Eccleſiæ reſtaurationem, eo quod per excruſtationem, vel lapidum ſejunctionem prioris conſecrationis ſubſtantia penitus ſublata cenſeatur, ut ſupra neceſſaria exiſtit nova
118 Conſecratio.

Sed hic non abs re notandum erit, quod facta nova Eccleſiæ conſecratione, officium dedicationis, quotannis recitandum, ut ſupra jam demonſtravimus, ac docet *Benedictus XIV. Inſtit.*67., eidem diei annecti poteſt cui prioris dedicationis officium erat annexum: quemadmodum Celſiſſimus Epiſcopus Tuſculanus *Henricus* Dux Eboracenſis, S.R.E. Card. Vicecancellarius ſtatuit in ſua *Synodo Tuſculana part.*1. *cap.*14. *art.*2. *num.*1. ibi = *At officium dedicationis quotannis recitandum, eiuem diei, cui prioris dedicationis Officium adnexum erat, optimo ſane Conſilio adnexum relinquetur.* Quidquid in contrarium eruatur ex nonnullis Doctoribus, ut vide-

Digitized by Google

videre eſt penes *Guyet. de feſtis propriis Sanctorum lib.1.cap.3.qu.7.* & *Biſſum in ſua Hierurgia Verbo Dedicatio Eccleſiæ n.51.* Quamvis enim prior conſecratio minime amplius exiſtat, nil tamen prohibet, quo minus recitari adhuc valeat eo conſecrationis die Officium; quemadmodum nonnulli Authores tenent, ducti potiſſimum exemplo duarum Baſilicarum Lateranenſis, & Vaticanæ, in quibus ad veterum conſecrationum recordationem diu fuit retenta officii recitatio, etſi novis poſitis conſtructionibus, veteres amplius non ſuperextarent Conſecrationes, ut docet *Benedictus XIV.* in Conſtit. *Jam inde* §.22. *in append. ad tom.4. ſui Bullarii.* Cumque poſtea conſecratæ iterum fuerint memoratæ Baſilicæ, Vaticana videlicet ab *Urbano VIII.*, & Lateranenſis a *Benedicto XIII.*, ut teſtatur *Benedictus XIV. d.* §.22. *in fine*, noſque ſuperius jam demonſtravimus, fuit officium dedicationis annexum eidem diei, cui prius erat annexum, ut videre præſertim eſt in monumento, quod ſupra attulimus Conſecrationis Baſilicæ Lateranenſis *ſub n.*108.

E contrario ſi reſtauretur quidem, ac in nobiliorem redigatur formam, quin tamen vel lapidum ſejunctio, vel ſuperficiei excruſtatio ſequatur, a nova Dedicatione erit omnino abſtinendum: 119
propterea quia adhuc ſacrata remanet, tametſi nobilior videatur, notabileſque etiam ſumptus in ea ſic reſtauranda fuerint conſumpti: quod illuſtratur auctoritate laudati *Benedicti XIV.* in cit. Allocutione incip. *Poſtquam* §.1., nec non ejuſdem comprobatur exemplo. Requidem vera licet hic Pontifex vere Optimus, vereque Maximus profuſæ in eam reſtaurandam Baſilicam ad Romanæ Urbis ornamentum, & decus, liberalitatis beneficia, & ſigna tanta contulerit, ut dici iſta merito valeat non amplius Liberiana, ſed Benedictina, a nova tamen conſecratione ſe abſtinendum eſſe exiſtimavit, quippe qui in Eccleſiaſticis diſciplinis, atque ritibus, Canoniciſque inſtitutis verſatiſſimus.

Ut autem tanti Pontificis profuſæ liberalitates, ac munificentiæ omnibus pateant, juſtumque valeat in hiſce aliiſque ſimilibus caſibus efformari judicium, libenter exhibeo grati animi monumentum, quod d. Baſilicæ Capitulum, & Canonici beneficentiſſimo Principi in œvum omne duraturum ita erexerunt.

BENE-

BENEDICTO XIV. PONTIF. MAX.

QUOD LIBERIANÆ BASILICÆ LACUNAR REPARAVERIT,
DE INTEGRO PAVIMENTUM REFECERIT,
COLUMNIS AD VERAM FORMAM REDACTIS, ET EXPOLITIS,
NOVA CAPITULA IMPOSUERIT NOVAS BASES SVBJECERIT,
PLAUSTICUM OPUS OMNE INAURAVERIT,
CHORUM NOVIS SUBSELLIIS INSTRUXERIT,
ARAM MAXIMAN EXCITAVERIT,
SACRAM DENIQUE ÆDEM ANTEA INCONDITAM
AD ELEGANTIAM, PARTIUMQUE CONSENSUM REVOCAVERIT
CAPITULUM, ET CANONICI BENEFICENTISSIMO PRINCIPI
ANNO IVBILÆI MDCCL. P. P.

Aliud exemplum recentius ſilentio prætermitto ab Eccleſia Patrum Sancti Auguſtini de Urbe petitum. Dicti enim Patres poſtquam vetus Cœnobium in longe ampliorem, nobilioremque formam maximo Rom. Urbis ornamento e fundamentis excitarunt, ipſam quoque Dei Domum, ſeu Eccleſiam anno 1483. a Guillermo de Ottoutivilla Epiſcopo Oſtienſi, Card. Rothomagenſi, & S. R. E. Camerario magnifice erectam, deinde temporis injuria deformatam priſtino nitori, elegantięque reſtituerunt. Hinc die vigeſima octava Auguſti anni 1764., ubi Feſtum Divi Auguſtini eorumdem Inſtituti Fondatoris, recolendum erat, ſacra divinaque officia incredibili populi concurſu fuerunt reſumpta, abſque ulla tamen novæ Conſecrationis inauguratione, proinde illa a *Benedicto XIII.* ſolemni ritu peracta die 11. Julii 1728., illæſa ut antea remanente: ut liquet ex marmoreo monumento, quod pro iſto, aliiſque receptis beneficiis tanto Pontifici Auguſtiniana Familia poſuit, erexitque.

Evenit aliquando, id hominum malitia, improbitateque ſuadente, ut Eccleſia ad ſupremi æternique Numinis honorem conſecrata polluatur, violeturque: quo in caſu a nova conſecratione erit omnino abſtinendum, rejecto *Gratiano cum gloſſa verbo Semine in Can. Eccleſiis* 20. *de conſecratione diſt.*1., *& in Can.*3. *diſtinct.*68., de quibus vide *Berardum Carolum Sebaſtian.* in ſuo opere *Gratian. Canones &c. part.*1. *cap.*7. *de Concil. Nicæno* 1. *generali a pag.*95. ac præſertim *pag.*97. 99. Sed neceſſaria erit reconciliatio, ut lau-
120 des, hymni, ac preces ad bonorum omnium largitorem iterum dirigi, ſacraque miniſteria, & officia compleri a Chriſtifidelibus valeant, per Text. *in cap. fin. de conſecr. Eccleſ., cap. Is de ſent., & excomm.*, ac Doctores communiter, ſed præcipue *Pax Jordan. tom.*1.

*tom.*1.*elucubrat. lib.*6. *tit.*12. *num.*137., ac plene *P. Catalan. ad*
*Pontifical. Roman. tit.*7. *num.*14. *&* 15. Concordat *Synodus Tu-*
*ſculana an.*1763. *part.*1. *cap.*14. *art.*2. *n.*2.

Quatuor autem ſunt cauſæ, & modi, quibus Eccleſia vio-
lari poteſt,ac pollui.Primo itaque polluitur per luxurioſam humani
ſeminis effuſionem, per Text. *in d.Can. Eccleſiis de conſecr. diſt.*1., 121
ibique *gloſſ. verbo Semine*, *&* *Can.*3. *diſt.*68., *cap.Si Eccleſia de con-* 122
ſecr.Eccl.,*cap. un. eod. tit. in* 6., *Ventrigl. in prax. par.*2. *annot.*17.
§.2. *num.*22., *Pax Jordan.*, *ut ſupra num.*101., *Catalan. d. tit.* 7.
*n.*10. *&* 11.,*d.Synod. Tuſculana part.*1. *cap.*14. *art.*2. *n.* 2. Cæterum
requiritur, quod ſit voluntaria, dataque opera emiſſa, notoria,
intraque Eccleſiam, quemadmodum docet *Pax Jord. loco cit.* De
quibus qualitatibus videri poſſunt *Ventrigl. d.* §.2. *num.*22., *Pax* 123
*Jordan. d.tit.*12. *a num.*104. *ad ultim.*ſeu 116., tum *Catalan. d. tit.*7.
*n.*10.*&* 11.*tom.*2.,& alii plures de hac materia differentes. Quibus
addi poteſt *De Bonis tract. de publicis Oratoriis cap.*20. *num.* 386.
*edit. Rom.*1766.

Polluitur ſecundo modo per injurioſam humani ſanguinis ef-
fuſionem, ac homicidium, *Can.ſi motu, d.Can. Eccleſiis de conſecr.*
*diſt.*1., *d.cap.*3. *diſt.*68., *cap. Propoſuiſti de conſecr. Eccleſ.*, *Ven-*
trigl. d. §.2. *n.*23., *Ugolin. de offic. Epiſc. cap.*29. §.1., *Barb. de*
*offic. Epic. alleg.*28. *n.*2., *d. Synod. Tuſculana part.*1. *cap.*14. *art.*2. 124
*num.*2. Homicidium ſumitur indiſcriminatim, ſive ſecutum fue-
rit cum ſanguinis effuſione, ſive abſque effuſione, veluti ſuſpendio,
ſuffocatione, aliove modo, ſanguine retento in cadavere, quod
ob identitatem rationis deducitur. Sacri enim Canones ſimplici-
ter aſſerunt pollutionem contingere propter homicidium, unde 125
indifferenter de utroque intelligendum eſſe declarant. *Ugolin.*
*d. cap.*29. §. 1. *num.*1., *verſ. Tertio*, *Pax Jord. ut ſupr. num.*7.,
Ventrigl. d.§.2. *n.*23., *Catalan. d.tit.*7. *n.* 5. 7. 8. *&* 9., ubi varia 126
refert exempla harum pollutionum.

Diſtinctio quoque rejicitur deſumpta a ſexu, conditione,
& qualitate perſonæ, quæ occiditur: adeoque æque polluitur Ec-
cleſia ſi maſculus, vel fœmina occidatur, ſi fidelis, aut infidelis,
ſi juſtus, aut etiam Sanctus, ac Martyr, vel impius. Nam quoad
Sanctum, & Martyrem, licet hæc paſſio ſit potius Deo grata, 127
actio tamen eſt Deo, & loco injurioſa, juxta illud = *Actio diſpli-*
cuit, paſſio grata fuit = *Gloſſ. in Cap.un de conſecr. Eccleſ. in* 6. *ver-*
bo Sanguinis,*Graſſ. deciſ. aur. cap.*48. *n.*24., *Ugolin. d. cap.* 29. §.9.
verſ. Statim, verſ.Id quod, *Catalan. d. tit.*7. *n.*5, Unde non ratione
ſanguinis in ea effuſi, quo potius ſanctificatur Eccleſia, quam
polluatur, ad *Text. in cap.Fundamenta verſ.Iſti ſunt de elect. in* 6.,
cap.Glorioſus de relig. domib.; ſed ratione actionis, ſeu iniquæ, &

 inju-

injurioſæ effuſionis, vel homicidii: ut tenent Doctores laudati; ac *Barboſa d. alleg.* 28. *n.* 29. Sed hic animadvertendum eſt, quod
128 etiamſi Eccleſia polluta debeat reconciliari, locus tamen, qui fuit ſanguine Martyris aſperſus, non debet lavari, ut optime
129 obſervat *Gloſſa in cap. un. de conſecrat. Eccleſ. verbo Sanguinis in fine*.

Exempla non deſunt Sanctorum Martyrum, qui pro Chriſti fide intra Eccleſiam occiſi fuerunt. Sic D. *Canutus* Danorum Rex in Eccleſia S. Albani Martyris Otthoniæ ob Fratris ſui Olai, atque Conjuratorum odium fuit interfectus: quemadmodum legitur in
130 *ejus officio die* 19. *Januarii*, hiſce verbis: *Sciens igitur Rex, futurorum præſcius, mortem ſibi propter juſtitiam imminere, ea prænunciata ad Eccleſiam Sancti Albani Martyris Otthoniæ, tanquam ad locum certaminis, profectus eſt, & Sacramentis munitus, agonem ſuum Domino commendabat. Mox ibi adveniens Conjuratorum multitudo, Eccleſiæ ignem admovere, fores confringere, & in eam irrumpere tentarunt. Quæ cum perficere non poſſent, ad feneſtras accedentes, ſaxa, & ſagittas in Sanctum Regem flexis genibus pro inimicis orantem, magno impetu jaculari non ceſſarunt, donec lapidum, & telorum ictibus, ac tandem lancea confoſſus, glorioſo martyrio ante Altare extenſis brachiis procumbens, coronatus eſt, ſedente in Apoſtolico throno* Gregorio *Septimo*. Hujus tamen glorioſi Martyris præclara Vita apud *Johan. Bolland. in actis Sanctorum Januarii die* 19. *tom.* 2., deſideratur.

Divus quoque *Stanislaus* Polonus Cracovienſis Epiſcopus ætatis ſuæ anno quadrageſimo nono, & Epiſcopatus octavo, dum in Eccleſia Miſſarum ſolemnia conſumabat, a Boleſlao Rege propria manu fuit martyrio donatus: ut legitur in ejus Officio, quod die 7. Maii celebratur, necnon in ejus Vita a *Johanne Longino* deſcripta apud *Bolland. in Actis Sanctorum Maii die* 7., *tom.* 2. *num.* 129., ibi = *In Eccleſiam ergo, quam ab aliorum tyrannide in coronatione ſua tutandam jurejurando ſe devoverat, cum turba Carnificum, Militem Chriſti Stanislaum occiſuras, inſiliit .... Templumque in quo Spiritus Sanctus pernox, & perdius habitaverat, violat ... Beatiſſimo Pontifici (ſeu Epiſcopo) Stanislao Miſſarum ſolemnia conſumanti, gladium Sancti Capitis vertici, profundius, quam valuit, immerſit, ſanctumque verticem diſrupit, & Pontificalem cruorem recentibus Sacrificiis permiſcens, virum Dei Stanislaum, Poloniæ Eccleſiæ Lucernam, impius Rex, & ſceleratus veniam ſibi, & ſuis ſatellitibus deprecantem, proſternit, interim, & extinguit &c.*

Pari etiam modo Divus *Thomas* Cantuarienſis Epiſcopus ob odium Henrici II. hujus nominis Angliæ Regis, corona Martyrii feliciter fuit inſignitus; quemadmodum legitur in ejus officio ſub

die

die 29. Decembris hiſce verbis = *Nefarii Satellites ſperantes gratum ſe Regi facturos, ſi Thomam e medio tollerent, dum convenientes Cantuariam, Epiſcopum in Templo veſpertinis horis operam dantem aggrediuntur . . . . Deinde flexis genibus, Deo, Beatæ Mariæ, & Sancto Dionyſio, & reliquis Sanctis, ejus Eccleſiæ Patronis, Eccleſiam, & ſe ipſum commendans, ſacrum caput eadem conſtantia, qua iniquiſſimi Regis legibus reſtiterat, ipſo ferro præcidendum obtulit, quarto chalendas Januarii Anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, cujus cerebro reſperſum eſt totum Templi pavimentum &c.*

Demum, ut alia omittamus exempla, ajunt S. *Wenceslaum* Bohemiæ Ducem Fratre ſuo Boleslao, Matre hortante Drahomira, (vel Dragomira, aut Drahomiſtas, ut paſſim legitur) in Eccleſia orantem fuiſſe martyrii palma decoratum; ut in ejus officio ſub die 28. Septembris, ibi = *Nihilominus impius Frater, Matre hortante, convivio exceptum, & poſtea in Eccleſia orantem, paratæ ſibi mortis præſcium, adhibitis ſceleris comitibus interfecit. Sanguis per parietes aſperſus adhuc conſpicitur &c.* =

In Martyrologio tamen Romano contrarium legitur, videlicet non in Eccleſia, ſed in Domo Fratris ſui fuiſſe interfectum, ibi = *In Bohemia, S.Wenceslai Ducis Bohëmorum, & Martyris ſanctitate, & miraculis glorioſi, qui in Domo Fratris ſui necatus victor pervenit ad palmam* = Idem quoque ſuſtinet *Æneas Sylvius* in hiſtoria Bohemiæ, & *Carolus* IV. Imperator, ac Bohemiæ Rex in vita ejuſdem S.Martyris: quæ habetur apud *Bolland. in Actis Sanctorum Septembris die* 28.*Septemb. num.*8., ex Breviario membranaceo Ms. Eccleſiæ *S.Viti* Pragenſi olim Joannis Epiſcopi Litoniſienſis.

Cæterum non deſunt Scriptores, mihi magis adridentes, qui 131
exiſtimant S. Wenceslaum fuiſſe a proprio Fratre extra Eccleſiam, ſeu in Eccleſiæ veſtibulo decoratum martyrio: ut legitur in ejus vita ſcripta a *Chriſtanno de Scala* Monacho, ejuſdem Sancti Martyris Nepote ex Fratre, apud *Bolland. ut ſupra num.*25. *in fine*, hiſce verbis = *Tunc omnis malignorum Chorus de lateribus profugi cum gladiis, & lanceis multis prorumpentes, vulneribus gravibus laniantes, interemerunt ante januam Eccleſiæ* = In quo concordant *Bollandiſtæ in annot. litt. HH.* ibi = *Non igitur in Domo Boleslai, non intra ipſam Eccleſiam, ſed ante hujus januam, ſive in ejuſdem veſtibulo, Dux Sanctus occiſus eſt.* Jungi quoque poſſunt ea, quæ habentur in *Commentar. ad ejus vitam num.*152. 153. 154., ac præſertim *dicto num.*153. *in fine*, ubi additur ratio, quia videlicet d. *Chriſtannus* magis inſtructus præſumi debet de morte, ſeu cæde ſui met Sancti Patrui.

Equidem nemo ignorat, contemnendas non eſſe auctoritates illorum, qui rei, de qua agitur, coævi fuerunt, vel coævum eſ-

ferunt monumentum, quemadmodum in alia ſpecie obſervavit *Benedictus XIV. in Conſtit. Jam inde a primis annis tom.4.ſui Bull. §.6.verſ.Verum*, ubi ſic legitur: *Verum integra ipſorum opinione exiſtimatione relicta, cum ſcripſerint illi plura poſt ſæcula a Lucio III. Pontifice, nullumque attulerint enarrato facto coævum monumentum, haud ita facile accuratiores homines plenam fidem adhibendam eſſe conſentient.*

Sed in præſeni argumento concordant inſuper, quæ deducitur *ut ſupra* §.14. *n.*287. ubi auctor vitæ d. ſancti Martyris hæc habet: *In ejus* (Eccleſiæ) *poſtea limine, ut ex hiſtoria diximus, Sanctus* Wenceslaus *Martyr cæſus eſt: cujus ſacer ſanguis nulla unquam fratris arte, nulla temporis longinquitate potuit aboleri &c.* Tum etiam Pragenſium traditio, de qua inter alios *Peſſina in Poſphoro pag.*147.

Prædicta exempla ſatis ſuperque eſſe poſſent in hujuſmodi argumento: Cæterum dignus eſt, qui non omittatur S. Congregationis *de Propaganda Fide* Protomartyr, Divus nempe *Fidelis a Sigmaringa*. In Lectione enim VI. ſui Officii *die* 24.*Aprilis*, ſub ritu duplici ab utroque Clero recitandi, hæc habentur: *Deiparæ Virginis, & Roſarii cultor eximius, illius præcipue, aliorumque Sanctorum patrociniis a Deo poſtulavit, ut in Catholica Fide obſequium vitam ſibi, & ſanguinem fundere liceret. Cumque ardens hoc deſiderium in quotidiana Sacri devota celebratione magis accenderetur, mira Dei providentia factum eſt, ut fortis Chriſti Athleta Præſes eligeretur illarum Miſſionum, quas Congregatio de Propaganda Fide pro Rhætia tunc temporis inſtituerat. Quod arduum munus promptu, hilarique animo ſuſcipiens, tanto fervore executus eſt, ut pluribus hæreticis ad orthodoxam Fidem converſis, ſpes non modica effulſerit, totius illius gentis Eccleſiæ, & Chriſto reconciliandæ. Prophetiæ dono præditus futuras Rhætiæ calamitates, ſuique necem ab hæreticis inferendam ſæpius prædixit. Poſtquam vero inſidiarum probe conſcius impendenti agoni ſe præparaſſet, die vigeſima quarta Aprilis anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi ſecundi ad Eccleſiam loci Seviſium nuncupati, ſe contulit, ubi ab hæreticis, qui pridie converſionem ſimulantes, eum doloſe ad prædicandum invitaverant, concione tumultuarie interrupta, per verbera, ac vulnera eidem crudeliter inflicta glorioſam mortem magno, & alacri corde perpeſſus, Primitias Martyrum memoratæ Congregationis proprio ſanguine conſecravit, pluribuſque ſignis, & miraculis exinde clarus, præſertim Curiæ, & Veldirchii, ubi ſumma populi veneratione illius Reliquiæ aſſervantur.*

Neque refert, an quis ab alio, vel a ſe ipſo vulneretur, aut
132 occidatur; dummodo poſt uſum rationis, determinato, iratoque ani-

animo: non ſolum quia, cum talis actio ſit injurioſa reſpectu
loci, intrare debet eadem diſpoſitio, per auctoritates adductas a 133
Pace Jordan. tom.1. elucubr. canon. lib.6. tit.2. n.13., ſed etiam,
quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, ad textus expreſ- 134
ſos in *L.Liber homo ff. ad leg. Aquil.*, *L.Non tantum ff. de appell.*,
cap.Non eſt noſtrum cau.13, qu.1., *Caren. in pract. in 3. tract. de
homicid. §. Modo n.1.*, *Farinacc. conſ.23. ſub n.2. verſ. Et ratio
tom.1.*, *& in prax. crimin. part.1. qu.128. n.7.* Neque jure quis po-
teſt ſe ipſum vulnerare, aut occidere per *L.Omne delictum §. Qui* 135
ſe vulneraverit ff. ad l. Aquil., *Can.Si non licet cau.24. qu.1.*, *cap.Ex
parte de ſepult.*, *D.Thom. in 2.2. qu.64. art.5.*, *Farinacc. d. qu.12.
n.8. & 9.*, *Decian. in tract. crim. lib.9. cap.1. n.2. 4. 12.*, juxtaque
tradita à *Ferraris biblioth. canon. tom.3. verb. Eccleſia n.28.*

Eamque ob rem, nunquam ſatis acriter reprehendendus eſt *Plinius*, qui eo dementiæ, impudentiæque devenit, ut aſſeruerit, nullum melius, atque nobilius donum a natura nobis impertitum illo fuiſſe, quo per ſemetipſum quiſque valeat occidi; teſte *Raccinio* in adnotatione ad ſuum aureum Poema *de Religione* e Gallo verſum in Italum ſermonem a *Joanne Baptiſta Carro* P. A. *edit. Rom.1762. cant.2. verb. Quando a materne verſ. A Lucrezio pag.40.*

Aliæ quoque conditiones requiruntur ad effectum, de quo
agimus. Etenim debet inſuper eſſe notabilis effuſio ſanguinis, no-
toria, & intra Eccleſiam commiſſa: *Gloſſ. in cap. un. verb. San-* 136
guinis de conſecr. Eccl. in 6., *Pax Jord. loc. cit. ſub n.6. verſ. Atque*,
Catal. ad Pontif. Rom. tit.7. n.5., *Ferraris ſupra n.29.* Hinc ſi mo-
dica ſanguinis effuſio habeatur, puta pugno, vel alia ſimili per-
cuſſione, Eccleſia non polluetur: *Ugol. de Off. Epiſc. cap.29. §.2.* 137
ad finem, *Graff. dec. aur. part.2. lib.2. cap.15. n.17. in princ.*, *Ven-
trigl. in prax. §.2. part.2. annot.17. n.23. in fine.* Verbum enim
effuſio largitatem oſtendit, ut inquit *D. Hieronymus* relatus in *Can.* 138
Revertimini can.16. qu.1., & deducitur ex *l.1. cod. de inoff. donat.*,
cap. Cum illorum §. Quod ſi clauſtralis, juxta *gloſſam verb. Effuſio-
nem de ſententia excomm.*, atque *Pax Jordan. d. tom.1. elucubr. ca-
non. lib.6. tit.12. n.45.* Cum autem in jure definitum non ſit,
quando magna, vel modica quantitas effundatur, ad inducen-
dam, vel non inducendam pollutionem, id prudentis Judicis 139
officio relinquitur, arg. *L.1. §.1. de jure delib.*, *cap. De cauſis §. fin.
de offic. deleg.*: *Ugol. d. cap.28. §.2. verſ. ſecundo*, *Pax Jordan. loco
cit. n.47.*, *De Juſtis de diſpenſ. lib.1. cap.7. n.70.*

Debet inquam eſſe notoria. Etenim quamquam Eccleſia in ſe ipſa ſtatim polluatur ob delictum in ea commiſſum tum ratione delinquentis, tum ratione injuriæ jam Deo, ejuſque loco ſan-

cto,

ćto irrogatæ, cum tamen de commiſſo crimine nondum adpa-
140 reat, exitu inſpećto pro non polluta habetur: arg. *gloſſæ in Can. Solemnitates verb. Iteratum de conſecr. diſt.*1. Hinc ſecuta delićti di-
vulgatione, eſt omnino neceſſaria reconciliatio, etiamſi pen-
141 dente eo tempore, quo effuſio ſanguinis, aut homicidium erat
occultum, divina fuerint officia expleta, divinumque Miſſæ
142 Sacrificium celebratium, quidquid nonnulli ſentiant, relati a
*Barb. de offic. Epiſc. alleg.*27. *n.*37. *in fine*; cum id ſit contrarium
ſacrorum Canonum diſpoſitioni, qua præſcribitur forma recon-
143 ciliationis in cinere, & aqua benedićta, *Cap. Propoſuiſti*, *cap. ult. de conſecr. Eccl.*, *Barb. loc. cit.*

Tandem requiritur, quod effuſio ſanguinis, aut homici-
dium ſequatur intra Eccleſiam, vel in loco, qui ſit ejuſdem Ec-
144 cleſiæ pars integralis, de qua re plura habentur exempla apud
*Pacem Jordan. d. tit.*12, *a n.*73. *ad* 90., apud *Sanchez lib.*9. *diſp.*15.
*a n.*16. *ad* 34., apud *Vgol. d. cap.*29. §.6., *Graff. dec. aur. part.*1.
*cap.*83. *n.*10. Hinc non polluetur, ſi effuſio, vel homicidium
ſequatur in Sacriſtia, in chryptis, aliiſque locis ſubtus Eccleſiam
145 ædificatis, ſi ſupra tećtum, in turri campanariâ, ſi in gradibus
ante januam, ſi in porticu, aliiſve ſimilibus locis *Barb. d. alleg.*27.
*& ſeq. n.*20. *& ſeq.*, *Ventrigl. d.* §.2. *n.*23., *Pax Jordan. ut ſup.*
*n.*71. *&* 90., aliique plures apud *Pignattell. tom.*1. *conſult.*171.
per tot., ac *Ferrar. bibliotb. canon. tom.*3. *verb. Eccleſia n.*22. Nec
faceſſit quod extra Eccleſiam vulneratus ad illam confugiat, ibi-
que ſanguinem effundat, vel etiam moriatur: quia talis actio non
146 cenſetur injurioſa reſpećtu Eccleſiæ, juxta doćtrinam *Archid. in d. cap. un. de conſecr. Eccl. in* 6., *Vgol. d.* §.1. *verſ. quarto*, *Barb. ut ſup. n.*26. 27., *Ventrigl. d.* §.2. *n.*23.

Quoad autem perſonam delinquentis, nil refert, an iſte
mutilans, vel occidens ſit extra Eccleſiam, dummodo effuſio,
147 vel homicidium intra eamdem committatur, *gloſſ. in d. cap. cum verb. ſanguinis*, ibique *Archid. n.*3., *Vgol. d.* §.1. *n.*1. *verſ. tertio*,
*Pax Jord. ut ſup. n.*15., *Barb. d. alleg.*28. *n.*26. Qui tamen exi-
ſtens extra Eccleſiam, tale vulnus, aut homicidium alicui in Ec-
cleſia exiſtenti afferret determinate, non frueretur immunitatis
148 beneficio, ſi ad eamdem confugeret. *Abb. in cap. fin. de immun. Eccl.*, *Pax Jord. d. loc. n.*4. *&* 53., *Barb. d. alleg.*28. *n.*27., *Co-varr. variar. reſol. lib.*2. *cap.*10. *n.*15. *verſ.*17., ac *Archiep. Jo. And. Tria in ſuis notis ad concordatum inter Bened. XIV. & Hiſpa-niæ Infantem Carolum* Regem Neapolis, ac duarum Siciliarum,
*cap.*2. *art.*22. *n.*2. *&* 3. ubi *Benedićti XIII.* refert Conſtitutionem,
incip. *Ex quo Divina*. E contrario ſi quis intra Eccleſiam exiſtens
aliquem extra eamdem conſtitutum vulneraret, aut occideret,
Eccle-

Eccleſia non pollueretur, ob ſupradictam rationem: quia nempe effuſio, vel homicidium non fuit intra Eccleſiam ſecutum. 149
Qui tamen ita vulneravit, aut occidit, ab immunitatis beneficio
prorſus erit arcendus, *Abb. ut ſup.*, *Guttier. pract. lib.3. qu.2. a* 150
n.29., *Remig. de immun. Eccl. fallent.4.*, *Decian. tract. crimin. tom.1. lib.6. cap.28. n.6. Barb. d. alleg.27. n.27.*, ac *Illmus Tria in locis ſupra citatis.*

Si ſanguis effundatur intra Eccleſiam, ſed vulneratus, aut alius curet, ne ſanguis in terram decidat, iſtum in vaſe ſuſcipiendo, aliove modo curando, ne cadat, Eccleſia tamen polluitur: quia per hoc non minuitur offenſa loco ſacro irrogata, nec 151
impeditur naturalis effuſio, aut evitatur ratio legis inducentis pollutionem *d. gloſſ. verb. Sanguinis*, *Toloſ. lib.5. cap.8. n.11.*, *Ugolin. d. n.1. verſ. tertio*, *Ventrigl. d. §.2. n.23. in fin.*, *Catalan. d. tit.7. n.6.* Qua de re merito reprehendi debent Doctores ii, qui tenent, Eccleſiam non pollui, ſi vulneratus exeat de Eccleſia ante quam ſanguis effluat: inter quos recenſentur *Barb. d. alleg.28. n.24.*, 152
Angel. de confeſſ. part.2. qu.72. n.6., & alii nonnulli. Jura enim præſertim *d. cap. fin. de conſecr. Eccl. & cap. un. eod. tit. in 6.* ſe fundant in ipſa effuſione, & hoc unum attendi debet, quod videlicet injuria loco ſacro graviter ſit irrogata; itaque ſanguinis ſola, ac materialis effuſio eſt attendenda: tum quia ex ſupra demonſtratis etiam abſque ſanguinis effuſione ob mortem ſecutam Eccleſia polluitur, atque violatur: tum quia, ſi quis extra Eccleſiam vulneratus ad eam confugeret, ibique ſanguinem emitteret, aut moreretur, Eccleſia egeret reconciliatione, quod eſſet abſurdiſſimum ſuſtinere.

Violatur tertio modo Eccleſia per ſepulturam cadaveris infidelis, puta, nondum baptizati, ideoque pagani, judæi, ethnici, vel etiam hæretici, aut interdicti, ſchiſmatici, aut excommunicati publice vitandi, publicique clerici percuſſoris. *Cap. Propo-* 153
ſuiſti de conſecr. Eccl., *Can. Eccleſiam de conſecr. diſt.1.*, *Extrav. Ad evitanda de ſent. excomm.*, *Pax Jord. loc. cit. n.124.*, *Card. Petra ad conſtit.2. Honorii III. ſect.1. n.48.*, *& ſub n.64. verſ. Venit ſecundo*, *Ventrigl. d. §.2. n.21.*, *Catalan. ut ſup. n.13.*, *De Bonis d. cap. & n.389.*, *Ferraris biblioth. canon. tom.3. verb. Eccleſia n.51.* Concordat ſæpe relata Synodus Tuſculana an. 1763. *par.1. cap.14. art.2. n.2.* Non polluitur autem per ſepulturam cathecumeni: quia iſte ſi non proprie, ſaltem lato modo dici poteſt fidelis, 154
cum habeat baptiſmum flaminis, ideoque in Eccleſia valeat ſepeliri, *Sayr. de cenſur. lib.6. cap.16. n.24.*, *Pax Jord. loc. cit. n.20.*, *Card. Petra d. ſect.1. n.58.*, *Barb. d. alleg.28. n.53.* Secus vero dicendum erit, ſi humatum fuerit cadaver filii nondum baptizati,

& e

155 & e ventre materno evulſi, cum iſte fidem non habeat, quæ per
baptiſmum recipitur, adeoque dici debeat infidelis ſaltem nega-
tive, & extra gremium Eccleſiæ, ut docent *Tambur. de jure Abb.*
diſp.26. qu.11. n.4., Diana part.11. tract.8. reſol.22., Caſtropal.
part.1. tom.11. punct.1. n.1, Ventrigl. d. §.2. n.21., Card. Petra d.
ſect.1. ſub n.59. verſ. Verior.

Quarto modo polluitur Eccleſia, ſi ab Epiſcopo hæretico,
vel ſchiſmatico, vel interdicto, aut excommunicato publice vi-
156 tando, ſeu publice denunciato fuerit conſecrata, ut docet *Jo. Andr.*
in Cap. Conſuluiſti de conſecr. Eccl., ibique *Abb. n.5.*, *Suarez*
diſp.81. ſect.4. §.4., ubi aſſerit hanc opinionem videri magis com-
munem, *ac Ventrigl. d. annot.17. §.2. n.19., Pax Jord. lib.5.*
tit.12. n.7. Si enim cadaver excommunicati notorii, & publice de-
157 nuntiati polluit Eccleſiam, ut ſupra diximus, a fortiori id ad-
mittendum, quando conſecratio ſit per manus Epiſcopi d. excom-
municatione notati, ut ratiocinatur *Jo. Andreas in d. cap. Conſu-*
luiſti, ibiq. Panormitan. n.5.

Effectus pollutionis, & violationis is eſt, quod ea durante
nequeant divina peragi officia, nec Miſſæ Sacrificium celebrari,
neque alia miniſtrari Sacramenta, neque in ea fidelium cadave-
158 ra ſepulturæ committi, textus expreſſ. *in cap. Is, qui de ſent. ex-*
comm. in 6., cap. fin. de conſecr. Eccl. Cap. Tuarum de privileg., Pax
Jord. d. tit.12. n.137. & ſeqq., Catalan. d. tom.2. tit.7. n.14. & 15.
ubi opinionem ſuam illuſtrat exemplis, d. Synod. Tuſculana *part.1.*
cap.14. art.2. n.2. Sed hic ſciendum, quod ſi Eccleſia polluta ſit
baptiſmalis, poteſt Parochus in ea Sacramentum baptiſmatis etiam
159 extra caſum mortis adminiſtrare, juxta regul. *cap. fin. de ſent. ex-*
comm. in 6., Ugol. de offic. Epiſc. cap.27. §.7. n.1., Pax Jord. loc.
cit. n.146. Item ſi Sacerdos ſcienter in Eccleſia polluta celebrare
auſus fuerit, puniri quidem poteſt ab Epiſcopo, ſed nullam irre-
160 gularitatis labem incurrit, arg. *d. Cap. Is, qui*, ubi notanda ſunt
illa verba = *Temere agere* = nulla interim inflicta cenſura, *Pax Jord.*
loc. cit. n.142., Azor. inſtit. moral. cap.5. qu. ult. lib.9. part.1.,
Tolet. lib.5. cap.8. n.12., aliique plures. Si vero contingat pollu-
tio ob ſanguinis effuſionem, vel homicidium, dum Sacerdos Miſ-
ſæ peragit Sacrificium, debet ab iſto deſiſtere, ſi nondum conſe-
161 craverit, juxta regulam traditam a rubrica Miſſalis Romani, *Ugol.*
d. cap.29. §.7. n.3., Engel. in jus canon. lib.3. tit.40. n.23.. Alter.
de cenſur. diſp.3. cap.3. in fine, Barb. d. alleg.28. n.63.

Debet Eccleſia polluta ab ipſo, ſoloque Epiſcopo, veluti or-
dinario Miniſtro reconciliari, ſi conſecrata illa exiſtat, vel ab
162 alio Epiſcopo, prævia tamen diœceſani licentia, *Cap. Aqua de*
conſecr. Eccl., Barb. d. alleg.28. n.55., Pax Jord. d. tit.12. n.157.,
ubi

ubi refert declarationem ſacræ Congregationis Rituum, *Catalan. d. tit.7. §.1. n.1. 2. 3. & 4.*, *Pignattell. tom.1. conſult.171. n.1. & 3.*, *Bened.XIV. in ſua epiſt.1. ad P.Engelbertum*, incip.*Ex tuis precibus* §.11. *in append. ad tom.4. ſui Bull.*, Synod. Tuſculana *dict. part.1. cap.14. art.2. n.2.* Non poteſt Epiſcopus Prælato inferiori, vel ſimplici Sacerdoti, aut ſuo Generali Vicario hanc delegare 163
facultatem, non obſtante quacumque in contrarium conſuetudine, *d. cap. Aqua de conſecr. Eccl.*, *Pignatell. d. conſult.171. n.1. & 2.*, *Catalan. d. n.1.*, ac præ cæteris *Bened.XIV. in cit.* §.11. *& in* §.12. *in princ.*, in quo concordat reſolutio Congregationis S.R. in *Camerinen. 9. Febr.*1603.

Excipiendus tamen eſt Summus Pontifex, qui cuicumque voluerit etiam ſimplici Sacerdoti hoc poteſt miniſterium committere. *Abb. & Canoniſtæ in d. cap. Aqua*, *Azor. part.2. lib.9. cap.8.* 164
qu.5., *Ugolin. d.cap.29. §.2. n.2.*, *Pignatel. d. conſult.171. n.6.*, ac Doctores ſupra laudati, necnon *Benedictus XIV. in cit.* §§.11. *& 12. in princ.* Advertendum tamen eſt, quod Sacerdos ſic delegatus, debet uti aqua ab Epiſcopo benedicta, ut obſervat *Innoc. in* 165
d. cap. Aqua, ibi = *Aqua tamen per Epiſcopum benedicta*: ac Reverendiſſimus *P. Bremond. tom.8. Bullarii Ordin. Prædicator. tit.1. qu.4.*, tum *Bened. XIV. in cit. epiſt.1.* §.11. *&* 12. Aqua ad hunc uſum deſtinata illa dicitur, quæ fuit ab Epiſcopo benedicta cum 166
vino, & cinere, ut *d. cap. Aqua de conſecr. Eccleſ.*, *cap. Propoſuiſti eod. tit.*, *Angel. de Confeſſ. tom.2. qu.72. n.*10., *Catal. dicto tit.7. n.4. &* 6. Tali privilegio, ut cætera omittamus, fruuntur Canonici Baſilicæ Vaticanæ, etſi Epiſcopali ordine non inſigniti, 167
videlicet Prior, Altariſta, & Decanus, ex *Conſtit. Innoc.VI.* ut habetur *in Bull. Vaticano tom.1. pag.361.*, ex indulto *Urbani VIII.*, cujus autographum in eod. archivio aſſervatur. Quæ privilegia fuerunt confirmata a *Benedicto XIV. in cit. Conſt.1.* §.11., & in ſua *Conſtit.59.* incip. *Ad honorandam* §.8. *in fine*; dummodo, ex jam notatis, aqua ab Epiſcopo benedicta utantur.

Si vero de Eccleſia non conſecrata, ſed tantum benedicta, ſermo habeatur, tunc quicumque Sacerdos adhibita aqua luſtrali a ſe ipſo, vel ab alio confecta, non ſolum ex delegatione Epiſcopi, ut nonnulli autumant, *De Bonis d. tract. de Orat. publ. cap.20. ſub num.386.* §.*Ante*, *&* §.*Statuit*, dictaque Synodus Tuſculana ſtatuit *part.1. cap.14. art.2. num.2.*, ſed etiam ulla abſque delegatione poteſt Eccleſiam pollutam reconciliare, per Text. expreſſum 168
in d. cap.Aqua 9. de conſecratione Eccleſiæ, ibi: *Si Eccleſia non conſecrata cujuſcumque ſeminis fuerit, aut ſanguinis effuſione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne divinæ laudis organa ſuſpendatur* = ac *Bened. XIV. in cit.* §.11. *in fine*: Enim vero in capite an-

tecedenti, ubi de Eccleſię conſecratæ reconciliatione agebatur, re-
ſpondit Summus Pontifex aquam eſſe ab Epiſcopo benedicendam.
At e contrario in hoc capite, etiamſi eidem Epiſcopo ſcripſerit,
nullum habet verbum de aqua ab eodem exorcizanda, ſed potius
addiecit = *aqua protinus exorcizata lavetur*.

Non enim protinus fieri id poſſet, ſi Epiſcopi mandatum,
aut aqua ab ipſo benedicta eſſet expectanda, ut obſervat *Gloſſa in*
cap. finali de conſecr., *Navar. conſ. cap. 27. num. 256.*, *Ugol. dicto*
cap. 29. §. 8. n. 3., *Barb. d. alleg. 28. n. 58.*, *ac Bened. XIV. loco cit.*,
atque Sacra Rituum Congregatio apud *cit. Barboſam*, ubi reſolvit has
169 non conſecratas Eccleſias poſſe per Vicarium Capitularem recon-
ciliari.

Diximus poſſe a Summo Pontifice delegari ſimplicem Sacer-
170 dotem pro Eccleſiæ pollutæ, ſed conſecratæ, reconciliatione: at
fingamus, pro coronide hujus tituli, fuiſſe Eccleſiam a ſimplici
Sacerdote, vel alio Epiſcopali charactere non inſignito, reconci-
liatam, ulla abſque Pontificia delegatione, deinde autem a Sum-
mo Pontifice approbatam hujuſmodi reconciliationem: hoc in ca-
ſu nullum eſt dubium, quin reconciliatio, quæ ab initio illicita
171 fuit, atque invalida, ſuſtineatur, ex Summi Pontificis ratihabi-
tione, ſeu approbatione, ut tenet *Gloſſa in cit. cap. Aqua 9. de con.*
ſecr. Eccleſ. vel Altaris. Perinde enim eſt, ac ſi ab initio, Summi
Pontificis delegatio interceſſerit, cum ratihabitionis natura, &
172 indoles ſit, ut Mandato æquiparetur, *L. ult. in princ. ff. ad Sen-*
Conſ. Maced., *L. Si ergo ff. de neg. geſtis*, *L. 35. Cod. de donat. inter*
Vir. & Uxor., *L. 152. §. 1. ff. de reg. juris*, *Card. de Luca de Paroch.*
diſc. 38. ſub n. 11. in fine, *Rota cor. Figueroa in Faventina Pecunia-*
ria 2. Jan. 1755. §. 5. Et ſic retrotrahitur ad illud tempus, quo res,
173 quæ ratihabetur, geſta fuit, *L. Si filiusf. 7. cod. ad Sen. Conſ. Ma-*
ced. ibique gloſſa, *& in cap. Ratihabitionem de reg. jur. in 6.*. *Coſt.*
de remed. cap. 8. caſu 4. *n. 19.*, ac late *Thomat. dec. 218. a n. 87. ad* 48.,
& *Rota* paſſim, ſed ſignanter in *Romana Spolii 29. Martii* 1715. §. 8.
cor. Emo Caprara.

Quare in hoc, in quo verſamur caſu, non habet locum illa regu-
la Catoniana, qua edocemur id, quod ab initio nullum eſt tractu tem-
174 poris convaleſcere non poſſe, *L. 1. ff. de reg. Caton.*, *L. Quod ab ini-*
tio ff. de reg. juris. Quandoquidem hæc regula ad conditionalia
175 minime pertinet, per *Text. in L. 4. ff. de reg. Caton.*, *L. Cætera 41.*
§. 2. ff. delegatis; Nam dictus actus reconciliationis a ſimplici Sa-
cerdote circa pollutam Eccleſiam conſecratam, eſt quidem nul-
lus, ſed tum demum talis dicitur, quotieſcumque Summi Ponti-
ficis ratihabitio minime interveniat, *ex cit. gloſſa in cap. Aqua de*
conſecr. Eccleſ. Sed notandum, quod ſimplex Pontificis tolerantia
non

non habet talem vim, atque efficaciam, ut actus, de quo loquimur, nullus ſuſtineatur, quemadmodum nonnulli ſentiunt, nimis innixi auctoritate *Gregorii IX.* in d. *cap. Aqua*, ubi hæc habet = *Quod autem mandantibus Epiſcopis ſuper reconciliatione factum hactenus per eoſdem, miſericorditer toleramus*. 176

Primum enim dicta Pontificis verba non ſunt trahenda ad futura, ſed ad præterita tantum, itaut non illæ, quæ deinceps facturæ eſſent reconciliationes, ſed illæ quæ factæ fuerant a dictis ſimplicibus Sacerdotibus in vim conſuetudinis, quæ ibi corruptela dicitur, ſuſtineantur quidem ex pia Summi Pontificis tolerantia: cum de hiſce reconciliationibus non immerito dici poſſit, quod Imperator Juſtinianus dixerat in *Leg. 29. cod. de teſtamentis*, ibi = *Quid enim peccavit Antiquitas, quæ præſentis legis inſcia priſtinam ſequuta eſt obſervantiam?* Secundo non fuerunt iterum reconciliatæ hujuſmodi Eccleſiæ, non quia ſimpliciter, ſeu miſericorditer fuerunt toleratæ, quandoquidem non obſtante hac tolerantia adhuc poterant, & hodie poſſent in ſimili facti ſpecie, denuo reconciliari dictæ Eccleſiæ, ſed quia ab ipſo Pontifice fuerunt miſericorditer per ratihabitionem toleratæ, ſeu confirmatæ, ut optime obſervat *gloſſa in eodem cap. Aqua de conſecr. Eccleſiæ*.

T I T U L U S II.

De Conſecratione Altarium.

S U M M A R I U M.

1 *Altare ita dicitur, quaſi* alta Ara, *ſeu* alta res.

2 *Altaria apud ethnicos dicebantur loca illa a terra elevata, ubi Diis, quos ſibi effingebant, ſacrificabant.*

Juxta tamen Deorum dignitatem Altaria altiori, vel humiliori in loco erigebantur. Ibidem.

Auctoritatibus, & exemplis res illuſtratur. Ibidem.

3 *Altare, ſeu Aram Primogenito Dei erexit Octavianus Imperator in Templo Jovis Capitolini.*

Ex hoc prodiit denominatio Eccleſiæ S. Mariæ in Ara Cœli. Ibidem.

4 *Altare, quaſi altum, ſeu alta ara apud nos dicitur, retenta hac voce, ad ſignificandum locum illum, ubi æterno Deo ſacrificamus; rejecta voce Ara, in qua ethnici fallacibus Diis ſacrificia complebant.*

Altare proprie illud eſt, ſuper quo recipitur Divina Victima per verba conſecrationis a legitimo Miniſtro peracta. Ibidem.

Vocaturque Sedes Corporis, & Sanguinis Chriſti, ac Menſa Domini. Ibidem, & ſub num. 115.

5 *In lege naturæ erexerunt Altare Noe, Abraham, Iſac, & Jacob.*

6 *In lege ſcripta, Joſue, Gedeon, Samuel, Saul, Judas Macchabeus, & alii.*

7 *In lege gratiæ jam ab ineunte Eccleſia uſus Altaris receptus fuit.*

8 *Vſus conſecrandi Altaria antiquiſſimus eſt, utpote a veteri ad novum teſtamentum translatus.*

9 *In lege naturæ Jacob Patriarcha, in lege ſcripta Moiſes, in lege gratiæ D. Silveſter Altare cœpit conſecrare.* Et n. 10. 11.

12 *Altare aliud eſt fixum, aliud portatile.*

Portatile ſemper eſt neceſſarium, quando fixum non eſt conſecratum. Ibidem.

13 *Altare ſive fixum, ſive portatile debet eſſe lapideum.* Et num. 15. *ubi datur ratio,* ac num. 16. *ubi limitatio traditur.*

14 *Objecta a ſacris litteris eruta diſſolvuntur.*

17 *Altare ligneum cum Ara lapidea conſecrata permittitur, non obſtante contraria Conſtitutione Synodali.*

18 *Sacerdotes Græci celebrare poſſunt ſuper Antimenſiis,* & num. 21.

19 *Secus vero Sacerdotes Latini.*

20 *Limita in caſu neceſſitatis.*

22 *Olim in Eccleſiis orientalibus unum tantum erat Altare.*

23 *Eodem die, quo Sacerdos jam celebraverat, alter non poterat celebrare.*

Redditur ratio. Ibidem.

24 *In Eccleſia S. Athanaſii de Vrbe plura extant Altaria.*

25 Leo Allatius *aſſeruit in dicta Eccleſia nil formæ Græcæ reperiri, præterquam* Bema.

26 *Sacerdotes Latini nequeunt celebrare ſuper Altari majori in Templo Græcorum, niſi urgente neceſſitate, & prævio conſenſu Parochi græci.*

27 *Ob conſuetudinem non celebrandi in eodem Altari ea die, qua alter celebravit, cæperunt a Græcis conſtrui* Paracleſiæ.

28 *Iſtæ* Paracleſiæ *Græcis tantum inſerviunt, non autem latinis Sacerdotibus pro celebratione Miſſæ.*

29 *Altare portatile debet eſſe quadrangulare, tantæque longitudinis, & latitudinis, ut commode capere poſſit pedem Calicis, & Patenam cum Hoſtia.*

30 *Altare portatile fieri nequit ex duobus lapidibus ſimul colligatis.*

31 *Poſt conſecrationem Eccleſiæ Altare majus eſt conſecrandum.*

32 *Quoad reliqua Altaria, nulla*

Digitized by Google

la eſt præſcripta obbligatio.
Textus in cap.Cum ſis de conſecrat. Eccleſ. *explicatur*. Ibidem.

33 *Una tantum Eccleſia poteſt eodem die conſecrari, plura vero Altaria.*

34 *Conſecratio Altaris de jure ſpectat ad Epiſcopum Diœceſanum*; Et num.35., *ac* ſub num.36. §.Cum.

36 *Altare portatile poteſt extra Diœceſim deferri, pro obtinenda conſecratione ab Epiſcopo loci.*

37 *Epiſcopus non poteſt committere ſimplici Sacerdoti, vel Prælato inferiori conſecrationem Altaris.*

38 *Secus vero Pontifex Maximus.*

39 *Hæc autem Pontificia privilegia juri communi contraria, nullam merentur extenſionem.*

40 *In dubio tale privilegium conceſſum Abbatibus, ac Regularibus, intelligitur tantum pro uſu ſuarum Eccleſiarum.*

41 *Epiſcopus ante conſecrationem debet certior fieri, an Altare congruam habeat dotem.*

42 *Cadaver fidelis ſepultum ſub Altari conſecrando, vel ſub illius gradibus, aut ſub bredellis, debet prius exhumari, & alibi decenter ſepeliri.*

43 *Altare erigi nequit ſuper Sepulchrum defuncti, neque etiam conſecrari.*

44 *Tum etiam nec Miſſa celebrari antea quam alio in loco tumuletur.*
Olim ubi aderat Corpus Martyris, ut plurimum erigebatur Altare in ſignum honoris, & ſanctitatis. Ibidem.

45 *Sola Sanctorum Corpora ſub Altaribus decenter recundi, ac fidelium venerationi exponi poſſunt.*

46 *Amplia etſi nondum Canonizati ſint, ſed tantum relati in Beatorum numerum.*
Ven. Gregorius a Barbadico *in Beatorum numerum adſcriptus fuit a P. M.* Clemente XIII. *anno* 1761. *in Baſilica Vaticana* Ibid.
Clemens XIII. *olim Carolus* Rezzonicus, *ejuſque Cathedralis Patavina Eccleſia commendatur*. Ibidem.

47 *Reliquiæ Beatorum, ſeu nondum Canonizatorum, nequeunt in Proceſſionibus circumferri.*
Neque illorum Imagines. Et dantur exempla. Ibid., & ſub num.48.

48 *Elogium alicujus Sancti inſeri nequit in Martyrologio Romano, nec ejus Miſſa celebrari, aut Officium recitari ſine decreto S.Congreg. Rituum. Et datur exemplum.*

49 *Beatificationes, & Canonizationes fieri hodie debent in Vaticana Baſilica.*

50 *Reliquiæ ſaltem duæ Sanctorum, ex conſuetudine potius quam de jure, debent ab Epiſcopo in conſecratione Altaris includi*. Et num.51.

52 *Reliquiæ Martyrum illis Sanctorum Confeſſorum preferuntur*. Et quare.

53 *In*

53 *In illorum tamen defectum poſſunt includi Reliquiæ Sanctorum Confeſſorum.*

54 *Olim deficientibus Reliquiis includi poterat pars SSmæ Eucharistiæ.*

55 *Hujuſmodi praxis fuit a variis Conciliis abrogata, ob rationes ibi adductas.*

56 *Deficientibus Reliquiis includi nequit pars Corporalis.*

Doctores aliter ſentientes reprobantur. Ibidem.

Corporale non eſt Reliquia, quamvis reverentia illi debeatur. Ibidem.

57 *Præter Reliquias tria grana incenſi includi ſolent, cum cartula diei, menſis, & anni, nominis Conſecratoris, & Sanctorum, quorum Reliquiæ ſunt, item Sancti, vel Sanctorum, in quorum honorem Altare dedicatur.*

Hæc tamen apponi ſolent ex præcepto, non ex neceſſitate. Ibidem.

57 *Conſecratio Altaris fieri poteſt feriali, vel feſtivo die: decentius tamen in die feſto peragitur.*

59 *Poſt conſecrationem Altaris conceditur Indulgentia unius anni iis, qui illud eo die, & quadraginta dierum iis, qui illud anniverſario die viſitaverint.*

Talis numerus ne a Cardinali quidem ſine ſpeciali Apoſtolica auctoritate excedi poteſt. Ibidem: *ubi res exemplo illuſtratur.*

60 *Nullus Sacerdos poteſt ſine licentia celebrare, eo die conſecrationis, in eo Altari, ubi Epiſcopus celebravit.*

In Altari quoque a Pontifice conſtructo, eo die conſecrationis, ne Cardinalis quidem ſine ejus ſpeciali delegatione, poteſt celebrare. Ibidem: *ubi res exemplis illuſtratur.* Et ſub n.61., *atque* n.64.

61 *Uſus Altarium Pontificiorum, præſertim trium Baſilicarum Romanæ Urbis Patriarchalium, ſoli Pontifici reſervatur.* Et num.69.

61 *Allocutio* Benedicti XIV. *habita ante conſecrationem Altaris majoris Baſilicæ Liberianæ.*

Item rationes, ob quas de conſecranda d. Baſilica laud. Pontifex cogitaverat, atque argumenta, quæ a conſecratione eundem prohibuerunt. Ibidem, & §. Ignota.

62 *Jubet d. Pontifex, ut marmoreum Monumentum de facta conſecratione* a Sixto III. *erigatur, atque Cruces apponantur.*

Ignotum eſt, quo tempore inoleverit uſus figendi Cruces. Ibidem.

Præſcribitur Clero d. Baſilicæ Liberianæ officium proprium Dedicationis Eccleſiæ. Ibid.

65 *Gratia, qua donatus fuit a B. M. Virgine* Innocentius III. *P. M.*

66 *Ignoratur locus, ubi Corpus D. Hieronymi in Baſilica Liberiana fuit ſepultum.*

67 *Corpus D.* Leonis *Magni in Baſi-*

lica Vaticana a D. Sergio *repertum, publico cultui ab eodem proponitur.*

68 *B. Hieronymus Sanctorum albo adſcribitur ab Apoſtolica Sede, antiquo genere canonizationis, atque inter Eccleſiæ Doctores connumeratur.*

70 *Ad altare majus Baſilicæ Vaticanæ fiunt conſecrationes, ordinationes, & coronationes Pontificum.*

71 *Reliqua altaria d. Baſilicæ, & Eccleſiarum eidem ſubditarum, poſſunt conſecrari a Card. Archibresbytero, vel ejus Vicario Epiſcopo, aut alio Antiſtite de illius mandato.*

72 *Altare non conſecratur ob ſolam Miſſæ ibi factam celebrationem.*

73 *Rationes redduntur.*

74 *Altare ſemel conſecratum non debet amplius conſecrari.*

Res exemplo illuſtratur, Ibid.

Id limita variis in caſibus. Ibidem §. Hoc tamen.

75 *Primo, quando facta fuit conſecratio abſque debita materia, & forma.*

Idem eſt aliquid non fieri, vel fieri quidem, ſed non rite, recteque. Ibid.

66 *Secundo, quando facta fuit conſecratio a non Epiſcopo, vel non Delegato apoſtolico.*

77 *Nomine ſacerdotalis benedictionis, de qua* in Can. Altaria de conſecr. diſt. 1., *intelligitur illa Epiſcopalis.*

Epiſcopus per antonomaſiam Sacerdos dicitur. Ibid.

78 *Tertio, quando de conſecratione merito dubitatur.*

79 *Probatur conſecratio altaris iiſdem fere modis, quibus illa Eccleſiæ.*

80 *Laudabile eſt, ſi memoria conſecrationis in tabella incidatur, aut exaretur.*

Solet quoque d. memoria noteri in fronte ejuſdem altaris. Ib. *ubi res exemplis illuſtratur.*

81 *Antiquitus nedum Eccleſiæ, ſed Altaris etiam conſecrati celebrabatur Feſtum anniverſarium.*

82 *Secus vero hodie. & datur ratio.*

Præcepta veteris legis cæremonialia, & judicialia in lege gratiæ expirarunt. Ibidem. §. Nec refragatur.

83 *Deficientibus probationibus, poteſt altare conſecrari, quamvis erectum in Eccleſia, ac Civitate inſigni.*

84 *Conſecratio altaris eſt quid facti: unde ea, quæ facti ſunt, non in præſumptionibus, ſed in probationibus conſiſtunt.*

85 *Quarto conſecrari iterum poteſt altare, quando fuit execratum.*

86 *Altare execratur per notabilem fractionem, ita ut in parte integra nequeat amplius Calix cum Patena contineri.*

87 *Eccleſia adhuc remanet conſecrata, ſi major pars exiſtat.*

88 *Argumentum a ſimili efficax in jure judicatur,*

89 *Si altare in plures partes frangatur, & partes ita fracta per aggregationem uniantur,*

Digitized by Google

tur, adhuc remanet execratum.

Limita, ſi in duas partes frangatur, quin aliquo modo dimoveatur. Ibid.

Homo vulneratus, adhuc homo eſt. Ibidem.

90 *Si cornua altaris frangantur ita notabiliter, ut major pars deficiat, amittitur conſecratio.*

91 *Altare per fractionem ſigilli de jure non execratur.*

Caput 1. de conſecr. Eccl. *non loquitur de fractione ſigilli, ſed de illa altaris.* Ibid.

92 *Conſecratio altaris non deperditur, niſi deperdita, & deſtructa illius forma.*

93 *Impoſitio Reliquiarum non eſt de eſſentia in conſecratione altaris.*

94 *Verbum* quandoque *non ſignificat* ſemper, *ſed* aliquando *per exceptionem a communi uſu, & regula.*

95 *Ex conſuetudine tamen ſolent Reliquiæ imponi.*

86 *Altare remanet execratum ex conſuetudine per notabilem fractionem ſigilli.*

97 *Uſus, & conſuetudo firmat jus, & pro lege habetur.*

98 *Item execratur Altare per illius amotionem, ex qua ejuſdem forma omnino mutetur.*

99 *Limita ſi integrum de loco ad locum amoveatur.*

Cap. Si motum de conſecr. diſt. 1. cap. 1., Cap. Quod in de conſecr. Eccleſ. vel Alt. *explicantur.* Ibid.

100 *Limita ſecundo, ſi baſis, ubi repoſitum eſt altare, ſit lignea.*

101 *Tum etiam, ſi ſuſtentamentum, ſeu baſis ſit lapidea, & ſeorſim Menſa conſecrata.*

102 *Quando altare fuit conſecratum ad modum altaris fixi cum ſigillis, & unctionibus inter ſtipitem, & altare, ſi motus fuerit lapis ſuperior a ſtipite ſuo, remanet execratum.*

Limitatio traditur. Ibid.

103 *Altare portatile non execratur per ſolam amotionem.*

Redditur ratio. Ibid.

104 *In caſu neceſſitatis poteſt celebrari ſuper altare portatile ſub dio, & extra Eccleſiam.*

105 *Miſſa celebrari poteſt ex Pontificio indulto ſuper mare, in commodum præſertim militarium Copiarum.*

Res exemplis illuſtratur, & conditio ponitur. Ibid.

106 *Sæculo* 11. *altaria portatilia ab aliquot Epiſcopis non concedebantur, niſi in tabulis ligneis, aut in aliquo competenti ſubſtratorio compacta, & firmiter affecta.*

Ita ut moveri non poſſent de loco, in quo erant conſecrata, quamvis de loco ad locum portari ipſa poſſent. Ibid.

107 *Secus iterum erant conſecranda.*

108 *Hinc varii antiſtites vel nullo modo, vel difficulter altaria portatilia concedebant.*

109 *Si Eccleſia execretur, non vero altaria, illa iterum debet conſecrari, non autem iſta.*

Vel

Vel e contrario. n.112.

Res exemplis illuſtratur. Ibid.

110 *A caſu ad caſum diverſum non valet illatio.*

111 *Conſecratio Eccleſiæ conſiſtit in parietibus, ſeu in cruſtis, & ſuperficie, illa altaris in ſolo lapide, vel in ſola tabula, ſuper qua celebratur.*

113 *Altare præſertim conſecratum deſtrui nequit abſque Ordinarii licentia, juſtaque cauſa.*

114 *Vnumquodque diſſolvitur per modum, & cauſas, per quas fuit colligatum.*

115 *Violantes, ac deſtruentes altaria committunt ſacrilegium, & a Deo ſevere puniuntur.*

116 *Si altare pollutum fuit, debet reconciliari, anteaquam Miſſa celebretur.*

117 *Talis reconciliatio ad ſolum Epiſcopum pertinet.*

118 *Non poteſt delegare ſimplicem Sacerdotem, nec Prælatum inferiorem.*

Neque Prælatus inferior poteſt hoc jus ſibi vindicare, non obſtante conſuetudine contraria. Ibid.

119 *Excipitur Pontifex, qui hujuſmodi officium poteſt cuicumque voluerit demandare.*

Tali privilegio fruuntur Canonici Baſilicæ Vaticanæ, nempe Prior, Altariſta, & Decanus. Ibid.

120 *Polluta Eccleſia, polluuntur quoque altaria intra eamdem ſita.*

121 *Limita quoad altaria portatilia, ſuper quibus ad alium locum translatis Miſſa poteſt celebrari.*

122 *Item quamvis altare portatile plumbo, aliave materia ſit colligatum, ne moveri valeat.*

123 *Altaria fixa polluuntur, quia habentur ad Eccleſiam pollutam uti acceſſoria.*

124 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*

125 *Argumentum a toto ad partes efficaciſſimum in jure reputatur.*

126 *Si altaria per ſe polluantur, a fortiori polluitur Eccleſia.*

127 *Argumentum a partibus ad totum valet, quando militat eadem ratio.*

128 *Si altaria per ſe polluantur, ſive fixa, ſive portatilia, debent cum Eccleſia reconciliari, etſi ad aliam Eccleſiam non pollutam transferantur.*

129 *Vbi militat eadem ratio, militare debet eadem legis diſpoſitio.*

DE prima, nobiliorique Locorum Conſecrationis ſpecie, quæ ad Eccleſias pertinet, ſatis fuſe hactenus diſſeruimus, nunc ad alteram, quæ ad Altaria, deſcendamus. Altare ita dictum, quaſi alta Ara, ſeu alta 1
res, ut docent *Pax Jordan. elucubr. Canon. lib. 5. tit. 10. n. 4., Durand. in ration. divin. off. lib. 2. cap. 2. num. 1., Durant. de ritu Eccleſ. lib. 1. cap. 15. & 25., Fuſch. de viſit. lib. 1. cap. 11. n. 4., Fer-*

Ferraris Bibliotheca Canonica &c. Tom.1. verbo Altare num.1. Nomen ſic recipiendo a forma, cum ut plurimum in altum, ſeu ſub alta forma conſtruantur Altaria.

Sic quoque apud Ethnicos Altaria dicebantur loca illa a terra elevata, ubi Diis, quos ſibi effingebant, ſacrificabant: ita tamen ut, juxta Deorum dignitatem Altaria altiori, & elevatiori in loco erigerentur. Quemadmodum de illorum Templis loquendo iiſdem fere verbis ſe expreſſerat *D. Aloyſius Aſſemanus in ſuo Comment. Theolog. Canon. Critic. edit. Rom.* 1766. §.1. *verſ. Antequam*, ibi = *Antequam ad cætera pergam, adnotandum obiter cenſeo, quod non omnibus Diis promiſcue apud Romanos in omni loco ædificari Templa ſolebant: Aliis enim intra Urbem, aliis extra eam; aliis in Montibus, aliis in foro, aliis alibi Templa conſtruebantur*: Quando enim Diis ſuperis, ac cœleſtibus immolabant, Altare valde erat a terra elevatum, *Tholoſan. Syntagm. jur. lib.2. cap.1. n.6.*, *Lotter. de re Benef. lib.1. quæſt.30. n.4.*, *Card. Petra ad Conſtit.2. Paſchal. II. ſect.2. n.2.*, *Ferraris d. n.1.*, prout cecinit *Poeta eglog.1.* in illis verbis.

Bis ſenos cui noſtra dies Altaria ſumant.

Si Diis terreſtribus erat ſacrificandum, depreſſius in aris terreſtribus Sacra peragebantur juxta citatas auctoritates, ac *Vener. Bellarm. controv. tom.3. de Miſſ. lib.1. cap.2. verſ. ſextum argumentum*: & huc refertur illud *Poetæ lib.6. Æneid.*

Talibus orabant dictis, Araſque tenebant.

Diis infernalibus, atque Manibus in foſſis, ſeu ſorobibus impia fundebant libamina, ex Doctoribus laudatis, quod *Homeri* auctoritate quoque confirmatur, apud quem *Odiſs. ad fin.* Circe Uliſſem docet modum Diis inferis ſacrificandi, ita = *Foſſam fode cubitalem quoquo verſum, in que illam libamen funde omnibus mortuis.*

Rem exemplis de more meo illuſtrabo. Non deſunt Romæ Templa, eminentioribus in locis ſita, ac fallacibus Gentilium Diis, ſed præſertim Maximo Deorum Principi Jovi conſecrata. Sic cæteris omiſſis celebre eſt Templum nunc S. Mariæ in Capitolio, ſeu *Ara Cœli* nuncupatum, quod a Romulo, ut nonnulli ferunt, Jovi Feretrio ędificatum fuit, quemadmodum videre eſt in opere, cujus titulus *Roma antica, e moderna, Tom.1. edit. Roman.* 1750. *pag.*319. Plura habes exempla Templorum a Gentilibus in altioribus locis, ac montibus fallacibus Diis erectorum, apud *Aſſeman. d. loco* §.5. *pag.*30.

Templum autem Pantheon toto terrarum Orbe celeberrimum, hodieque integrum adhuc exiſtens, atque Baſilica *S. Mariæ ad Martyres*, vel *Rotunda* nuncupatum, ut ſupra jam tradidimus *in parte 1. tit.8. de erect. Paroch. Eccleſ. a n.201.*, *& in hac parte 2. tit.1. de conſecr. Eccleſ. Paroch. n.71.*, humiliori in loco a

Marco

Marco Agrippa conſtructum fuit, atque Jovi dedicatum, cæteriſque mendacibus Diis cœleſtibus, atque terreſtribus, quorum ſimulacra in hodiernarum Cappellarum vacuis, & inter columnarum ſpatia diſtributa, venerabantur: ſicuti videre eſt in cit. opere *Roma antica, e moderna Tom.1. pag.492.*

Quoniam vero Diis tantum cœleſtibus, atque terreſtribus impia a Gentilibus celebrabantur ſacrificia, in relato Pantheon, aliud Templiolum pro Diis Infernalibus conſtructum fuit, in quo ſacrilega ipſis libamina funderentur, videlicet ſub pavimento ejuſdem Templi in plano profundiori, retro ſcalas, per quas deſcendebatur; quemadmodum proſequitur Auctor d. Operis *Roma antica, e moderna pag.492.'* ac videre quoque eſt apud *Ludovicum Demontioſum* in ſuis eruditis ſermonibus, quorum titulus eſt = *Gallus Romæ hoſpes.*

Nec ſolum fallacibus eorum Diis fuerunt antiquitus erecta Altaria ab ipſis Gentilibus, ſed quandoque etiam Deo Optimo Maximo, vero, æternoque Numini: quemadmodum ſcimus Octavianum Imperatorem in ſupracitato Jovis Capitolini Templo erexiſſe Altare, ab eo *Aram Primogeniti Dei* nuncupatum: ex quo 3
deinde factum, ut d. Templum Sanctæ Mariæ in Capitolio primum appellatum, deinde *Ara Cæli* nominaretur. *d. Roma antica, e moderna, pag.319.* Addatur brevis Inſcriptio, quæ ſupra Aram maximam inter fornicem, & lacunar ita concepta legitur:

HÆC EST ARA COELI.

Ratio, ob quam Octavianus d. Altare erexerit, quod a cæteris ſegregatum, ac diſtinctum prope Secretarium colitur, non una eſt ſingulorum Scriptorum; probabilior iſta nonnullis videtur. Cum in nativitate Redentoris pluries a fulmine percuſſum fuerit Capitolium, mandavit Imperator, ut Oraculum Apollinis Delfici conſuleretur: a quo ſequens prodiit reſponſum

Me puer Hebræus Divos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede jubet, triſtemque redire ſub Orcum:
Aris ergo de hinc tacitus abſcedito noſtris.

Ex qua reſponſione timore correptus, & reverentia excitatus Octavianus Imperator, dictum Altare erigi juſſit, atque omnipotenti Primogenito Dei conſecravit, dicavit, dedicavitque: ſicuti inter cæteros teſtatur *Nicephorus in libro 1. cap.1. hiſtor. Eccleſ.*, relat. ab Auctore d. operis *Roma antica, e moderna Tom.1. pag.319.* Hac tamen in re quidquid ſentiant Scriptores, non eſt ſilentio prætermittenda illa Inſcriptio, quæ circum Altare legitur hiſce verbis =

Hæc quæ Ara Coeli appellatur eodem in loco dedicata creditur in quo Virgo Sanctissima Dei Mater cum Filio suo

se Cæsari Augusto in aureo circulo e Coelo monstrasse perhibetur.

Altare quaſi altum, ſeu alta ara apud nos dicitur, retenta hac voce, ad ſignificandum locum illum, in quo vero, æternoque
4 Deo ſacrificamus, rejecta voce Aræ, in qua veteres Diis fallacibus ſacrificia perſolvebant, ut docent *Vener. Card. Bellarm.*, *& Tholoſan. loco cit.*; *Turrecrem. in Can. De fabrica n.1. & 2. de conſecr. diſt.1.*, & alii plures. Unde apud nos Altare dici, ac vocari ſimpliciter non ſolet Ara, ſed Ara Sacra, *Azor. inſtit. moral. tom.3. cap.27. qu.1.*, *Ventrigl. in praxi par.2. annot.20. §.un. n.3.*; Quam Altaris ſignificationem Eccleſia retinuit: cum illud proprie ſit Altare ſuper quo recipitur victima per verba conſecrationis a legitimo Miniſtro effecta, ut bene explicat *Venerabilis Bellarm. d. loco in verſic. Secundo*, *ac Lotter. ut ſup. n.6.* Hinc merito ab *Optato Melevitano contra Donatiſtas lib.6.* Altare nuncupatur Sedes Corporis, & Sanguinis Chriſti. Et ab Apoſtolo Paulo in *Epiſt.1. ad Corinth. cap.10.* Menſa Domini Altare nuncupatur.

Sed antiquum Altarium uſum ne audeamus ex profano ritu trahere, ſacræ litteræ luculenta hujuſce rei nobis prebent argu-
5 menta. Altare enim in prima lege, quæ naturæ dicitur, erexerunt Noe ab arca egreſſus, *Geneſ.8.*, Abraham ad imolandum filium juxta Divinum præceptum, *ibidem 22.*, Iſac, & Jacob ad ſacrificandum Deo, *ibidem 35.* In lege ſcripta ædificarunt Altaria ad imolanda holocauſta pro peccatis, & ad offerendas hoſtias paci-
6 ficas in oblationes ſuaviſſimi odoris Deo vero, juxta levitici præcepta, Joſue, *cap.8.*, in Monte Hebal., Gedeon. *Judic.6.*, Samuel in Ramatha 1. *Reg.8.*, Saul in Sabaa, 2. *Reg.10.*, & aliis omiſſis, Judas Machabeus *Cap.2.* In lege gratię jam ab ineunte
7 Eccleſia Altaris uſus receptus fuit *Matth. cap.5. & 23.*, *ad Corinth.9.*, *& ad Hæbr.13.*, *D. Aug. lib.10. contra Fauſtum cap.22.*, *& de Sanctis Sermone 11.*, *Card. Petra ad Conſtit. 2. Urbani V. ſub n.2. tom.4.*, & alii communiter.

Uſum quoque conſecrandi Altaria antiquiſſimum eſſe, utpote
8 quem e veteri ad novum teſtamentum traductum, quiſque etiam invitus fateri debet. In lege enim naturę Altare conſecravit Jacob
9 Patriarcha, ut legitur *Geneſ.28. & 31.*, ibi = *Tulit lapidem, quem capiti ſuo ſuppoſuerat, & erexit in titulum, fundenſque oleum deſuper, vocavitque nomen illius loci Domum Dei.* In lege ſcripta Moyſes, ita Deo mandante, conſecravit Olei unctione tabernaculum,
10 vaſa omnia, & altare olocauſti, & labrum cum baſi ſua, *Exod.30.*, *& 40.*, *cap.1. de Sac. Unctione*. In lege gratię, in qua feliciter vivimus, Altare cœpit conſecrare D. Silveſter anno reparatę ſalu-
11 tis 315., quando Baſilicam Lateranenſem ſolemni dedicatione inau-

inauguravit, ritumqne inſtituit conſecrandi Altaria, in quibus Miſſę ſacrificium offeretur, ut tenent *Fuſc. de viſit. cap.1. num.1.*, *Ventrigl. d. part.2. annot.20. §.un. n.4.*, & alii plures.

Altarium duo genera eſſe ſolent. Unum enim eſt Altare, quod firmum, fixum, & ſtabile: Alterum, quod portatile, & via- 12
ticum nuncupatur, ut eruitur ex *cap. ult. de privil. in 6. cap. Concedimus de conſecr. diſt.1.*, *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.7. n.2.*, *Ventrigl. d. annot.20. §.un.*, *Ferraris ut ſup. verbo Altare num.2.*, *Card. Petra loco cit. num.3.* Altare firmum, fixum, ac ſtabile dicitur, quando totum Altare, & tota Menſa, in qua fit ſacrificium, eſt conſecrata; ut ſunt omnia Altaria Pontificia pręſertim Baſilicarum Romę Patriarchalium. Altare portatile, ſeu viaticum eſt lapis ille portatilis conſecratus, in quo fit ſacrificium, & de uno ad alium locum portatur. *Cap. ult. de privil. in 6. Ventrigl.*, *ut ſupr. n.5.*, *ac Bened. XIV. Conſtit.* 43. *incip. Impoſito nobis* §. 4., *tom.3. ſui Bullarii*. Atque iſtud ſemper eſt neceſſarium, quotieſcumque Altare firmum non eſt conſecratum, *Lezzana Summ. quæſt. Regul. tom.3. verſ. Altare num.1.*, *Pax Jordan. d. tit.* 10. *ſub n.3. verſ. Firmum*, *Barb. alleg.27, n.21.*

Altare ſive firmum, ſive portatile non poteſt eſſe terreum, neque ligneum, ſed lapideum, ita Divo Silveſtro primum ordi- 13
nante poſt Eccleſię ſub Conſtantino Magno ſtabilitam libertatem, abrogato veteri more, quo lignea, ſolumque portatilia adhibebantur Altaria, ob Gentilium perſecutiones, quibus Chriſtifideles vexabantur, inducti ob hujuſmodi metum ad ſacra peragenda, audiendave in Cæmeteriis, in quibus lateſcebant, vel aliis in remotis abſcondiculis, ut notant *Germon. in tract. de Sacr. immun. lib.3. cap.2. n.12.*, ac eleganter *Card. Bellarmin. contra novator. controv. tom.1. de verbo Dei lib.4. cap.13. verſ. Tertia cauſa*, *Card. Petra loco cit. n.5.* At lege Eccleſiaſtica deinde cautum, ut lapidea eſſe tantum oporteat, alioquin minime valeat ſuper iis celebrari *Text. in cap. Altaria 31.*, *ibique gloſſ.*, *& Archid. de conſecr. diſtinct.1.*, *D. Thom.3. part. qu.6. art.3. ad 5.*, *Ugol. de Offic. Epiſc. cap.30. n.1.*, *Ventrigl. d. §.un. n.6.*, *Ferraris d. verbo Altaria n.4.*, *ac Bened. XIV. in ſuo opere de Sacrif. Miſſ. ſect.1. §.2. & ſeq.*, *& d. Conſtit.43. §.4.*

Neque refragatur, quod ex ſacris litteris eruitur, nempe ex *cap.30. exod.* ubi legitur, quod uſus Altaris terrei a Deo fuit ordinatus, ibi = *Altare, inquit Dominus, de terra facietis mihi, quod* 14
ſi lapideum feceris, non ædificabis de ſectis lapidibus = Id enim vetitum a Deo fuit Judaico populo propter periculum idololatrię, cui maxime erat proclivis populus ille duræ cervicis. *Exod.25. & 27.*, ut explicat *Pax Jordan. d. tit.10. n.10.* Secundo prohibuit quidem, ne

Digitized by Google

ne ex ſectis lapidibus fieret, non vero ne ex aliis fieret, imo id prę
cepit. Neque etiam refert, quod Salomon Altare aureum erexe
rit. Id enim factum fuit non abſque miſtica ſignificatione, *Can.
Gloria cau.12. qu.2., & gloſſa in Can. Altaria 31. de conſecr. diſt.1.,
verbo Altaria.*

Ratio, ob quam Altare debeat eſſe lapideum, in hoc præſer-
15 tim eſt poſita, quod primum Patriarcha Jacob tale conſtruxerat,
ex ſupra demonſtratis, *& ex d. cap. Altaria, ubi gloſſ. & Arcbic.
Ventrigl. d. §.un. n.6.* Secundo, quia pro Altari conſecrato Chri-
ſtus figuratur, qui Petra nuncupatur ab Apoſtolo *in ep.1. ad Co-
rinth.* ibi = *Petra autem erat Chriſtus* =, *Can. Revera 67. de conſecr.
diſtinct.2., ac gloſſ. in d. Can. Altaria verbo Non conſecratur, D. Am-
broſ. in lib. de iis, qui miſteriis initiantur cap.8. & 9.* Tertio, quia
Sepulchrum Chriſti, quod Altare conſecratum reprę́ſentat, fuit de
petra excisum, ut obſervat *D. Thom. loco cit.*, ac prę́ſertim *Frances
de Eccleſ. Cath. cap.5. n.136., & Card. Petra ad d. Conſtit. 2. Ur-
bani V. n.33.*

Dixi debere eſſe lapideum, ſed hoc velim intelligas de altari
16 conſecrato, *Ferraris ut ſup. verb. Altare n.5.* Secus enim poteſt eſſe
vel ligneum, vel terreum, vel ſaxeum, vel alterius materiæ,
immo etiam fixum conſecratum admittitur, quando habet totam
maſſam altaris ligneam, vel alterius fixæ materiæ non lapideæ,
dummodo ſuperior menſa, ſeu parva ara, quæ ſolum conſecra-
tur, ſit ex lapide, ut docent *Suarez tom.3. diſp.81. ſect.5. concl.2.,
Tambur. de jure Abbat. tom.1. diſp.23. qu.6. n.1. verſ. Altare*, & ſic
Sacra Rituum Congregatio declaravit apud *Ventrigl. d. §. un. in fine
n.5.* apud *Ferraris d. v erb. ltaria n.5.* Imo altare ligneum cum
ara lapidea conſecrata permitti debet non obſtante Conſtitutione
17 aliqua ſynodali, ut Sacra Congregatio Rituum declaravit 10. *No-
vemb.* 1612., relata a *B arb. de jur. Eccl. univ. lib.2. cap.7. n.6.*,
quem ſequitur *Amoſtaz. de cauſis piis cap.8. lib.5. n.11., Urrotigoyti
de Eccleſ. cathed. cap.5. n.144.*, & alii plures. Ara enim ſacrata
poteſt aliqua materia circumdari pro majori firmitate, atque com-
modiori uſu, ex rubrica Miſſalis, *Azor. part.1. lib.10. c.26. qu.1.,
Fuſc. de viſit. lib.1. cap.12. n.3. & 4.*

In Eccleſia autem græca, longe diverſa ac in latina, eſt in-
troducta diſciplina, atque juriſprudentia, propterea quia Græcis
permittitur Sacerdotibus, ut ſine conſecratis lapidibus, ſeu alta-
18 ribus, Miſſæ valeant conficere Sacrificium, nempe ſuper Anti-
menſiis, ideſt ſuper quibuſdam candidis linteis ab Epiſcopo conſe-
cratis, quorum angulis ſacræ Reliquiæ includuntur, ut notant
Doctores de rebus liturgicis tractantes, inter quos *Goar. in notis
ad Euchо́log. Græcor. pag.571. edit. Ven.*, *Chriſtian. Lupus in Sy-
nod.*

nod. generali, & provinciali in diſſertat, de S. Leonis X. actis cap. 13. *part.* 3. *edit.Bruxel.*, *Card. Bona rer. liturg. lib.* 1. *cap.* 20. §. 2., *& d. Card. Bonæ Commencator Robert. Sala tom.* 1. *pag.* 70. *n.* 4. *edit. Taur.*, ac plene *Catalan. ad Pontif. Rom. tom.* 2. *tit.* 5., *& Bened. XIV. d. Conſtit.* 43. §. 4. *verſ. In Eccleſia græca*, *& in Conſtit.* 47. *incip. Allata* §. 36. *tom.* 4. *ſui Bull.*

Sacerdotes autem Latini ritu latino in Eccleſiis Græcorum Catholicorum celebrantes, ſi careant proprio altari portatili la-
pideo non poſſunt celebrare ſuper Antimenſiis, ut monet *Bened. XIV. in ſua Conſtit. Etſi Paſtoralis* §. 6. *n.* 1. 9., *tom.* 1. *ſui Bull.*, 19
& in d. Conſtit. 43. §. 6. *tom.* 3. Quandoque tamen permittitur, ut ſuper Græcorum Antimenſiis valeant latini celebrare, in caſu nempe neceſſitatis, tempore præſertim itineris, ne ſacrum lapi- 20
dem ſecum cogantur deferre, haud levi intercedente incommodo, atque diſcrimine, ne in itinere frangatur, ut idem Summus Pontifex ſubdit in *cit. Conſtit.* 47. §. 36. *verſ. Quamobrem*. Ad Græcos autem quod attinet, nihil refert, an ſint Græci orientales, an Italo græci, cum ab Eccleſia hujuſmodi uſus omnibus permit- 21
tatur, ut notat *Bened. XIV. in* §. 5, ubi commemorat inſtitutionem Clementis VIII. de ſimilibus Græcorum ritibus, tum illam, quam ipſemet edidit *conſtitutionem* 76. *Etſi Paſtoralis* §. 6. *n.* 17. ubi permittitur, quod uti poſſint altaribus ab Epiſcopis latinis conſecratis, vel eorum Antimenſiis; ibi = *Si Græci velint accipere Altaria portatilia ab Epiſcopis latinis conſecrata, bene erit, ſin minus tolerentur eorum Antimenſia, ſeu throni ſuper altaria lapidea ponendi, cum celebrant*.

Aliud quoque notandum quoad Eccleſiæ græcæ veterem diſciplinam. Antiquitus enim in Eccleſiis orientalibus unum tantum
erat Altare: ut tradunt *Du Gangius in Conſtantinopoli Chriſtiana*, 22
Catalan. tom. 2. *tit.* 1. §. 1. *n.* 20., ac cæteris omiſſis *Bened. XIV. in cit. Conſtit.* 47. §. 37. Quodque caput eſt, ad illud Altare, ad quod Sacerdos Miſſam celebraverat, nequibat alter Sacerdos eadem die
Miſſæ Sacrificium iterato offerre, ut videre eſt apud *Dyoniſium* 23
Barſalibeeum Jacobitam in explanatione Miſſæ, & alios plures, quos citat, & ſequitur *Bened. XIV. in cit.* §. 37. Ratio, cur id obſervaretur, pendebat a maximo Græcorum errore: vulgo enim putabant, & putant, quod Sacerdos poſterior celebrans, iiſdemque ſacris indumentis, quibus primus utens, jejunium frangat: hinc Bened. XIV. In ſua Conſtit. 87. *Demandatam*, *tom.* 1. *ſui Bull. in epiſtola encyclica ad Patriarcam Antiochenum Græcorum Melchitanum, & ad Epiſcopos catholicos eidem ſubjectos*, *directa*, præcipit, ut omni ſtudio current hunc errorem populo adimere, ſervata interim diſciplina non permittente, quod alius Sacerdos eadem die cele-

celebret, ubi alter celebravit, *Bened.XIV. in cit. Conſtit.*47. §.87. *in fine*.

In Templo S. Athanaſii, quod Romæ a Græcis poſſidetur,
24 plura extant Altaria: quod rariſſimum viſum fuit Leoni Allatio,
qui in *epiſt. ad Joannem Morinum de Templo Cræcorum recentiorum n.*2., aſſerere non dubitavit in prædicta Eccleſia nil græcæ formæ
25 reperiri, quam *Bema*, ideſt ſepimentum, quod Aram majorem
a reliquis Eccleſiæ partibus ſecernit. *Bened.XIV. d.* §.37. *verſ. Cumque*. In aliis quoque Eccleſiis Nationis Maronitarum, & Græcorum Romæ exiſtentibus, præter Altare majus, alia occurrunt Altaria, in quibus a latinis Sacerdotibus Miſſa celebratur; non enim poſſunt ſuper Altari majori in templis Græcorum celebrare, niſi urgente neceſſitate, & intercedente conſenſu Parochi
26 græci, & Græci poſſunt in ſuis Templis alia quoque erigere Altaria præter Altare majus, ut in iis Sacerdotes latini valeant celebrare: *ex d.Conſtit.*56. *Benedicti XIV.* §.6. *n.*8, *&* 9.. quod renovatur *in d. Conſtit.*47. §.40, *in fine*; quod jam obſervabatur in variis Græcorum Eccleſiis teſte *Goar. in Euchologio Græcorum, relat. a Bened.* §.40. *verſ.Verum*.

Cum autem conſuetudo non celebrandi in eodem Altari ea
die, qua alter celebraverat, adhuc fuerit retenta, cœperunt a
27 Græcis conſtrui Paracleſiæ, de quibus *Leo Allatius*, relatus a
Bened.XIV. in cit. *Conſtit.*47. §.39. *in fine*, ubi ait: quod Paracleſiæ ſunt Oratoria quædam Eccleſiæ contigua, in quibus erectum eſt Altare, ubi Sacerdotes Miſſam celebrant, quum in Eccleſia nequeunt celebrare, eo quod ad Altare in ea erectum alius Sacerdos celebraverit. Sed notandum, quod iſtæ Paracleſiæ permittuntur in commodum Sacerdotum Græcorum: quia iſtæ Græ-
28 cis tantum inſerviunt, non vero Sacerdotibus latinis, ut monet
Bened.XIV. d, §.40.

Quoad figuram Altaris portatilis, debet iſtud eſſe quadrangulare, tantæque longitudinis, & latitudinis, ut capere commo-
29 de poſſit pedem calicis, & patenam cum hoſtia conſecrata. *Azor.*
*inſtit. moral. part.*1. *lib.*11. *c.*26. *qu.*7., *Ventrigl. part.*2. *annot.*20. §.*un. n.*8., *Ferraris in bibliotb. canon. verb. Altare n.*6., *ac Card. Petra ad Conſtit.*2. *Vrbani V. ſub n.*33., ubi ait, quod Sacra Congregatio apud *Nicol. in floſc. n.*5. §.*Dummodo*, declaravit ejuſdem latitudinem non debere eſſe minorem palmo uno, dummodo lapis integer ſit, cum non poſſit Altare portatile fieri ex duobus
30 lapidibus invicem colligatis, ut docet *Ventrigl. ut ſup.*, *ac Vaſquez d. part.*232. *c.*4. *n.*6., & alii, tum ad evitandum periculum cadendi, cui ex male colligatis lapidibus calix ſubjici poſſet, tum ad ſignificandam in Chriſto per Altare conſecratum figurato, perſo-

Digitized by Google

perſonæ unitatem, ut præ cæteris obſervat *Pax Jordan. elucubr. diverſ. lib.5. tit.10.n.22.* Figura Altaris portatilis olim quoque erat quadrata, quatuor circiter pedum, ut nos docet vita S. Vulphrammi Epiſcopi Sennonenſis apud *P.Catalanum ad Pontific. Rom. tom:2. tit.5. n.8.*

Poſt hæc, quæ neceſſario erant præmittenda, de ipſa conſecratione verba faciamus. Peracta ab Epiſcopo Eccleſiæ conſecratione, unum adhuc remanet executioni demandandum, ut hoc ſacrum miniſterium completum, abſolutumque dici valeat, nempe Altaris majoris conſecratio, *cap.Cum ſis de conſecr. Eccleſ., vel Altar., Barb. de offic. Epiſc. alleg.27. n.23., Pax Jord. d.lib.5. tit.9. n.75.76.* Quoad reliqua vero Altaria nulla præſcripta eſt obligatio, nullaque neceſſitas, quidquid aſſerat Summus Pontifex in cit. *cap. Cum ſis*, ibi: *Conſecrato tamen Altari majori, nibilominus alia Altaria minora Eccleſiæ conſecranda ſunt*: Id enim neceſſitatem non inducit, ſed ſimplex conſilium, declarando videlicet poſſe eodem die plura Altaria conſecrari, ut optime explicat *Barb. d.alleg.27.n.24.* ibi: *Altaria ab Epiſcopo conſecrantur ſive ſola, ſive una cum Eccleſia, plura, ſive unum ſolum*; prout ante ipſum ſcripſerat *Piaſec. in praxi part.1. cap.5. n.7. verſ. Altaria*, ac *Pax Jord. loc. cit. n.76.*, ac recenter *Ferraris d. verb. Altare n.11.* Ex quibus liquet differentia, quæ intercedit inter Eccleſiæ, & Altarium conſecrationes. Quandoquidem una tantum Eccleſia uno, eodemque die poteſt ab Epiſcopo conſecrari, plura e contrario Altaria poſſunt eodem die inaugurari conſecratione: quemadmodum, cæteris omiſſis, exemplum nobis ſuppeditat Em.Cavalchinus Carolus Albertus Guidobonus S. R. E. Cardinalium Collegii Decanus, Oſtienſis, ac Veliternæ Eccleſiæ Antiſtites, atque Apoſtolicæ Sedis Pro-Datarius, tunc Archiepiſcopus Philippenſis, qui die quinta Aprilis 1732. ſolemni ritu dedicavit duo Altaria ſibi invicem reſpondentia, unum videlicet miraculoſæ B. Virginis Mariæ, & alterum Evangeliſtæ Divi Matthæi exiſtentia in Eccleſia celeberrimæ Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Trinitatis vulgo Peregrinorum: ut videre commode eſt in utraque inſcriptione in fronte Altaris exculpta hiſce verbis:

31

32

33

CAROLUS ALBERTUS GUIDOBONUS CAVALCHINUS ARCHIEPISCOPUS PHILIPPENSIS CONSECRAVIT ALTARE HOC DIE V. APRILIS MDCCXXXII.

34 Conſeratio Altarium de jure ſpectat ad Epiſcopum, *cap.Quod in dubio, cap.Cum ſis de conſecr.Eccleſ., Can.Altaria, Can.Nullus eod. tit. diſt.1., Can. Quamvis diſt.68., D. Dioniſ. de Eccleſ. hyerarch. c.4. & 5., Card. Petra ut ſup. n.34., Ferraris d. verb.Altare n.8.*, ac alii communiter. Non ſufficit tamen, quod Conſecrator ſit epiſcopali charactere inſignitus, ſed inſuper eſſe debet Dioeceſa-

35 ceſſinus, quia hæc conſecratio, ſi de fixis prælertim ſit ſermo, fieri debet cum exercitio Pontificalium, quod extra diœceſim prohibitum eſt ſine Ordinarii licentia, *Concil. Trid. ſeſſ.6: de reform. cap,5.*, *Emmanuel Sà in aphoriſ. verb.Conſecratio n.1.*, *Ventrigl. d. annot.20. §.un. n.25.*, *Card. de Luc. in annot. ad Concil. Trid. diſc.6. per tit.*, *Vaneſpen. in jus Eccleſ. univ. part.1. tit.16. c.3. n.7.*, *Card.Petra ad Conſtit.6. Urbani IV. n.27.* Cæterum, quoad Altare portatile, quamvis & iſtud debeat ab Epiſcopo diœceſano conſecrari, ex ſupra jam demonſtratis, atque *Synod. Tuſcul. an.1763. part.1. c.14. art.2. n.2.* Poſſunt tamen Sacerdotes, &
36 Clerici extra propriam diœceſim Altaria portatilia deferre pro obtinenda ab Epiſcopo illius loci conſecratione, ut docet *Ventrigl. d.part.2.2. annot.20. §.un. n.25.*

Cum ergo Epiſcopali ordini ſit reſervatum hoc officium, ſequitur non poſſe iſtud ab Epiſcopo, etſi diœceſano demandari
37 ſimplici Sacerdoti, vel alii Prælato inferiori. *Pax Jord. loc. cit. n.16.*, *Fuſcb. de viſit. lib.1. c.21. in fine*; ſolus autem Pontifex eſt excipiendus, qui hanc facultatem poteſt Prælato inferiori, vel
38 etiam ſimplici Sacerdoti committere: ut uno ore tenent Doctores, ac ſignanter *Emmanuel Sà loc. cit. n.4.*, *Pax Jord. lib.5. tit.10. n.15.*, *Farinacc. d. verb. Altare n.9.*, *Bened.XIV. in ſua epiſt.1.ad P.Abbatem Engelbertum*, incip.*Ex tuis precibus* §.12., impreſſ. *in append. tom.4. ſui Bull.* Sic plura invenies exempla privilegiorum hac de re a Pontificibus conceſſorum favore Regularium, apud *Clericat. dec.13. n.18. & ſeq.*, *& n.26.*, pluraque apud *Benedictum XIV. loc. cit. in §§.13. 14. 15. & 16.*

Sed notandum, quod hæc Apoſtolica privilegia a jure communi remota nullam promerentur extenſionem, ſed tantum exequi debent eo modo, quo in Pontificio diplomate concepta ſunt,
39 quemadmodum monet *Benedictus XIV. in laud. epiſt.1.* §.20., atque Rota in alia ſpecie in *Gerunden. adminiſtrationis Sacramentorum 18.April.1766. cor. Zelada*, ita ut Abbatibus, aliiſque Prælatis, ac Regularibus conceſſum privilegium debeat, in dubio
40 intelligi pro ſola ſuarum Eccleſiarum exigentia; *Cap. Conſuluiſti, ibique gloſſ. de privil. in 6.*, *Murga ad Conſtit.4. Gregorii X. n.4.*, *Ricc. in praxi part.1. reſolut.471. n.2.*, cui etiam conſonant variæ Sacrorum Rituum Congregationis reſolutiones relatæ a *Barboſa in Summ. Apoſtol. dec. collect.1. n.34.*, *Card. Petra, ut ſup. n.27.*, *& Ferraris d. verb. Altaria*, ubi inter alias affertur reſolutio particularis Congregationis habita coram *Alexandro VII. P. M. 27. Septemb. 1659.*

Debet Epiſcopus anteaquam ad Altaris conſecrationem deveniat, diligenter inquirere, certiorque fieri, an Altare conſecran-

crandum congruam habeat pro neceſſaria ornamentorum manutentione pro uſu Miſſarum, divinorum officiorum, aliorumque ſimilium, quæ omnia prudentis Epiſcopi arbitrio relinquuntur, 41
ut copioſe ſcribit *Lambert. de jurep. lib.1. part.1. qu.21. n.16.*, *De Curte ad eumdem Lambert. part.3. q.8. n.172.*, *Selva de benef. qu.1. requiſ.8. n.167.* Qua in re videri commode poſſunt, quæ in *anteriori titulo* notavimus a *num.25.* quoad dotem Eccleſiæ pro illius conſecratione.

Si caſus contingat, quo Epiſcopus reperiat cadaver alicujus fidelis ſepultum ſub conſecrando Altari, vel ſub illius gradibus, aut, ut barbare dicitur, *bredellis*, antea quam illud conſecret, curare debet, ut alio in loco decenti tradatur eccleſiaſticæ ſepulturæ. 42
Altare enim erigi nequit ſuper ſepulchrum defuncti, neque etiam conſecrari: cum id a ſacris Canonibus vetitum omnino fuerit, ut *in Cap. Non oportet de conſecr. diſtinct.1.*, *Cap. Præcipiendum can.13. qu.2.*, & a Sacra Congregatione Epiſcoporum, ac Regularium *in Interamnen. 4. Septembris* 1593., *in Tremulana 8. Febr.* 1594., *in Meſſanen. 2. Maii* 1601., ut videre eſt apud *Ferraris in bibliotb. canon. tom.2. verb. Cadaver n.1.* 43

Neque etiam ſuper illud Altare, ubi tumulatum fuit præd. cadaver, Miſſæ ſacrificium peragi poteſt, donec alio transferatur, ut eadem Sacra Congregatio declaravit apud *Ferraris loc. cit. n.2.* in una *Tranen.* 10. *Novembris* 1599., & in una *Turritana* 11. *Jun.* 1629. 44
Olim enim ubi aderat Corpus Martyris ut plurimum erigebatur Altare, in ſignum, ac teſtimonium illius honoris, atque ſanctitatis: unde tribui videretur aliqua ſanctitatis ſpecies memorato defuncto: quod permittendum non eſſe pluries Sacra Congregatio declaravit apud *Gavant, in Manuale Epiſcop. verb. Altare n.3.*, *Paſqualig. qu.671. n.3.*, *Amoſtaz. de cauſis piis lib.5. cap.8. n.29. in fine*. Quandoquidem ſola Sanctorum Corpora ſub Altaribus decenti modo recondita, fidelium venerationi, & cultui exponuntur, proponunturque. 45

Nomine autem Sanctorum præſenti in caſu, non ſolum illos intelligimus, qui ab Eccleſia jam fuerunt canonizati, ſed illos etiam, qui in Beatorum album tantummodo aſcripti fuerunt, juxta 46
Conſtit. 82. *Clementis XI.* incip. *Viros glorioſos* §.2. editam 8. *Maii* 1716. Sic *Clemens XIII.* inter reliquias Sanctorum, quas ſub Altari ab eo magnifice a fundamentis denuo excitato in Sacello Pontificio Paulino, ſeu a *Paulo V.* Burgheſio extructo, *die* 28. *Octobris* anno Dominicæ Incarnationis 1761., & Pontificatus ſui tertio, ſolemni pompa recondidit, reliquiam ſimiliter repoſuit, collocavitque *Ven. Gregorii a Barbadico* S. R. E. Cardinalis, atque Patavinæ Eccleſiæ Epiſcopi, deinde ab ipſomet laud. Pontifice in

Digitized by Google

Beatorum numerum, & cenſum in Vaticana Baſilica *die* 20. *Septembris* 1761. notabili pompa, & apparatu, ſolemnique ritu aſcripti, in ſingulare erga tantum Anteceſſorem honoris, ac venerationis teſtimonium, majuſque ad decus, & ornamentum illius Eccleſiæ, quam Paſtorali cura, paternoque amore, incredibilique agendi ſuavitate gubernavit, ac rexit, atque exemplo, ampliſſimiſque meritis, & virtutibus olim illuſtravit, teſte *Benedicto XIV.* in Conſtit.*Simul ac nobis tom.*1.*ſui Bull.* §.1., ubi profitetur, ſe Cathedrale Canonicorum Patavinæ Eccleſiæ Collegium inſignibus prærogativis, ac privilegiis decoraviſſe, præcipua ampliſſimorum ejuſdem tunc *Caroli* S. R. E. Card. *Rezzonici* Antiſtitis meritorum contemplatione: etſi, quod notandum eſt, ageretur de Eccleſia fundata a S. Proſdocimo D. Petri diſcipulo, cultaque deinceps a tot Succeſſoribus in Divorum numerum aſcriptis, Fidentio nempe, Syro, Hilario, Maximo, Bellino, aliiſque duobus Beatorum nuncupatione decoratis, Leonino videlicet, & Berardo Maltraverſo; deque Capitulo, ex quo plures S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, pluresque Romanæ Eccleſiæ Præſules prodierunt, multis jam pridem Pontificiæ beneficentiæ a Callixto ſcilicet II., Alexandro III., Urbano III., Innocentio III., Pioque III., argumentis ornato: ut ex cit. Conſtit.*Simul ac nobis* apertiſſime evincitur.

Poſſunt ex ſupra demonſtratis, Beatorum, ſeu nondum Canonizatorum Reliquiæ ſub Altaribus includi, vel publice exponi, in Proceſſionibus tamen minime valent circumferri, juxta decla-
47 rationem Sacræ Congregationis Rituum 27. *Septembris* 1659, *in decreto generali n.*11. ſub P.M. *Alexandro VIII.* Idemque, vel fortiori ratione intelligas de illorum Imaginibus, atque *Statuis*, quamquam non me lateat, alicubi ex peculiari quadam ratione in exemplum, & conſequentiam minime trahenda contrariam vigere conſuetudinem. Utque præfatam concluſionem exemplo illuſtremus, uno tantum utimur, ex quo ad rem argumentari ſatis commode poteritis. Poſtquam Beatus aliquis in Sanctorum album relatus fuit, ſolet illius vexillum, in quo nempe Imago depicta eſt, ſolemni pompa, e Vaticana Baſilica ad illam deferri Eccleſiam, cujus primario intereſt memoratum vexillum. Id cæteris omiſſis, psæcipue contigit ſub ſanctiſs. mem. *Benedicto XIV.* in Canonizatione Sanctorum, Beati videlicet *Fidelis a Sigmaringa, B. Joſephi a Leoneſſa*, Ordinis S. Franciſci, ſeu Cappuccinorum, tum *B. Camilli e Lellis* Fundatoris Congregationis Patrum Miniſtrantium infirmis, atque *B. Petri e Regalato* Ordinis Fratrum Minorum Obſervantium, nec non *B. Catharinæ e Riciis*, Ordinis S.Dominici Fratrum Prædicatorum.

Idem-

Idemque contigit anno 1767. poſtquam *Clemens XIII.* P. M. feria quinta die 16.Julii, anniverſaria ſuæ Coronationis recurrente memoria, inter Sanctos adſcripſit *B. Johannem Cantium* Presbyterum ſæcularem; *Joſephum Calaſantium* Fundatorem Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei, Scholarum Piarum; *Joſephum a Cupertino* Sacerdotem Profeſſum Ordinis Minorum Conventualium S.Franciſci; *Hieronymum Æmilianum* Fundatorem Clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ; *Seraphinum ab Aſculo* Laicum Profeſſum Ordinis Minorum S. Franciſci Cappuccinorum; nec non *B. Joannam Franciſcam Fremiot de Chantal* Fundatricem Ordinis Monialium a Viſitatione S. Mariæ. De quibus ſingulis jam meminimus in noſtra *Diſſertatione de vita, & honeſt. Paroch., aliorumque omnium, qui in ſortem Dom. vocati ſunt, edit. Rom.* 1768. *num.* 31.

Laud. *S. Johannis Cantii* Elogium a S. Congregatione Rituum ſic annuente SS. D.N. CLEMENTE XIV. P.M. ſub *die 6. Aprilis hujus anni* 1771. in Martyrologio Romano inſeri, atque legi permiſſum 48
fuit. Quemadmodum videri poteſt in ſeq. Decreto Urbis, & Orbis.

DECRETUM

Die xxiv. Decembris.

ELOGIUM

IX. Kalendas Januarii — In Polonia Natalis S. Johannis Cantii Presbyteri Secularis Conſeſſoris doctrina, propagandæ Fidei *Zelo*, Virtutibus, ac Miraculis clari.

URBIS, ET ORBIS.

„ Sacrorum Rituum Congregatio ad enixas, humillimaſque „ preces Antonii Zoledziouski Canonici Eccleſiæ Cathedralis, „ & Almæ Academiæ Univerſitatis Cracovien. Rectoris, necnon „ Poſtulatoris ſupraſcriptum Elogium in memoriam S. Joannis „ Cantii Presbyteri Sæcularis, & in dicta Academia præfatæ Uni„ verſitatis Sacræ Theologiæ Doctoris, & Profeſſoris ab Emo, & „ Rmo D. Cardinali Johanne Franciſco Albani Epiſcopo Sabinen. „ Ponente, audito etiam R.P.D. Dominico de Sancto Petro Fidei „ Promotore exaratum, atque in eadem Sac. Congregatione per me „ infraſcriptum Secretarium vice ejuſdem Emi Ponentis abſentis „ relatum adprobavit, & in Martyrologio Romano inſeri, ſinguliſ„ que annis ſupraſcripta die in Univerſali Eccleſia ab utroque Clero „ legi, atque annunciari præcepit, ſi SS. D. N. placuerit. Die 23, „ Martii 1771.

„ Et facta deinde per me Secretarium eidem SS.D.N. relatio„ ne de prædictis, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 6. Aprilis 1771.

Fl. Card. Chiſius Præfectus.

Loco ✠ Sigilli. *M. Gallo Sac. Rit. Cong. Secretarius.*

Sed

Sed hac in re notandum erit inſuper, quod nec Miſſa quidem propria alicujus Sancti celebrari, ac in Miſſali Romano inſeri, nec ejus Officium proprium recitari, & in Breviario Romano inſeri poterit abſque facultate Apoſtolicæ Sedis, ſeu decreto S. Congregationis Rituum, quemadmodum apertiſſime deducitur ex ſequenti Decreto, quoad Miſſam, & Officium ejuſdem *S. Johannis Cantii*.

DECRETUM

URBIS, ET ORBIS.

„ Ad enixas, humillimaſque preces Sereniſſimi Stanislai Au„ guſti Poloniæ Regis, Regiæ Celſitudinis Eminentiſſimi, ac Re„ verendiſſimi Domini Cardinalis Benedicti Enrici Ducis Ebora„ cenſis, Epiſcopi Tuſculani, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice„ Cancellarii, Primatis, atque Epiſcoporum Regni Poloniæ, ac „ magni Ducatus Lithuaniæ, Collegiorum Advocatorum Sacræ „ Conſiſtorialis Aulæ, Parochorum, & Cleri Urbis, nec non Le„ ctorum, & Profeſſorum Romani Archilicæi, atque Accademiæ, „ SSm̃us Dominus Noſter Clemens PP. XIV. ad relationem mei in„ fraſcripti Secretarii, audito voto Eminentiſſimi, & Reveren„ diſſimi Domini Cardinalis Chiſii Sac. Rit. Congregationis Præfe„ cti, R. P. Dominici de Sancto Petro Fidei Promotoris, meique „ infraſcripti Secretarii *Officium* de comm. Conf. non Pontif. *S. Jo*„ *hannis Cantii* Presbyteri Sæcularis, & in Alma Univerſitate Cra„ covienſis Accademiæ Sacræ Theologiæ Doctoris, & Profeſſo„ ris, cum Oratione, & Lectionibus ſecundi Nocturni die 21. „ Martii 1739. Hymnis ad primas, & ſecundas Veſperas, ad Ma„ tutinum, & Laudes die 19. Decembris 1767., nec non Miſſam „ propriam die 21. Jan. 1769. jam a Sacra Rituum Congregatione „ pro dicto Regno Poloniæ, & magno Ducatu Lythuaniæ adpro„ batis, ab omnibus utriuſque ſexus, qui ad Horas Canonicas te„ nentur in Urbe, atque in univerſa militante Eccleſia ſingulis „ annis die vigeſima Octobris ſub Ritu ſemiduplicis recitari, & „ *Miſſam* reſpective celebrari, atque in Breviario, & Miſſali Ro„ mano inſeri præcepit. Et ita ſervari mandavit. Die 8. Se„ ptembris 1770.

Fl. Card. Chiſius Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

V. Macedonius S. R. C. Secretarius.

E contrario, quotieſcumque Ven. aliquis Servus Dei in Beatorum Cathalogum adſcribitur, nulla fit ejuſdem Vexilli, ſeu Imaginis

ginis publica delatio, atque ſolemnis translatio ad propriam Eccleſiam, ſed in iſta tantum fidelium venerationi, & cultui novus Beatus exponitur, ejuſque memoria, atque Feſtum ſolemni ritu, & pompa celebratur; quemadmodum evenit ſub *Clemente XIII.* in Beatificatione laud. Ven. *Gregorii a Barbadico*, Cardinalis, & Epiſcopi Patavini, ac recentius in illa Ven. *Simonis de Rexas* Valliſoletani Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis de Mercede, atque Fundatoris Congregationis Patrum SSmi Nominis Mariæ.

Id ultimis hiſce temporibus obſervatum fuit quoad Ven. Servum Dei *Franciſcum Caracciolum* Neapolitanum Fundatorem Clericorum Regularium Minorum, quem hodiernus Pontifex *Clemens XIV.* in Vatic. Baſil. *die* 10. *Sept.* 1769. inter Beatos adſcripſit: de cujus Vita, atque Miraculis Compendium edidit hiſtoricum *Auguſtinus Cencelli* Sacerdos ejuſdem Ordinis d. an. 1769. In quo Compendio hiſtorico *lib.* 4. *cap. ult. pag.* 253., memorantur litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis, incip. *Ad ſupremum Apoſtolatus Miniſterium An.* 1., eodemque tempore indicatur, quod hujuſmodi Breve datum fuit *ſub die* 4. *Junii*, ob memoriam Pontificiæ Coronationis, & Tranſitus laud. *Franciſci Caraccioli*: quamvis Summus Pontifex die 13. Junii poſt Audientiam de more habitam precibus annuerit pro Beatificatione, ibi = *Die* 13. *Junii* 1769. *Ex Audientia SSmi &c. Sanctiſſimus uti Cauſæ Ponens, attentis peculiaribus circumſtantiis, in cauſa, de qua agitur, & ex ſpeciali gratia benigne annuit precibus, adeoque expediri juſſit conſuetas Litteras Apoſtolicas in forma Brevis ſub die 4. Junii pro ſolemni Ven. Servi Dei Beatificatione celebranda in Feſto Sanctiſſimi Nominis B. Mariæ Virginis ſervata forma* &c. *quibuſcumque in contrarium non obſtantibus &c.* (a)

Olim ſolebant Servorum, & Ancillarum Dei Beatificationes, Beatorumque Canonizationes fieri in dicta Baſilica Vaticana Sanctorum Apoſtolorum Petri, atque Pauli, vel etiam in Baſilica Lateranenſi aliarum totius Orbis, & Urbis Eccleſiarum Matre, atque Capite. Sic regnante Summo Pontifice *Benedicto XIII.* facta fuit Canonizatio *Beati Johannis Nepomuceni* in hac poſtremo recenſita Eccleſia, tum Beatificatio Venerabilis Servi Dei *Fidelis a Sigmaringa*. Sic D. Petri Cathedram occupante *Clemente XII.* prodierunt Canonizationes Beatorum *Vincentii de Paulis*, & *Johannis Franciſci Regis*, ac Beatarum *Catherinæ Fieſchi* Adorni, & *Julianæ Falconeriæ*, nec non Beatificatio Venerabilis Servi Dei *Joſephi à Leoneſſa*.

Verum

(a) Die 8. Junii labentis anni 1772., fuit a laud. *Clemente XIV.* P. M. Beatorum faſtis quoque adſcriptus Ven. *Paulus Burali* Aretinus, Clericus Regularis, Archiepiſcopus Neapolitanus, S.R.E. Cardinalis, Tit. S. Pudentianæ.

Verum *Benedictus XIV.* mandavit, ut dictæ Beatificationes,
49 & Canonizationes fieri in poſterum debeant in Baſilica tantum Vaticana, reprobata quacumque in contrarium conſuetudine, itaut illæ, quæ factæ proponuntur in cit. Baſilica Lateranenſi, perinde habendæ in hac re ſint, ac ſi factæ minime fuerint. Quemadmodum legere eſt in ſua Conſtitutione incip. *ad Sepulchra tom.* 1. *ſui Bull. pag.* 93., *& in Bullar. Vaticano tom.* 3. *a pag.* 310., *dat.* 23. *Novembris* 1741. *Pontificatus ſui anno ſecundo*. Ac videri quoque poſſunt ea, quæ habentur apud laudatum eruditiſſimum Pontificem in ſuo aureo Opere *de Servorum Dei Beatific.*, *& Beatorum Canoniz. lib.* 1. *cap.* 24., *& cap.* 36. §. 2. *pag.* 301. In qua Conſtitut. confirmat Prædeceſſoris ſui *Alexandri VII.* decretum circa hujuſmodi rem editum, ut melius infra videre eſt in ſequentibus verbis a me fideliter exhibitis =

„ ... Ne commendabili, & antiquæ conſuetudini, & prædictæ Vaticanæ Baſilicæ prærogativæ hujuſmodi ex Beati Johannis Nepomuceni Canonizatione, ac Venerabilis Servi Dei Fidelis a Sigmaringa Beatificatione a Benedicto, nec non ex Beatorum Vincentii de Paulis, & Johannis Franciſci Regis, ac Beatarum Catherinæ Fieſchi Adorni, & Julianæ Falconeriæ Canonizatione, & Venerabilis Servi Dei Joſephi a Leoneſſa Beatificatione a Clemente Prædeceſſoribus prædictis in Eccleſia Lateranenſi celebratis præjudicium aliquod afferatur, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione veterem conſuetudinem, ac venerandum Prædeceſſorum noſtrorum Inſtitutum, decretumque Alexandri Prædeceſſoris prædicti, ac integrum ejus tenorem Apoſtolica auctoritate approbantes, confirmantes, & innovantes, ac illis quodcumque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicentes Motu proprio, ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, præcipimus, & conſtituimus, ut in poſterum, & perpetuis inde futuris temporibus omnes, & ſingulæ Venerabilium Servorum, & Ancillarum Dei Beatificationes, & Beatorum Canonizationes in Urbe noſtra prædicta pro tempore celebrandæ, non in aliis, quam in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta privative quoad reliquas Baſilicas, Eccleſiaſque ejuſdem Urbis celebrari omnino debeant: utque Canonizationes, & Beatificationes in Eccleſia Lateranenſi a Benedicto, & Clemente Prædeceſſoribus prædictis, ut præfertur, peractæ, nullo unquam tempore, perinde ac ſi in ea celebratæ non fuiſſent, præjudicium aliquod antiquo inſtituto, & Vaticanæ Baſilicæ prærogativæ adferre valeant.

Debent Sanctorum Reliquiæ, ex conſuetudine tamen potius, quam

quam de jure, ab Epiſcopo conſecratore includi, prout videri
poteſt Pontificale Romanum apud *Catalanum tom.2. tit.3.* §.8. *cum* 50
quatuor ſequentibus, *& in tit.*4. §.1. *& duobus ſeqq.*, *Ferraris in*
*ſua Bibliotheca Canonica &c. tom.*1. *verbo Altare num.*17. Iſtæque
Reliquiæ includendæ debent eſſe ſaltem duorum Sanctorum:quem- 51
admodum notat *Catalan.*, & ex d.Pont.Rom.arguitur.Dummodo
tamen Sancti, quorum Reliquiæ includuntur,ſint ab Eccleſia appro-
bati, *ex Ferraris ſub d. n.*17., & ex ſupra jam demonſtratis.

Si haberi poſſunt Reliquiæ Sanctorum Martyrum laudabile
eſt, ſi iſtæ ab Epiſcopo Conſecratore præferantur, ob rationem ab 52
Apochalipſi petitam *cap.*6. in illis verbis = *Et cum aperuiſſet ſigillum*
quintum, *vidi ſubtus Altare animas interfectorum propter Verbum*
Dei = De quorum tamen verborum explanatione vide Ven. *Bel-*
*larm. tom.*2. *controv. de Sanctor. Beat. lib.*1. *cap.*3. §. *Tres ſunt ca-*
tholicæ expoſitiones uſque ad *finem cap.* in reſponſione *Ad quartum*.
Tum etiam, quia Altaria erecta præſertim ſunt ob memoriam
Sepulchrorum Sanctorum Martyrum. Nam, ut alibi diximus,
olim ubi reperiebatur ſepultus aliquis Martyr, illic & Altare eri-
gebatur, *Card. Baron. an.*57. *ſub n.*104. *verſ.Et hoc quidem*, *&*
*Card. Bellarmin. d. tom.*2. *controv. lib.*2. *de Reliquiis Sanctor.cap.*2.
verſ. Ex Affrica. Si tamen haberi nequeunt, poſſunt adhiberi Re- 53
liquiæ Sanctorum Confeſſorum, ſeu qui Martyrii corona donati
minime fuerunt, juxta vigentem hodiernam Eccleſiæ conſuetu-
dinem, ſicut etiam notant inter cæteros Doctores *Ricciul. lucubr.*
*Eccleſ. lib.*1. *cap.*40. *n.*11. *in fine*, *Ventrigl. in praxi par.*2.*annot.*20.
§. *un. num.*40.

Deficientibus Reliquiis poterat antiquitus includi pars SS͞mi
Corporis Chriſti in Altaris Conſecratione; Quo referri poteſt 54
*Gloſſa in Can. Placuit de conſecrat. diſtinct.*1. *verbo Reliquiæ*, ac
*Durand. in Ration. Divin. Offic. cap.*7. *n.*22. Quod etiam tradit
M.S. Pontificale Vaticanum d. Galliel. Durand. ibi = *Deficientibus*
Reliquiis ponat Corpus Chriſti =

Talis autem praxis, tanquam omnino indecens, fuit ex Con-
ciliorum præſcripto ſublata, ut in Concilio Cartaginenſi III. 55
Can. 6., Hipponenſi Can,5., Trullano *Can.* 83., Antiſſiodorenſi
*Can.*12., atque alibi. In quo conveniunt Doctores, ac præcipue
*Amoſtaz. de cauſis piis lib.*5. *cap.*8. *num.*14. *& ſeq.*, *Ferraris d. Bi-*
*bliotheca Canonica &c.tom.*1. *verbo Altare num.*18. Eſſet enim gra-
viſſima injuria exponere Sacratiſſimam Euchariſtiam ad certam
corruptionem, quemadmodum obſervat *Hennaus ſect.*2. *num.*19.
*diſp.*24. *de Sacrif. Miſſæ*, *Paſqualig. qu.*67., aliique relati *ab*
*Amoſtaz. loco cit. n.*28. *in fine*. Parique modo non leviter repugnat
hujuſmodi incluſio Inſtitutioni tanti Sacramenti a Chriſto Domino

peractæ ad cibandas animas, atque in gratia alendas, juxta doctrinam, & animadverſionem *d. Amoſtaz. cit. n.25.*

Hæc ſingula mirifice congruunt cum iis, quæ leguntur in *Conſtitutionibus Synodalibus Eccleſiæ Tuſculanæ*, ſeu in *Synodo Tuſculana* celebrata anno 1763. diebus 8. 9. 10. 11. Septembris a Celſitudine Regia Eminentiſſima *Henrici* Ducis Eboracenſis, Epiſcopi Tuſculani, S. R. E. Vicecancellarii Cardinalis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Archipresbyteri, Eccleſiæque Sancti Laurentii in Damaſo Commendatarii: ut videre eſt in *cap.3. art.5. part.3. n.13.* ubi ſic legitur.

„ Per plura ſæcula hic viguit in Eccleſia mos, ut in Altaris „ conſecratione, atque in Templorum dedicatione, vel una cum „ Sanctorum Reliquiis, vel earum loco, ſi eæ deeſſent, in Altari, „ quod conſecrabatur, Sacra Euchariſtia reconderetur, uti fuſe, „ eruditeque probat Martene, antiquiſſimis monumentis, vetuſtiſſimiſque *Pontificalibus* in medium productis. Verum cum „ hæc conſuetudo Romanorum Pontificum, ac præſertim Innocentii IV. juſſu in examen vocata, ac a Theologis, & Canoniſtis mature perpenſa fuiſſet, eadem neque tam excelſæ inſtitutioni congruere, neque Divinam Chriſti Corporis majeſtatem decere viſa eſt. Quamobrem unanimi omnium Catholicorum „ conſenſione jam a pluribus ſeculis abrogata penitus eſt, neque „ canonicam effugeret animadverſionem, ſi quis eam inſtaurare „ conaretur. Et merito. Nam, ut ait Innocentius IV., indecens omnino, ac minime probandum, ut Eccleſiaſticus Panis in Altari omnino claudatur: Non enim conſecratur, ut lateat, ſed ut tanquam ſpiritualis cibus rite, ſancteque ſuſcipientibus ſubminiſtretur.

Neque etiam in Reliquiarum defectum includi poterit Corporalis fruſtulum, quidquid afferat *Amoſtaz. loco ſupra citato num.16.,*
56 aliique ab eodem relati. Verum enim vero Corporale non eſt Reliquia, tametſi reverentia ob illum, cui inſervit, uſum, illi a fidelibus debeatur, ut optime *Diana parte 11. tract.6. reſol.25.*, atque *Hennaus d. ſect.2. num.20.*

Præter Reliquias in Altaris per Epiſcopum conſecrandi Sepulchro, tria grana thuris includi ſolent, una cum cartula diei, menſis, & anni, nominis ipſius Conſecratoris, ac Sanctorum, quorum Reliquiæ ſunt, Sancti, vel Sanctorum, in quorum hono-
57 rem Altare dedicatur, ut in Pontificali Romano apud *Catalan. dicto tom.2. tit.3.*, & notant *Durand. in ration. Divin. Offic. lib.1. cap.9. n.19.*, *Pax Jord. lib.5. tit.10. n.28.* ac *d. Catalan. tit.2. §.3. &* §.4. *n.24.* Si tamen hæc omittantur, non eſſet invalida conſecratio; cum iſta tantum de præcepti neceſſitate apponi ſoleant, nulloque cano-

canone id cautum habeatur, neque a Doctoribus tradatur ita eſſe abſolute peragendum: ut obſervat *Pax Jord. loco cit. n.28.*

Circa tempus, quo peragi debet Altaris conſecratio, nil in jure cautum legitur, adeoque in Epiſcopi arbitrio poſitum erit hoc ſacrum peragere miniſterium, quotieſcumque melius expedi- 58
re ei videbitur, feriato, vel feſtivo tempore; Decentius tamen erit, ſi illud die feſtivo executioni demandaverit, juxta Pontificale Roman. apud *P. Catalan. d. tit.3. §.1.* ubi ita legitur: *Altaris conſecratio quamvis omni die de jure fieri poſſit, decentius tamen in Dominicis diebus, vel in Sanctorum ſolemnitatibus fit.*

Peracto conſecrationis Altaris miniſterio, indulgentia unius anni a Conſecratore conceditur ſingulis Chriſti fidelibus, qui eo ipſo conſecrationis die Altare conſecratum viſitaverint, & indul- 59
gentia quadraginta dierum illud anniverſario die viſitantibus. *Cap. Cum ex eo §. Ad hæc de pœnit., Henrig. de indulg. cap.31.§.1., Pax Jord. loco cit. n.58., Catalan. d. tit.3. §.2. n.3.* Sed ne Cardinalis quidem Conſecrator poteſt hunc numerum excedere, niſi ſpecialis Summi Pontificis auctoritas interceſſerit, ut optime notat *Catalan. d. §.2. n.5.*, ubi exemplum habetur conſecrationis Altaris exiſtentis in inſigni Baſilica SS.Laurentii, & Damaſi de Urbe, Deo uni, & trino, & Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento dicati, ſolemni ritu, talique largitione peractæ, ſic *Clemente XII.* permittente, *die Auguſti* 1736. a Cardinali Otthobono, tunc d. Baſilicæ perpetuo Commendatario, qui dictum Altare propriis ſumptibus e fundamentis erexerat, ut legere quoque eſt in tabula marmorea prope Altare exiſtente, cujus tenorem a me fideli manu tranſcriptum vobis ita exhibeo:

DEO UNI, ET TRINO
ET SANCTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO
PETR. EPISC. PORTUEN. CARD. OTTHOBONUS
S. R. E. VICECANCELLARIUS
ET HUJUS BASILICÆ PERPETUUS COMMENDATARIUS
HOC ALTARE PROPRIIS SUMPTIBUS A FUNDAMENTIS ERECTUM
NON. AUG. AN. DOM. MDCCXXXVI.
SOLEMNI RITU DEDICAVIT
IPSAQUE DIE ET ANNIVERSARIA IDEM INVISENTIBUS
PLENARIAM PECCATORUM INDULGENTIAM
EX INDULTO APOSTOLICO ACQUIRENDAM CONCESSIT.

In memoriam autem ſacri ab Epiſcopo peracti miniſterii, tum in conſecrati Altaris reverentiam, ac in Epiſcopalis dignitatis ho-

Digitized by Google

norem, atque obſequium, non poteſt ſimplex Sacerdos eodem conſecrationis die celebrare ſuper illud Altare, ubi Epiſcopus occa-
60 ſione conſecrationis celebravit; niſi ejus intercedente licentia, ad textum *in Can. ultimo de conſecr. diſt.2.*, ac Doctores, inter quos *Hallier.de Sacris Ordin. part.2. ſect.5. cap.3. art.9.* §.1., ac ſignanter *Bened. XIV.* Conſtit.63. incip. *In poſtremo* §.9. *tom.3. ſui Bullarii*. Quod ſi Summus Pontifex Altare conſecravit, atque in eo celebraverit, dempta eſt cuicumque Sacerdoti, vel Prælato etiam Epiſcopali, aut Cardinalitia dignitate inſignito, facultas ſuper eo celebrandi, non eo tantum die, ſed quocumque tempore, cum iſtius uſus ſolo Pontifici ſit reſervatus, unde neceſſaria erit illius expreſſa declaratio, ac deſignatio perſonarum, quæ ſuper illo valeant Sacrificium Miſſæ peragere juxta *Conſtit.*116. Benedicti XIV. §.1., *tom.1. ſui Bullarii*.

Sic *Sixtus V.* cum Beatum Didacum in Sanctorum album retulit, ad Philippum II. Hiſpaniarum dono miſit Altaris menſam a ſe conſecratam, & ſuper qua ea occaſione ſacrificium Miſſæ obtulerat, perſonis interim deſignatis, quibus indulgebat, ut ad idem Altare Miſſam celebrarent, ut eruitur ex cit. *Conſtit.* 116. §.1., *& ex Conſt.63. §.9. verſ. Neque id tantum*. Idque, ut alia omittamus vetuſtiora exempla, ex eodem *Benedicti XIV.* exemplo confirmatur, qui Altaris lapidem a ſe conſecratum in Eccleſia S. Antonii Luſitaniæ Nationis, variiſque decoratum privilegiis, Liſbonam miſit ad *Franciſcum V.* Luſitaniæ Regem, una cum celebri Altari juſſu ejuſdem Regis, ea occaſione extructo Romæ, deinde Liſbonæ in Eccleſia S. Rocchi collocato, erectoque. Data enim fuit, ut videre eſt *in citatis Conſtitutionibus, &* §§., cuilibet Sacerdoti ſuper eo celebrandi facultas, privilegiatum fuit declaratum, ac Regi Luſitaniæ pro tempore, tum Reginæ, cæteriſque eorum conſanguineis, & affinibus uſque ad tertium gradum conceſſa indulgentia plenaria, & omnium delictorum remiſſio, quoties pœnitentiæ Sacramento expiati, & ſacra Synaxi refecti, ante ipſum Altare preces ad Deum effunderent.

Quæ ſuperius diximus diligentiſſime obſervantur in Altaribus Pontificiis trium præſertim Baſilicarum Romanæ Urbis Patriarchalium, ſuper quibus nemo etſi Cardinalis, celebrare poteſt, niſi
61 prævia Pontificis licentia, per Apoſtolicas Literas expedienda, ut Doctores notant; inter quos *Chriſtoph. Marcell. in lib. Sacrarum Cæremoniarum lib.3. ſect.1. cap.11. Domin. Giorgius in ſua liturgia Rom. Pontif. tom.2. diſput.1. cap.1. num.4.*, *ac Bened. XIV. cit. Conſtit.*116. §.1., *& cit. Conſtit.* 63. §.9.*poſt medium*: qui Summus Pontifex poſtquam Altare majus Baſilicæ S. M. Majoris e fundamento denuo excitatum, longeque in nobiliorem formam redactum,

ctum, conſecravit, illud Papale declaravit, & ſuo, ſuorumque Succeſſorum uſui unice reſervavit, ut legi poteſt in *Conſtit.* 34. incipiente *Magnitudo tuæ devotionis*, *&* *in* §.3., *&* 4. *ſuæ allocutionis* factæ ante dictam conſecrationem in Baſilica Liberiana, incipientis. *Poſtquam*, & impreſſæ *in tom.3. ſui Bull. in appendice num.*111. *a pag.*541. *ad* 544.

Hinc, ut ſuæ affectionis erga Cardinalem Gentili ſpecimen præberet, laudatus Pontifex eidem indulſit, ut eodem die, quo ipſe dictum Altare majus conſecraverat, atque ſuper eo celebraverat, nempe in feſto S. Hieronymi Confeſſoris, Doctoriſque Eccleſiæ, ſacrificium Miſſæ peragere poſſet: quemadmodum legitur in ſuo Indulto, ſeu *Conſtitutione* 34. *circa finem*, = ibi *Fraternitati Tuæ pro hac vice dumtaxat, qua die Miſſam ibidem etiam in præſentia noſtra celebrandi, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis . . . nequaquam obſtantibus, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, de gratia ſpeciali licentiam concedimus, & indulgemus* = Laudatam *Benedicti XIV.* P.O.M. *Allocutionem* impreſſam diximus reperiri in *tom.*3. *ſui Bull. in Appendice num.*111. *a pag.*541. *ad* 544. Quoniam vero in ea occurrunt plura notatu digniſſima, ſic nobis liceat eam, quemadmodum jacet, fideliter referre, ſequentis tenoris:

ALLOCUTIO

Habita in Baſilica S. Mariæ Majoris Pridie Kalendas Octobris Anno Jubilæi MDCCL. in Feſto S. Hieronymi Confeſſoris, & Eccleſiæ Doctoris, ante Conſecrationem Altaris Pontificii ejuſdem Baſilicæ.

VENERABILES FRATRES:

Poſtquam, Deo adjuvante, ea omnia complevimus, quæ ad interni, externumque hujus Baſilicæ cultum, quem oculis cernitis, exequenda eſſe conſtitueramus, propoſitum Nobis erat ejuſdem Baſilicæ Dedicationem, ſive ſolemnem conſecrationem peragere; non ideo ſane, quod Nobis unquam in mentem venerit, hanc . qualiſcumque operæ vel ſumptus fuerit, reſtaurationem, pro vera ipſius Baſilicæ reædificatione accipiendam eſſe, qua quidem peracta, novam Eccleſiæ conſecrationem fieri Sacri Canones habent: (*a*) neque enim antiqui parietes loco moti, aut dejecti fuerunt; ſed quia ex rerum geſtarum monumentis, quæ 62

(a) *In noſtris Inſtitution. Eccleſiaſt. latine editis* 1757. *Inſtit.*67.

quæ ferebantur, nullum, quod certum prioris conſecrationis fidem faceret, invenire potueramus.

§.2. Ignota Nobis ſunt illa, quibus probari contenditur, Liberium Prædeceſſorem quondam noſtrum, qui hanc Baſilicam quarto Eccleſiæ ſæculo erexit, ipſius quoque Dedicationem peregiſſe: Sed quum eadem monumenta ſubinde narrent, (*a*) eundem Pontificem inſignes Reliquias, Præſepe, & Cunas Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ea occaſione hic collocaſſe, id ſatis eſſe poteſt, ut omnis auctoritas, & fides iis derogetur. Illud enim merito verius putatur, non niſi circa medium ſæculi ſeptimi venerandas illas Reliquias in hac Sacra Æde per Theodorum Pontificem fuiſſe recunditas. Verum, (*b*) ubi animum oculoſque convertimus ad ea, quæ Sanctus Sixtus Pontifex hujus nominis III., non integro poſt Liberium ſæculo, in hac Baſilica præſtitit, quæ nimirum tanta fuerunt, ut a pluribus Scriptoribus Eccleſiaſticis, ipſe totius Molis, quæ adhuc ſupereſt, unicus Auctor, & ædificator habeatur: Viſis deinde authenticis litteris alterius Prædeceſſoris Noſtri Gregorii Papæ IV., in quibus mentio fit de Baſilicæ conſecratione ab eodem Sixto III. peracta, (*c*) cum Indulgentiarum quoque indicatione, quas S. Pontifex ea occaſione conceſſit; quumque præterea nullam dubitandi cauſam haberemus, quin extantes nunc Eccleſiæ parietes iidem ſint, qui ſub Sixto erant, vel ejus cura excitati fuerunt, hujuſmodi conſecrationis faciendæ conſilium abjecimus: idque dumtaxat ſtatuimus, quod jam nunc fieri mandamus, ut quod prædictus Pontifex Gregorius IX. narrat de Ec-
63 cleſiæ conſecratione a Sancto Sixto III. peracta, marmoreæ tabulæ inſcriptum publico aſpectui proponatur, & intra Eccleſiæ ambitum de more apponanturCruces conſecrationis indices:quas quidem minime tunc oppoſitas fuiſſe credimus, cum Sanctus Sixtus eam conſecravit: quamvis enim ritus conſecrandi Eccleſias ex inſtitutis veteris Teſtamenti in Chriſtiana Sacra translatus, ipſis prioribus Eccleſiæ ſæculis, & maxime poſt redditam a Conſtantino Eccleſiæ pacem, procul dubio in uſu fuerit, non tamen conſtat, quo potiſſimum tempore hujuſmodi Cruces figendi mos inoleverit. (*d*) Denique, ut in poſterum ab hujus Baſilicæ Clero officium Dedicationis Eccleſiæ, juxta aliarum Eccleſiarum conſuetudinem, quotannis certa die celebretur, volumus, & indulgemus.

(a) *Apud Severan. de 7. Eccleſiis Urbis par.1. pag.712., & apud Florentin. in notis ad Martyrolog. S.Hieronymi pag. 746. edit. Lucen.*

(b) *In noſtro Opere de Canon. Sanct. lib.4. part. 2. cap. 30. n.13., & in alio noſtro Opere de feſto D. N. J. C., & Beatæ Virginis, & ſignanter de dedicatione Eccleſ.S.M. ad Nives die 5.Auguſt. part.2. §.82. edit. Patav. an.1745. In cit. noſtro Opere de feſtis eod.loco.*

(c) *In Archivio Capituli.*

(d) *Euſeb. in hiſtor. Eccleſ. lib.10. cap.3.*

mus. Noſtram vero operam unice redigendam cenſuimus ad conſecrationem Aræ maximæ, quam, veteri ſublata utpote præſenti ſtructuræ totius Baſilicæ minime reſpondente, auguſtiore hac forma ædificari curavimus.

§.3. Sacer itaque ritus, cui operam daturi ſumus, is eſt, qui in Pontificali Romano appellatur *Altaris conſecratio, quæ fit ſine Eccleſiæ dedicatione*. Altare autem, quod conſecraturi ſumus, Pontificium Altare eo ipſo fore decernimus, non ſecus ac illud 64
erat, quod hinc ſublatum fuit, aliarumquè Patriarchalium hujus Almæ Urbis Baſilicarum Altaria maxima eſſe dignoſcuntur, ita ut nemini, præter Romanum Pontificem, in eo liceat Miſſarum Sacrificia celebrare, niſi cui ſpeciale Indultum per litteras Apoſtolicas ad id concedatur.

§.4. Et quoniam Altare vetus, ut accepimus, (a) dedicatum, & ſanctificatum fuerat in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, in cujus etiam honorem tota hæc Ædes Omnipotenti Deo dicata dici poteſt, unde Baſilica nunc *Sanctæ Mariæ Majoris*, nunc *Sanctæ Mariæ ad Nives* appellari ſemper conſuevit, (b) Nos etiam novum hoc Altare in honorem ejuſdem glorioſæ Virginis Dei Genitricis, Cœlorumque Reginæ dedicamus. Ad Te igitur demiſſo mentis obſequio, plenaque fiducia converſi, Virgo Beatiſſima, opem tuam ſupplices imploramus, ac deditiſſimi Tibi Bernardi Confeſſoris verbis, (c) ita Te precamur: *Nos omnes tuo Filio commenda, tuo Filio repræſenta: & fac, o Benedicta, per gratiam, quam inveniſti, per prærogativam, quam meruiſti, per miſericordiam, quam peperiſti, ut qui, Te mediante, dignatus eſt fieri particeps infirmitatis, & miſeriæ noſtræ, Te quoque intercedente, participes nos omnes efficiat gloriæ, & beatitudinis ſuæ*. Magnus Prædeceſſor noſter Innocentius III., cujus multa in Apoſtolici regiminis adminiſtratione præclare geſta, ac ſingularum in ſacris diſciplinis peritiam, Eccleſiaſtica monumenta teſtantur, in tui honorem, Virgo glorioſiſſima, Monaſterium ædificavit; cum vero in exitu vitæ, atque in extremi certaminis diſcrimine, in- 65
gentibus trepidantis conſcientiæ fluctibus premeretur, auxilio tuo, & interceſſione, ut memoriæ proditum eſt, (d) ab imminenti naufragio liberari, & portum ſalutis feliciter tenere promeruit. Ecce appropinquat dierum noſtrorum terminus, noſque egregio memorato Pontifici meritis, ac virtutibus impares, graviora fortaſſe monent ſubeunda pericula. Ut itaque illi in ſupremo agone labo-

(a) *Marcell. Sacrar. Cæremoniar. lib.3. cap,11.*

(b) *In cit. noſtro Opuſc. de Feſtis par.2. ad diem 5. Aug. §.80. & ſeq.*

(c) *Serm.2. in Adventu Domini.*

(d) *In cit. Opere de Canoniz. Sanct. lib.4. part.1. cap.13. n.9.*

laboranti præſens patrocinii tui præſidium, ob Monaſterii in tuum honorem extructi meritum, attuliſti; ita nobis, quæſumus, in illa tremenda lucta conflictantibus, pari pietate ſuccurre, atque hæc, quæ in honorem tuum, & ad augendum hujus Sacroſanctæ Baſilicæ, quæ tuis auſpiciis, tuoque auguſto nomine celebratur, ſplendorem, & cultum conferre ſtuduimus, benigne reſpiciens, interventionis tuæ ſuffragio, Virgo Beatiſſima, nos ab inſidiantis hoſtis furore defendere, & uſque ad beatum Filii tui, Dei noſtri, conſpectum perducere digneris.

§.5. Reliquum eſt, ut noſmetipſos, atque hujus Baſilicæ Clerum, cunctoſque fideles in ea nunc congregatos, quive ad eamdem devote viſitandam accedent, veſtris commendemus orationibus, glorioſi Sancti cum Chriſto regnantes, quorum Reliquias in hoc Altari recondimus, ſeu quorum Corpora, & Reliquiæ in hac Baſilica aſſervantur. Inter hos utique Te veneramur, magnæ Eccleſiæ Doctor, Beate Hieronyme, cui, poſt electam oſſium tuorum requiem in antro Bethlemitico Salvatoris noſtri incunabilis conſecrato, non ſine cœleſti prodigio contigit, ut eadem deinde ad hanc Baſilicam, ipſius Salvatoris noſtri Præſepe, & Cunas amplectentem, transferrentur. Conſtat ſane, id factum eſſe ſub finem ſæculi duodecimi, (*a*) quùm Saladinus Saracenorum Rex Hieroſolymis potitus fuit. Verum, quinam proprius in
66 hac Baſilica ſepulchri tui locus, nunc quidem a nobis ignoratur, vel ſaltem non ejuſmodi, qualia optaremus, argumenta nobis ſuppetunt, ut tuto ſtatuere poſſimus, tua eſſe, quæ nobis indicata ſunt oſſa. Te invocamus, Eccleſiæ Sanctæ lumen, hac occaſione, & hac die, quæ ſolemnis tui memoria per univerſam Eccleſiam religioſe colitur, ut nobis impetres ſupernæ lucis radium, quo offuſæ animis noſtris tenebræ diſſipentur. Sancti Leonis Magni Prædeceſſoris noſtri Corpus in Vaticana Baſilica ſepultum fuiſſe indubia teſtantur monumenta: ſed igno-
67 rabatur hujuſmodi ſepulturæ locus, (*b*) quam Sancti Sergii Pontificis precibus conceſſit Deus, ut venerabile Corpus mirabiliter inventum, publico fidelium cultui proponi poſſet. Novimus ſane, qualis Pontifex Sergius fuerit. Novimus, quæ ſit meritorum noſtrorum inopia: nec ullo modo audemus parvitatem noſtram cum illius ſanctitate vitæ, ac virtutum ſplendore comparare. At ſi ullum eſt, ad impetrandum quod cupimus, devoti obſequii, piæque venerationis pretium, nos cèrte, devotionis erga te, ac pietatis affectu, nemini conceſſuros eſſe auden-

(a) *Card. Baron. in notis ad Martyrol. Rom. ad diem 9. Maii.*

(b) *Apud vulgat. Anaſtaſ. de vitis Roman. Pontif. in vita Sergii I. tom.4. Roman. edit. anno 1735. pag.136.*

Digitized by Google

denter affirmabimus. Hujus non obſcurum argumentum per nos
datum eſſe putamus, quum tuam agendi rationem erga Sanctum
Pontificem Siricium Prædeceſſorem noſtrum, (*a*) quam aliqui in
deteriorem partem acceperant, noſtro ſtudio, ac labore, in pro-
pria luce collocare, & ab objectis vindicare curavimus. Nunc ve-
ro pretioſas mortalitatis Reliquias invenire magnopere cupimus,
ut eas publicæ venerationi exponamus; atque ita ſolemnes Duliæ
actus, impenſius erga te exerceantur ab omni ordine tam Cle-
ricorum, quam Laicorum hujus Romanæ Urbis: Quoniam ma-
jores Tu quidem olim acrioribus litterarum tuarum aculeis per-
ſtrinxiſti. Verum illorum ſucceſſores, quum ſatis agnoverint,
ea, quæ ſcripſiſti, a ferventiſſimo, quo flagrabas, Divinæ gloriæ
zelo unice proceſſiſſe, ſummo Te amoris, ac pietatis ſtudio pro-
ſequuntur, & colunt: Id cum ex eo apertiſſime comprobatur,
quod Apoſtolica hæc Sancta Sedes, eo Canonizationis genere,
quod primis Eccleſiæ temporibus in uſu erat, fulgentiſſimo San-
ctorum albo Te adſcripſit, quodque Te inſuper inter Sanctos Ec- 68
cleſiæ Doctores, una cum Beatis Gregorio, Ambroſio, & Augu-
ſtino, connumerari voluerunt, (*b*) tum vero majoribus obſequii
noſtri ſignificationibus comprobabitur, ſi nobis, Te intercedente,
datum erit, ſacrum tuum Corpus in hac Baſilica conditum reperi-
re, ac publico Eccleſiæ Romanæ cultu honorandum proponere.

De Altari Confeſſionis Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pau-
li, loquitur idem Summus Pontifex *Benedictus XIV. in cit. Con-
ſtitutione* 50. *Ad honorandam memoriam Beatiſſimi Apoſtolorum Prin-
cipis* §.16., ubi ſtatuit nemini licere ſuper hoc Altare præter Ro-
manum Pontificem Miſſæ Sacrificinm conficere, aut alterum, qui 69
munitus proponatur prævia Pontificis licentia per litteras Apoſto-
licas ſingulis vicibus expedienda. Ad hoc Altare efficiuntur Sum-
morum Pontificum juxta vetuſtiſſimum Romanæ Eccleſiæ ritum,
conſecrationes, & ordinationes, tum etiam eorumdem corona- 70
tiones, dum ſacro Pallio e Corpore D. Petri deſumpto decoran-
tur, & tanquam Apoſtolicæ ipſius poteſtatis Succeſſores publica
omnium adoratione coluntur, ut ipſemet *Benedictus XIV.* teſta-
tur, ac notat *in cit.* §.16. Reliqua vero d. Baſilicæ, tum etiam alia-
rum Eccleſiarum ad hanc pertinentium Altaria poſſunt ſacro chri-
ſmate dedicari, atque inungi vel ab Eminentiſſimo pro tempore
Archipresbytero, vel ab ejus Vicario Epiſcopo, aliove Antiſtite 71
de mandato tamen, & delegatione ejuſdem Cardinalis Archipreſ-
byteri, juxta *cit. Benedictinam Conſtitutionem* 59. §.8.

(a) *In noſtris litteris Apoſtolicis de nova Martyrol. Romani edit. eidem Martyrologio præfixis num.* 60. *& plur. ſeqq.*

(b) *Cap. Glorioſus de Relig. & venerat. Sanctorum in* 6.

Ut Altare dicatur conſecratum, vera requiritur per Eccle-
72 ſiam præſcripta conſecratio: hinc ſufficiens minime erit Miſſæ celebratio ſuper eo facta, vel a ſimplici Sacerdote, vel ab alio quocumque; quemadmodum optime ſentiunt Doctores, apud *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 5. *cap.* 8: *n.* 31., rejectis Doctoribus aliter ſentientibus, eorumque in medium productis rationibus, ut videre eſt in *n.* 30. 33., ac conſtat ex *Innocentio III. lib.* 1. *epiſt.* 357., cujus verba dat *Paſqualigus de Sacrif. Miſſæ qu.* 683. *n.* 4. Enim vero conſecratio Altaris continet certam, ac peculiarem formam, & ſolemnitatem ab Eccleſia præſcriptam, qua non obſervata nulliter proceditur, obſervante *Amoſtaz. d. n.* 31. Neque per æquipollens ſanctificatur, & deputatur Altare ad uſum Sacrificii, teſte *Paſqualigio d. qu.* 683. *a n.* 6.

Equidem, quando Lex formam eſſentialem, & ſubſtantialem
73 præſcribit, acta in contrarium fiunt irrita, ac nulla, neque per æquipollens ſuppleri poſſunt, ad *L. Non dubium cod. de legib.*, *L. Si pupillos* §. *Si Prætor ff. de rebus eorum*, *Farinacc. in fragment. crimin. litt. L. n.* 170., *Conſtantin. vot.* 131. *n.* 14. *& ſeq. tom.* 2., atque Rotale Auditorium *in Romana*, *ſeu Fanen. dotis* 10. *Decemb.* 1756. §. 8. *cor. Olivatio* (impreſſa anno 1758., & habetur in indice *ſub num.* 319.) adeoque, etiamſi Miſſæ Sacrificium locum Altaris ſanctificet, illique maximam procreet reverentiam, attamen non erit Altare ita ſanctificatum, ut in eo poſſit Miſſa celebrari, utpote quo minime conſecrato. Addatur, quod Eccleſia præſcribens certam formam conſecrandi Altaria, implicite excludit alium modum conſecrandi per æquipollens, arg. *Cap. Nonne* 5, *de præſumpt.*, *Amoſtaz. d. lib.* 5. *cap.* 8. *ſub num.* 14.

Semel ac Altare fuit conſecratum, non poteſt amplius con-
74 ſecrari, eodem modo, quo in *anteriori titulo n.* 79. dictum fuit de Eccleſia, atque Doctores communiter tradunt, ſed præſertim *Fuſc. de viſit. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 3., *Ventrigl. in praxi par.* 2. *annot.* 20. §. *un. n.* 24. Exemplum nobis ſuppeditat *Baron. ad an.* 900. *n. penul.*, ubi narrat, quod tempore Adelphonſi Magni, illi Epiſcopi, qui Altaria Compoſtellanæ Eccleſiæ copſecraverant, auſi minime ſunt tangere, ſeu ſacro chriſmate inungere, Altare majus, in quo Reliquiæ Sancti Jacobi continebantur, propterea quia jam conſecratum antiquitus fuiſſe putarunt. *Urbanus* quoque *VIII.*, qui Baſilicam Vaticanam SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli dedicavit, ut *in anteced. tit. ſub n.* 117. demonſtravimus, a conſecratione Altaris majoris ſe penitus abſtinuit, quia illud a Prædeceſſore ſuo *Clemente VIII.* jam fuerat conſecratum: quemadmodum habetur in *Alalconis Diario*, & in *turnario Libro* ejuſdem Baſilicæ Vaticanæ,

næ, tum apud *Benedictum XIV.* in pluries cit. Conſtit. *Ex tuis precibus*, ſeu *epiſt.* 1. *ad P. Engelbertum* §.8. *in fine*.

Hæc tamen regula ſuis quoque ſubjecta eſt exceptionibus, quæ, ut ſupra diximus *in anteced. tit. a n.*81. de Eccleſiæ conſecratione, ad quatuor reduci ſolent. Prima enim exceptio eſt, quando conſecratio Altaris facta fuit abſque debita forma, & materia præſcripta ab Eccleſia: quo in caſu perinde eſt, ac ſi facta 75
non fuiſſet, juxta illud juris principium, quo edocemur, idem eſſe aliquid non fieri, ac fieri quidem, ſed non rite, recteque, per text. expreſs. *in l.*2. *ubi gloſſa* 1. *ff. Ne quis cum eo*, ac docet *Pax Jordan. elucubr. lib.*5. *tit.*9. *ſub n.*63. *verſ. Paria tom.*1. Secunda tunc locum habet, quando conſecratio fuit peracta ab eo, qui legitima præditus non erat facultate, ac juriſdictione: puta ſi 76
a ſimplici, vel alio Sacerdote, non autem ab Epiſcopo, ex *Cap. Quamvis* 4. *diſt.*68., *Cap. Quid in dubiis de conſecr. Eccl. vel Altar.*, *Can. Miniſtrare cau.*26. *qu.*6., ibi = *Conſecrare altare Presbyter non præſumat* = ac inter reliquos Doctores *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.*2. *cap.*7. *n.*13. Ne refragatur *Can. altaria* 32. *de conſecr. diſt.*1. deſumptus a Gratiano ex Concilio Agathenſi, ubi dicitur, ſacranda eſſe Altaria ſacerdotali benedictione. ibi = *Altaria placuit non ſolum unctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari*. Nomine enim ſacerdotalis benedictionis intelligitur illa Epiſco- 77
palis: quia Epiſcopus antonomaſtice Sacerdos dicitur: & ſic Doctores dicta verba interpretantur, ac ſignanter *Paſqualig. ut ſupra qu.*678.

Tertia exceptio eo in caſu contingit, quo de Altaris conſecratione merito dubitatur. Tunc enim ulla abſque hæſitatione ab- 78
ſolute conſecrari poteſt, quemadmodum declaravit Concilium Romanum Lateranenſe ſub *Benedicto XIII. anno* 1725. *in tit.*15. *cap.*3., confirmat. a *Benedicto XIV.* in Conſtit.57. incip. *Jam inde* §.1. 4. *&* 5. *tom.*4. *ſui Bull.*, ut alibi jam diximus, videlicet *in anteriori titulo num.*89. *de conſecr. Eccleſ. Parochial.* Probatur autem Altaris conſecratio iiſdem ferme modis, quibus illam Eccle- 79
ſiarum probavimus in *cit. anteriori titulo a num.*93., de quibus probationibus abunde loquitur *Pax Jordan. elucubr. lib.*5. *tit.*10. *a n.*38. *ad* 41., qui in *n.*42. ait laudabile eſſe, ſi conſecrationis memoria in lapidea tabella incidatur; ut ſic publico quoque aſpe- 80
ctui proponatur dies, quo indulgentia a Chriſtifidelibus acquiri valeat pro anniverſario Dedicationis, ut ex Concil.4. Provinc. Mediol. admonet *Gavant. in Manual. V. Altare num.*8., juxtaque exemplum, cæteris omiſſis aliunde eruendis, quod ſupra tradidimus *ſub n.*59., ubi ſermo fit de Altari in Baſilica SS. Laurentii, & Damaſi de Urbe erecto, atque Deo uni, & trino, ſanctiſſimo-

que Sacramento Euchariſtiæ ſolemniter dedicato ab Emo *Otthobono* S. R. E. Vice-Cancellario, ejuſdemque Baſilicæ perpetuo Commendatario.

Solet quoque ad majorem rei geſtæ evidentiam, æternamque memoriam, in fronte Altaris, ſi lapideum, ac marmoreum ſit, notari nomen Conſecratoris, atque annus, & dies, quo Altare fuit conſecratum; quemadmodum exempla numero plurima id in Urbe hac Roma demonſtrant: ac præſertim illa a nobis poſita *ſub n.*33. *hujus tit.*

Hujuſce generis requiruntur Baſilicæ Vaticanæ Altaria, quemadmodum legere eſt in ſequenti Inſcriptione, quam excerpſi, omiſſis cæteris, ex Altari, ſuper quo celeberrima in forma erecta eſt, & collocata Cathedra D. Petri Apoſtolorum Principis.

IN HONOREM BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ, S. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORUM, ET OMNIUM ALIORUM SS. ROMANORUM PONTIFICUM, BENEDICTUS XIII. ORD. PRÆDIC. ALTARE HOC CONSECRAVIT DIE XXVIII. DECEMBRIS MDCCXXVI.

Præter ſuperius Altare alia viginti ejuſdem Baſilicæ Benedictus XIII. Pontifex Optimus Maximus ſolemni ritu dedicavit, ſicut eruitur ex ſequenti marmoreo monumento, quod in ingreſſu ſupra dexterum Aquæ luſtralis Vaſculum publico fidelium aſpectui ita proponitur.

BENEDICTUS XIII. P. M.
AD AUGENDAM REI DIVINÆ RELIGIONEM
ET ORNANDAM PRINCIPIS APOSTOLORUM MEMORIAM
EX ARIS HUJUS SACROSANCTÆ BASILICÆ
UNAM ET VIGINTI
SOLEMNI RITU DEDICAVIT.

Diximus laudabile eſſe ſi conſecrationis memoria in lapidea tabella, vel alio ſimili incidatur, ut Chriſtifidelibus appareat anniverſarius præſertim dies, quo Indulgentiæ conſecratum Altare devote viſitantibus impertiuntur. Hanc circa rem ſciendum, quod antiquis temporibus, ne dum anniverſarius dies dedicationis
81 Eccleſiæ, ſed Altaris etiam fieri conſueverat, teſte *Gavant. in rubr. Miſſ. part.*4. *tit.*7. *n.*12., ubi citat Sanctum Auguſtinum *in ſerm.*52. *&* 55. ita loquentem; *Conſecrationem Altaris hodie celebramus, & juſte, ac merito gaudentes celebramus feſtivitatem, in qua benedictus, vel unctus eſt lapis, in quo divina Sacrificia conſecrantur*. Hodie tamen non ſolet annuus pro conſecratione Alta-
82 ris dies feſtivus peragi, tum quia nullibi præſcribitur, ac permitti-

mittitur hujuſmodi Feſtum, tum quia in dedicatione ipſius Eccleſiæ comprehenditur, ad tradita a *Carolo Guyetto lib.1. de natura feſtor. cap.3. qu.12.*, relato, & ſecuto a *P. Catalano ad Pontificale Roman. tom.2. tit.2. §.78. n.9.*

Nec refragatur, quod ex Sacris litteris eruitur in *lib.1. Machab. cap.4.*, ubi conſtat, quod poſtquam Altare antea profanatum, e fundamentis denuo erectum fuerat, atque dedicatum, illius dedicationis feſtum per octo dies ſolemni pompa, magnaque populi lætitia peractum fuit, deindeque præſcriptum, ut hujuſmodi ſolemne feſtum cum octava ſingulis annis renovaretur, quemadmodum legitur in illis verbis = „ Ante matutinum ſurrexerunt „ quinta, & vigeſima die menſis noni (hic eſt menſis Casleu) „ centeſimi quadrageſimi octavi anni, & obtulerunt ſacrificium „ ſecundum legem ſuper Altare holocauſtorum novum, quod „ fecerunt.... Et fecerunt dedicationem Altaris diebus octo, & „ obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris, & „ laudis.... Et ſtatuit, Judas, & Fratres ejus, & univerſa Ec- „ cleſia Iſrael, ut agatur dies Dedicationis Altaris in tempo- „ ribus ſuis ab anno in annnm per dies octo, a quinta, & vigeſima „ die menſis Casleu, cum lætitia, & gaudio. „ Iſta enim, aliaque ſimilia, Cœremoniis inſervientia, ad caſum, quo de agimus, non niſi perperam protrahi poſſunt, nemine ignorante præcepta veteris legis cœremonialia, non ſecus, ac Judicialia, in nova, ſeu gratiæ lege poſt Chriſti Domini adventum penitus expiraviſſe, juxta unanimem Doctorum ſententiam.

Deficientibus itaque legitimis probationibus, ſequendum merito eſt dicti Romani Concilii Decretum *in tit.15. cap.3.*, & *Benedicti XIV.* Conſtitutio 57. §. 2. 4. & 5.: eo quod iſto in dubio con- 83
ſecratum minime præſumatur Altare, tametſi erectum in Eccleſia, ac Civitate inſigni proponatur, ut præ cæteris te-ent *Fuſch. de viſit. lib.1. cap.22. num.8.*, *& Ventrigl. d. num.20. §. nn. n.24.* Illa enim qua facti ſunt, cujuſmodi eſt conſecratio Eccleſiæ, vel Altaris, non in conjecturis, & præſumptionibus, ſed in probatio- 84
nibus undique concludentibus conſiſtunt, *ad cap. Cum in jure de Offic. deleg.*, *Leg. In bello §. Facta ff. de captiv.*, *& poſtlim. rever.*, *Honded. conſ.59. n.56.*, *& 57. lib.1.*, *ac Rota coram Stadion. in Romana, ſeu Ferretrina Diviſionis &c. 25. April. 1757. §. 5. in fine.*

Quinta, & ultima exceptio tum demum admittitur, quando concludenter appareat fuiſſe Altare execratum, juxta exemplum 85
ſuperius allatum *ſub n.63. & 69.* Execratur autem primo, quando ita frangitur, ut in parte integra nequeat amplius Calix cum Patena contineri, *cap. Quod in dubiis, cap. Propoſuiſti, cap. Ligneis de con-* 86

conſecrat. Eccleſ., Amoſtaz. de cauſ. piis lib.5. cap.8. num.37. & 36.
Conſonat Synodus Tuſcul. an. 1763. part.1. cap.14. art.2. num.2.
Secus enim, quando notabiliter non frangitur: quandoquidem
adhuc remanet commodum ad ſacrificium, adhucque ſuam reti-
87 net formam. Eodem modo, quo Eccleſia adhuc remanet con-
ſecrata, ſi major pars remaneat, Cabaſut. in theor. jur. Canon.
lib.5. cap.5. num.5., Amoſtaz. ſub num.37., ita & Altare, per Do-
ctores ab Amoſtaz. relatos. Quod argumentum a ſimili, in hac,
qua de agimus re, non eſt contemnendum, nemine ignorante
88 iſtud in jure valde efficax reputari, ad ſenſum Bald. in Leg. Bar-
batius, in Leg. Notabili ff. de offic. Prætor., Mantic. de conject. lib.8.
tit.2. num.7., ac Rot. cor. Paracciano in Interamnen. celebrationis
Miſſarum 27. Novemb. 1758. §.10.

Quando Altare in plures partes frangitur, notabilis eſt fra-
89 ctio, adeoque execratum remanet. Amoſtaz. n.38. Neque refra-
gabitur, quod partes ita fractæ poſtea per aggregationem unian-
tur, ut obſervat Amoſtaz. eodem loco: quin audiri mereatur Liamas 3.
parte method. cap.5. §.6. contrarium tenens, ut expendit Hennaus
diſput.24. ſect.3. num.31. de Sacrif. Miſſæ. Cæterum ſi in duas
partes frangatur, quin aliquo modo dimoveatur, conſecratum
adhuc exiſtit, Amoſtaz. n.38., Paſqualig. qu.689. num.10. Si Al-
taris cornua notabiliter frangantur, ita ut major pars Altaris deſ-
90 ficiat, amittit conſecrationem, ſecus vero ſi non notabiliter.
Amoſtaz. ut ſupra n.39., Paſqualig. qu.640. per tot., Layman. lib.5.
tract.5. cap.6. num.3.

Per fractionem ſigilli, ſive Sepulchri, ubi exiſtunt reliquiæ,
91 de jure non remanet execratum. Amoſtaz. ut ſupr. n.41. & ſeqq.,
Paſqualig. de ſacrific. Miſſæ quæſt.691. a num.4., & alii plures.
Nullum enim adduci poteſt Canonicum monumentum, quo edo-
ceatur ex hujuſmodi fractione remanere execratum Altare; quin
in contrarium adducatur cap.1. de conſecr. Eccleſ., in quo confi-
dunt Doctores contra ſentientes, inter quos Pax. Jord. lucubrat.
tom.1. lib.5. tit.10. num.5., Barb. de offic. Epiſc. par.2. alleg. 17.
num.12., Azor. inſtit. Moral. lib.10. cap.27. qu.12. Nam d. caput
non loquitur de fractione ſigilli, ſed de fractione Altaris, ſeu ta-
bulæ conſecratæ, ut liquet ex lectione ejuſdem textus. Conſecra-
92 tio ſiquidem non deperditur, niſi deperdita, & deſtructa forma
rei conſecratæ: unde cum, non obſtante fractione ſigilli, ubi ſunt
reliquiæ, adhuc Altare in ſua forma remaneat, ſequitur quod
adhuc remanere debeat conſecratum, ut obſervat Amoſtaz. ut
ſupra.

Præterea cum de jure reliquiarum impoſitio non ſit neceſſaria
in conſecratione Altaris, neque earum ſigillum, ſequitur quod
fracto

fracto ſigillo non execretur Altare, utpote fracta re non neceſſa- 93
ria, ut ratiocinatur *Amoſtaz. loco cit. n.*43. Quod reliquiarum im-
poſitio non ſit de eſſentia, tenent præter *Amoſtaz. loco cit. ſub
n.*19. 22. *& ſeq.*, *Zerol. in praxi Epiſcop. par.*1. *verbo Altare*,
Diana parte 1. *tract.*6. *reſol.*25. *in princ.*, *ac D. Thom. in* 3. *parte
qu.*83. *art.*3. *ad* 2. ubi notanda ſunt illa verba = *quandoque Altare
conſecrari cum reliquiis* = Verbum autem *quandoque*, non *ſemper*,
ſed *aliquando* ſignificat, per exceptionem a communi uſu, & re- 94
gula, *Leg. Rogo ff. quando dies Leg. Ced.*, *Leg. Pen.* §. *fin. ff. de
reb. cred.*, *Leg. Interdum ff. de condit.*, *indeb.*, *Menoch. conſ.* 99.
*n.*187., *Amoſtaz. ſub d. n.*22., *ac plurib. ſeqq.*

Nec refragatur *Canon. Placuit de conſecr. diſt.*1. depromptus
a *Gratiano* ex Concilio Africano ſeu Cartaginenſi quinto *C.* 50.,
ubi Epiſcopis præcipitur, ut Altaria evertantur, quæ *paſſim per
agros, & per Villas* (vel ut alibi *per vias*) *tamquam memoriæ Mar-
tyrum conditæ probantur*. Etenim, quemadmodum obſervat clar.
D. Sebaſt. Berardi in ſuo Opere ad Gratianæos Canones *tom.*1. *edit.
Taurin.* 1752. *part.*1. *cap.*15. *pag.*206. §. *Canon* 26., ſciendum eſt,
quod jam tunc temporis cæperant nonnulli per ſomnia, & per
fictas relevationes, atque commentitia oracula, ſuperſtitioſos cul-
tus inducere, quibus neceſſario erat occurrendum, ne forte rurſus
ea occaſione induceretur cultus in delubra gentilium, quæ adhuc
manebant in viis ſine ornamentis ædificata. Id autem facili nego-
tio oſtendi poteſt ex *Can.*58. ejuſdem Codicis Eccleſiæ Africanæ,
ubi hæc verba habentur: *Inſtant etiam aliæ neceſſitates a Religioſis
Imperatoribus poſtulandæ, ut reliquias Idolorum per omnem Africam
jubeant penitus amputari: nam pleriſque in locis maritimis, atque
poſſeſſionibus diverſis, adhuc erroris iſtius iniquitas viget: ut præci-
piantur, & ipſa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in lo-
is abditis conſtituta, nullo ornamento ſunt, jubeantur omni modo
deſtrui* =

Cæterum quemadmodum ex conſuetudine reliquiæ ſolent im-
poni: *Ferraris Bibliotheca Canon. tom.*1. *verbo Altare n.*17. ita, 95
quamquam de iure per fractionem ſigilli non tollatur conſecra-
tio, ex conſuetudine tamen habetur Altare uti execratur, *Layman.* 96
*d. cap.*6. *n.*9., *Paulut. punct.*9. *n.*6. *tract.*12. *diſput. unic.*, *Ferraris,
ut ſupr. n.*20. quo videtur referri poſſe reſolutionem Sacræ Con-
gregationis Rituum 21. *Jun.* 1710. in una *Ord. Capuccin.* Et hoc
modo intelligi poteſt *d. Synodus Tuſcul. part.*1. *cap.*14. *art.*2. *n.*2.
A qua conſuetudine tamquam lege non erit recedendum; cum 97
quiſque ſciat uſum, & conſuetudinem formare jus, & pro lege ha-
beri in omnibus materiis, *Leg. De quibus* 32. *ff. de legib.*, *cap. fin.
de conſuetud.*, §. *Ex non ſcripto inſti. de jure nat. gent. & civ.*, *Creſp.
obſerv.* 1.

obſerv.1. n.162., Rot. cor. Card. Buſſio in Conſtantien. ſubſidii Parochialis 9.Jul. 1755. §.4. ibi = *Porro tanta eſt vis conſuetudinis, ut in omnibus indefinite materiis æquiparetur legi.*

Item execratur Altare per illius amotionem, *Cap. Si motum 19. de conſecr. diſt.1., cap.1., cap. Quod in dubiis 6. de conſecr. Ec-*
98 *cleſ.*, atque Doctores communiter. Debet autem illius amotio eſſe talis, ut Altaris forma omnino mutetur, ut explicat *Gloſſa in d.cap. Si motum verbo Altare*. Hinc ſi integrum Altare de loco
99 ad locum amoveatur non amittit conſecrationem: quia non datur partium diſſolutio. *Fuſc. de Viſit. lib.1. cap.22. n.2., Pax Jordan. d. lib.5. tit.10. n.50., Amoſtaz. d. cap.8. n.50.* Quin refragentur Canonica monumenta modo citata, ſolam requirentia amotionem: etenim amotio, de qua in dictis capitibus, non eſt intelligenda, quando Altare integrum eſt, ſed quando fit cum diſſolutione partium, itaut non remaneat forma Altaris, neque commode ſuper eo ſacrificium Miſſæ confici poſſit, *Paſqualig. qu.687. a num. 3., Amoſtaz. num.51.*

Si amotio Altaris fiat ab inferiori ſtructura, tunc nonnulla ſunt conſideranda. Etenim ſi baſis ubi Altare repoſitum eſt, fue-
100 rit lignea, ex eo quod menſa ab illo amoveatur, nulla fit execratio eo quod baſis lignea nequeat conſecrari. *Can. Altaria de conſecr. diſt.1.* Idemque dicas ſi inferius ſuſtentamentum, ſeu baſis ſit lapidea, & ſeorſim conſecretur menſa: quia fuiſſet ne-
101 ceſſarium, ut totum Altare cum baſi conſecraretur, ut per amotiorem ab inferiori ſtructura execraretur. *Hennaus ſect3. n.34., Paſqualig. qu.686. a n.5.*, aliique apud *Amoſtaz. n.49.* Quando Altare fuit conſecratum ad modum Altaris fixi cum ſacris ſigillis, & unctionibus inter ſtipitem, & Altare, ſi motus fuerit lapis ſuperior, qui format menſam Altaris, a ſuo ſtipite, tunc execratur
102 Altare juxta reſolutionem Sac. Congregatiouis Rituum 21. *Junii* 1710. in una *Ordinis Cappucc.* ubi additum, quod ſi fuerit Altare conſecratum ad modum portatilis, non execratur in quavis remotione, ſed tantum, quando frangitur Sepulchrum reliquiarum. De hac quoque materia breviter loquitur *D. Joſeph de Bonis* iu ſuo *Tract. de Oratoriis publicis cap.20. ſub n.386. §. Utrumque edit. Rom.* 1766.

Patet ergo diſcrimen inter Altare fixum, & portatile. Quandoquidem Altare portatile non execratur per ſolam amotionem de
103 loco ad locum, ut tenent omnes communiter, ac ſignanter *Barb. de offic. Epiſc. alleg.27. par.2. n.25.* Adhuc enim priorem retinet formam, idem adhuc manet, adhuc aptum eſt ad finem, ad quem fuit deſtinatum, nempe ad Miſſæ ſacrificium, etſi ad alium locum transferatur, aliique Menſæ aptetur. *Gloſſ. in d. Cap. Si motum verbo Altare, & in cap. Ad hæc eodem. tit.* Secus ceſſaret finis, ob quem

quem Altarium portatilium uſus permittitur. Permittitur enim Altare portatile, pro majori commoditate juxta loci, ac temporis circumſtantias, ut ſic commode de uno ad alium locum tranſlatum, ſuper illo Miſſæ peragatur ſacrificium, *Can. Concedimus30. de conſecr. diſt.1.*, ubi conceditur, ut quandoque extra Eccleſiam, ſub dio, in plateis, vel alibi Sacrificium peragatur, juxtaque doctrinam *Card. Bon. lib.1. rerum liturgic. cap. 20. n.2.*, ac *Catalan.* ubi plene *tom.2. tit.5. a n.4. ad* 8. Permittitur quoque, ut ſuper Mare Miſſa celebretur, in commodum præſertim Militiarum: quemadmodum *Benedictus XIV.* elargitus fuit indultum pro celebratione ſuper triremibus Militiæ Hoſpitalis S-Joannis Hieroſolymitani, in ſua *Conſtit.*41. incip. *Exponi nobis*, tum etiam ſuper triremibus Pontificiis, in alia *Conſtit.* pariter incip. *Exponi, tom.1. ſui Bull.*, dummodo tamen, ut legitur *in fine* § 1., celebratio Miſſæ eo tempore fiat, quo Mare tranquillum, & Cœlum ſerenum reperiatur, & cum aſſiſtentia alterius Presbyteri, ſeu Diaconi, ita ut periculum effuſionis ſanguinis in dicta celebratione minime adſit. 104 105

Sed quoad Altaria portatilia ſcire operæ pretium eſt, quod Eccleſiæ ſæculo præſertim XI, Altaria portatilia a non nullis Antiſtitibus non concedebantur, niſi vel in tabulis ligneis, vel in aliquo competenti ſubſtratorio compacta, & firmiter eſſent affecta, ita ut de loco ad locum portarentur, non tamen de loco, in quo 106
erant conſecrata, moveri poſſent, ut legere eſt *in epiſt.72. ad Gerardum* S. Gandregiſilii Abbatem, ab *Ivone Carnotenſi Epiſcopo* ſcripta, apud eruditum *Catalan. ad Pontific. Roman. tom.2. tit.5. de conſecr. Altar. portat. n.*8. Quod ſi aliter factum fuiſſet, erant denuo conſecranda, ibi = *A quo* (ideſt loco, in quo erant conſe- 107
crata) *ſi avulſa fuerint, ſicut cætera Altaria, denuo ſunt conſecranda*: Quod ipſum repetit *in cap.*80. *ad Guillielmum* Fiſcanens. Monaſt. Abbatem. Hinc eſt, quod Altarium portatilium uſum nonnulli Antiſtites etiam Eccleſiæ ſæculo XI., quo Ivo Carnotenſis vivebat, vel nullo modo, vel difficulter concedebant; quemadmodum peragere ſolebat *S Anſelmus* Epiſcopus Cantuarienſis, apud 108
Catalan. loco cit., ubi d. Epiſcopi reſponſionem habes datam Willelmo Abbati, eum interroganti, quid agendum eſſet, ſi Altare portatile motum fuiſſet.

Si Eccleſia per combuſtionem, collapſionem, decruſtationem, aut notabilem reſtaurationem execretur, ſalvis, & intactis remanentibus Altaribus conſecratis, tunc illa Altaria, quæ ſic illæſa remanent, nova non egent conſecratione, ſed tantum Eccleſia, 109
Hoſtien. in ſum. hujus tit. §. *Et an ſit num.6., ac in cap. De fabrica, & in cap. Si motum eod. tit. diſt.1., Pax Jordan. d. tit.*10. *n.*75. Ratione in

ne in hoc poſita, quia conſecratio Eccleſiæ diverſa eſt ab illa Altarium, ut præter Doctores laudatos tenent *Barb. de jure Eccl. univ. lib.2. cap.7. n.23.*, ac *Ventrigl. annot.20. §.un. num.21.* Ac proinde diverſa exiſtente ratione, diverſa quoque eſſe debet juriſprudentia, nec ab uno velut diverſo caſu ad alium valet deduci illa-
110 tio per *Text. in L.Papinianus ff. de minoribus*, ac *Rot.* paſſim, ac præſertim *in Tuſculana Dotis ſuper Cautela Angeli 28.Jan.*1757. §.4. *in fine cor.Borrull.*

Enim vero præter rationem a Romano Pontificali petitam, ubi de utraque conſecratione ſeparatim forma præſcribitur, alia ex hoc deſumitur, quod Eccleſiæ conſecratio conſiſtit in ejuſdem intrinſecis parietibus, conſecratio vero Altaris in ſolo lapide, vel
111 in ſola tota tabula, ſuper qua Sacrificium Miſſæ peragitur; unde decruſtatis, ſublatiſve illis, ubi Sacro Chriſmatis uſum peracta fuit, non intelliguntur hæc poſteriora ſublata, adeoque execratis Eccleſiæ parietibus, non intelliguntur execrata in ea exiſtentia Altaria adhuc illæſa quippæque diverſa, & ita concordant *Tuſch. de Viſit. lib.1.cap.22. num.7.*, *& Ugol. de offic. Epiſc. cap.29. in fine*; juxta exemplum jam alibi allatum, quod nobis ſuppeditat *Baron. ad an.*900., Eccleſiæ Compoſtellanæ, quæ hoſtiles Maurorum, aliorumque barbarorum incurſiones, incendia, ac minas paſſa, Catholici Regis Alphonſi Magni tempore, fuit nova Sacri Chriſmatis unctione, ac dedicatione inaugurata, una cum Altaribus, excepto majori, jam retroactis temporibus conſecrato, atque tunc temporis illæſo ſuperſtite. *Benedictus XIII.* Magnificus Baſilicæ Lateranenſis reſtaurator, poſt conſecrationem dictæ Baſilicæ, penitus abſtinuit a conſecratione Altarium adhuc incollumiter exiſtentium in ſtatu jam antea receptæ conſecrationis.

Idemque dicas ſi vices vertantur, quando nempe conſecrata Eccleſia adhuc illæſa remanet, Altaria vero vel caſu, vel data opera execrantur, tunc enim nova egebunt conſecratione Altaria, non
112 autem Eccleſia: per *Text. in cap.1. ibique gloſſa. ac Doctores de conſecr. Eccleſ., vel Altar.*, *cap. Si motum eod. tit. diſt.1.*, *Durand. in ration. div. offic. lib.1. cap.6. num.32. verſ. Idem, & Pax Jordan. d. tit.10. n.75.* Sic *Benedictus XIV.* cujus liberalitatibus in nobiliſſimam, in qua nunc conſpicitur, formam, fuit Baſilica Liberiana redacta, hanc, etſi in illius reſtauratione ingentem ſomptuum copiam ad exitum perduxerit, denuo conſecrare minime auſus fuit, ut demonſtravimus *in antecedenti titulo ſub n.*119. E contrario Altare majus d. Baſilicæ *a S. Paſchale* I. olim erectum, & conſecratum, ac ſucceſſive *a Clemente III.* novo ſuppreſſo lapide dedicatum, demum penitus dirutum (in quo prima execrationis cauſa conſiſtit) ac munificentius ab eodem *Benedicto* longe nobilius reſtitu-

tum

tum , ſolemni ritu in honorem B. M. Virginis fuit conſecratum ,
ut eruitur ex *Conſtit.*34. ejuſdem Bened. XIV. incip. *Magnitudo*
*tuæ devotionis , tom.*3. *ſui Bull.*, , de quo Altari , & idem loquitur
in ſua eruditiſſima allocutione habita in eadem Baſilica ante conſe-
crationem dicti Altaris in feſto S.Hieronymi , incipiente *Poſtquam*
nobis , quæ impreſſa legitur *in append. ad tom.*3. *ſui Bull. n.*111. ,
ac in ſuo aureo opere *de feſtis par.*2. *ad diem* 5. *Auguſti* §.80. , *&*
ſeq., atque integra a nobis hic refertur *a n.*62.

Quando Eccleſia eſt conſecrata , nequit Altare deſtrui abſque
Ordinarii licentia *Cap.Eccleſiæ* 18. *Cap.Placuit* 26. *de conſecr.diſt.*1. 113
Idemque dicas , ſi Altare ſit conſecratum : quia unumquodque
diſſolvitur per cauſas , per quas fuit colligatum : ad regul. *Nihil* 114
ff. de reg. jur. Cum ergo illud fuerit per Epiſcopum conſtitutum ,
ejus licentia erit neceſſaria . *Azor. lib.*10. *part.*1. *cap.*27. *qu.*6. ,
*Paſqualig. de Sacr. Miſſ. qu.*684. *n.*4. , *Amoſtaz. lib.*5. *cap.*8. *n.*62.
Violantes autem , atque deſtruentes Altaria , committunt ſacri-
legium , & a Deo ſevere puniuntur : quo referri poſſunt illa 115
*Ezechielis cap.*25. *verſ.*38. , *lib.*3. *Regum cap.*19. *verſ.*10. , *Con-
cil. Aquiſgran. cap.*17. Et *Optatus Milevitanus lib.*6. ita ſubdit :
*Quid eſt tam ſacrilegum , quam altaria Dei , in quibus & vos ali-
quando obtuliſtis , frangere , radere , & removere , in quibus vita
populi , membra Chriſti portata ſunt ? Quo Deus omnipotens invoca-
tus eſt , quo poſtulatus deſcendit Spiritus Sanctus , & unde a multis
pignus ſalutis æternæ , & tutela fidei , & ſpes reſurrectionis accepta
eſt ? Altaria* , inquam , *in quibus fraternitatis munera non juſſit Sal-
vator poni , niſi ſedes Corporis , & Sanguinis Chriſti . Quid enim eſt
Altare , niſi ſedes Corporis , & Sanguinis Chriſti ? Quid vobis fece-
rat Deus , qui illic invocari conſueverat ? Quid vero offenderat Chri-
ſtus , cujus illic per certa momenta Corpus , & Sanguis Chriſti habi-
tat ?* Dederunt exempla hujuſmodi punitionis *Theodor. lib.*3.*cap.*11.
& 12. , *Caſſiodor. lib.*3. *hiſtor. tripart. cap.*32. : *Durant. de ritu Ec-
cleſ. lib.*1. *cap.*15. *n.*12. , & alii apud *Amoſtaz. ut ſup. n.*62. *in fine* .

Si vero conſecratum Altare violari , ac pollui contigerit ,
non poteſt amplius ſuper illud Miſſæ incruentum , ac ſacroſan-
ctum perfici Sacrificium , niſi juxta formam ab Eccleſia præſcri-
ptam prius fuerit reconciliatum , arg. *cap.*4. 9. 10. *de conſecr. Eccl.* 116
vel Alt. , ac Doctores communiter tenent . Ita autem miniſte-
rium ad ſolum Epiſcopum de Jure communi ſpectat ad d. *cap.* 117
Aqua 9. *de conſecr. Eccl*, ibique *Hoſtien. & Ancharan.* , tum etiam
ex rubrica Pontificalis , quæ ab Epiſcopis fideliter eſt cuſtodienda,
ac Doctores concordant , inter quos *Azor. part.*1. *lib.*9. *cap.*5. *q.*5.,
*Tolet. lib.*5. *cap.*8. *n.*13 , *Barb. de officio , & poteſt. Epiſc. part.*2. *al-
leg.*28. *n.*55. , *ac Pax Jord. elucub. tom.*1. *lib.*1. *tit.*12. *n.*157. Hinc

M 2 eſt,

eſt, quod Epiſcopus hanc nequit facultatem ſimplici Sacerdoti; vel Prælato Epiſcopali charactere minime inſignito committere; neque etiam Prælatus hujuſmodi, quicumque ſit, poteſt in vim alicujus conſuetudinis, utpote cujus corruptelæ, hoc officium,
118 quod ſoli ordini Epiſcopali eſt reſervatum, ſibi vindicare, per Doctores ſupra laudatos, ac per ea, quæ ſupra diximus *in titulo antecedenti*, dum de Eccleſiæ reconciliatione verba fecimus a *n.*162. Solus autem Summus Pontifex hoc poteſt cuicumque voluerit officium demandare, quemadmodum liquet ex indultis
119 Summorum Pontificum *Innoc.III.*, *Urbani VIII.*, ac *Bened.XIV.*, quibus fruuntur Canonici Baſilicæ Vaticanæ, ſeu Prior, Decanus, & Altariſta, qui tametſi Epiſcopali ordine minime decorati, poſſunt, dummodo aqua ab Epiſcopo benedicta utantur, non ſolum dictam Baſilicam ſi pollui contigerit, ſed etiam Altaria, atque Cappellas reconciliare.

Indigent per Epiſcopale miniſterium reconciliatione Altaria, quocumque tempore ea indiget Eccleſia, intra quam ſita ſunt,
120 erectaque: eo quod quotieſcumque Eccleſia polluitur, hæc pollutio extendatur ad totum corpus Eccleſiæ, adeoque ad ipſa quoque Altaria intra eamdem exiſtentia, juxta tradita a *Lezzana in ſumm. quæſt. Regul. tom.*3. *verſ. Altare n.*21., *a Pace Jordan. d. lib.*5. *tit.*10. *n.*35. Hoc tamen ſano modo velim intelligatis, ope videlicet diſtinctionis inter Altaria fixa, & portatilia: ita ut polluta Eccleſia, abſtinendum quidem ſit a ſacris faciendis ſuper Altaribus utriuſque generis intra eamdem erectis; cum hoc in caſu pollutio Eccleſiæ quoad effectum extendatur ad omnia loca, ac per conſequens ad omnia etiam Altaria, non inde tamen ſequatur,
121 Altaria fixa æque ac portatilia pollutionem pati. Quandoquidem ſi Altaria ſint portatilia, cum amoveri valeant, & de loco priori ad alium transferri, aliaque in Eccleſia Miſſæ Sacrificium ſuper illis celebrari, nullamque habeant cum Eccleſia connexionem, nullam patiuntur pollutionem, etſi Eccleſia violetur, ac polluatur, ut Doctores obſervant, ac ſpeciatim *Amoſtaz. d. lib.*5. *cap.*8. *n.*13., *Murga diſquiſ. forenſ. tom.*1. *tract.*2. *diſquiſ.*9. §.2. *n.*42., *Pax Jord. d. lib.*5. *tit.*10. *n.*58. *verſ. Portatile*. Idemque dicas, quando Altare portatile, ſeu lapis conſecratus, plumbi, vel alte-
122 rius materiæ colligatione impeditur, ne moveatur: quia non deſinit eſſe portatile, ita ut fracto plumbo aliave materia, ex qua colligatur, non poſſit inſervire pro Sacrificio Miſſæ ſi aliam ad Eccleſiam fuerit tranſlatum, ut docet *Amoſtaz. d. cap.*8. *n.*94. & ante ipſum *Paſqualig. de Sacrificio Miſſæ qu.*637. *n.*5. Quidquid aſſerat *Pax Jord. ut ſupra n.*56.

At e contrario ſi Altaria fixa ſint, atque ſtabilia, tunc polluta

luta Eccleſia etiam Altaria polluantur neceſſe eſt, cum iſta ad Ec-
cleſiam velut acceſſoria habeantur, Eccleſia vero ad inſtar prin- 123
cipalis, arg. *Cap.1. de conſecr. Eccl.*, & ita obſervant *Pax Jord.*
d. tit.10. n.55., *Ventrigl. d. §.un. annot.20. n.21.* Concordat *De*
Bonis d. tract. de Oratoriis publicis edit. Rom. 1766. cap.20. ſub
n.386. §.Pollui. Regula autem juris eſt, quod acceſſorium ſem-
per ſequatur ſuum principale, *Cap.Acceſſorium de reg. juris in 6.*, 124
L. Si quando 31. ff. de aur. & arg. leg., *Rot. cor. Falcon. de offic. Or-*
din. dec.50. ſub n.32., *dec.2. ſub n.5. de penſ.*, *deciſ.26. ſub n.3.*
de uſuris, *& cor. Vicecom. in Sancti Severini functionum Eccleſiaſti-*
carum 14. April. 1755. §.13. Unde idem eſſe debet judicium acceſ-
ſorii, quod eſt principalis, ut notat *Cagnol. in L.Cum principalis*
n.8., *& 9. de reg. jur.*, *ac Rota dec.97. n.2. part.2. recent.* Injuria
ſiquidem irrogata fuit loco, ſeu Eccleſiæ; unde cum Altaria fixa
in eodem contineantur, & ſint ejuſdem Eccleſiæ veluti partes in-
tegrales, ſequitur, & injuriam Altaribus fuiſſe irrogatam, adeo-
que & iſta eſſe polluta, ac neceſſaria egere reconciliatione. Quod
argumentum a toto ad partes petitum efficaciſſimum in jure ha- 125
betur. *Ex vulg. L. Quæ de tota ff. de rei vindic.*, *Surd. conſ.431. n.42.*,
Rot. dec.223. n.6. part.3., *ac dec.278. n.21. part.8. recent.*

Quod ſi Altaria conſecrata primario, & in ſe polluantur per
humani ſeminis, aut ſanguinis effuſionem, tunc potiori jure pol-
luitur & ipſa Eccleſia, intra quam pollutam Altaria continentur: 126
adeoque & Eccleſia, & Altaria ſua egebunt reconciliatione *Ho-*
ſtien., *& alii in Cap. Propoſuiſti de conſecr. Eccl.*, *Graff. deciſ. aur.*
part.1. lib.2. n.16. in fine, *Pax Jord. d. tit.10. n.77.*, *Amoſtaz. d.*
lib.5. cap.8. n.51. Valet enim argumentum a partibus ad totum, 127
quando eadem militat ratio. *Rota dec.174. n.5. par.2.*, *ac dec.460.*
n.3. & 4. part.19. tom.2. recent. Verum quia hoc in caſu conſide-
ratur principaliter injuria irrogata Altaribus, merito rejicitur
diſtinctio inter Altaria fixa, & portatilia: unde etſi a polluta Ec- 128
cleſia transferantur ad aliam non violatam, attamen adhuc Alta-
ria polluta ſunt, nec poteſt ſuper illis celebrari, ante quam re-
conciliata fuerint, ob regulam illam, qua edocemur, ubi militat
eadem ratio, & eamdem debere militare legis diſpoſitionem, ad 129
text. in L. Illud ff. ad L. Aquil., *Rot. in Nullius, ſeu Terræ Lepri-*
niani Bonorum ſuper tertio dubio, 23. Martii 1757. §.2. cor. Parac-
ciano, & in Romana, ſeu Viterbien. dotis, & lucri ſuper exequa-
tur, contra bona fideicommiſſaria, 22. Junii d. anni §. 4. *coram*
Canilliac.

TITU-

TITULUS III.

De Conſecratione Cœmeteriorum.

SUMMARIUM.

1 Cœmeteria ad Eccleſias tantum Parochiales de jure pertinent, ad reliquas vero ex ſpeciali tantum titulo a privilegio, aut legitima conſuetudine mutuato.

2 *Cœmeterium ita ſolet nuncupari a græco verbo* Cimin, *ſeu dulce, &* ſterium, *quaſi ſtatio, eo quod defunctorum corpora ibi dulciter conquieſcant, in Salvatoris adventus expectationem.*

3 *Vel melius a græco vocabulo* Cemetirion, *a* Cemao, ſopio, *quod idem ſignificat ac* Dormitorium.

4 *Apud Cretenſes domus, in quibus hoſpites ſolebant dormire, Cœmeteria nuncupabantur.*

5 Dormire *pro* mori *paſſim legitur in veteri, & novo Teſtamento.*

6 *Hinc apud Fideles naſcentis Eccleſiæ, ac recentiorum temporum paſſim legitur pro Cœmeteriis fuiſſe loca illa, in quibus credentes ſepeliebantur, nuncupata* Dormitoria.

7 *Inter cætera nomina: quibus Cœmeteria donantur, recenſentur* Polyandrum, *ac* Pauſatorium.

8 *Polyandrum a nonnullis inferioris ævi Scriptoribus ſumitur pro ſepultura unius tantum hominis.*

Sed communiter, ac tutius pro Cœmeterio ſumitur, non pro ſimplici ſepulchro. Ibid.

9 *Cœmeteriorum origo a veteri teſtamento eſt repetenda, nempe ab Abrahami Patriarchæ temporibus.*

10 *Cœmeterium nil aliud eſt, quam locus religioſus, benedictus, vel conſecratus, ab Epiſcopo, aliove legitimo Miniſtro, ad fidelium ſepulturam deſtinatus.*

11 *Inter locum religioſum jure civili, & locum religioſum jure Pontificio, diſcrimen datur.*

12 *Sicuti benedictio, vel conſecratio locum efficit religioſum, licet cadavera nondum ſint illata, ita e contrario abſque illa locus remanet profanus, etſi fidelium cadavera tumulentur.*

13 *Celebria ſunt Romæ loca illa, quæ promiſcue ſolent appellari Sanctorum Martyrum Cœmeteria, vel Cathecumbæ.*

Iſta loca a D. Hieronymo *ſoluta oratione deſcripta a* Prudentio *graphice carminibus exprimuntur.* Ibid.

14 Di-

14 *Dicta Cathecumbæ, vel Cæmeteria, fuerunt ita excavata a Gentilibus in extrahenda communi arena, ac dicæarchea, ad extruenda ædificia, quorum adhuc veſtigia aliquot apparent.*

15 *Huc fideles ob metum perſecutionum confugiebant, ſuos conventus peragendi gratia, ita ut ſacræ functiones ibidem perficerentur, cum reliquis ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentibus, & ſepulturæ donarentur defuncti.*

16 *In hiſce Cathecumbis ſola fidelium corpora ſepeliebantur.* Baſnagius *aliter ſentiens reprehenditur.* Ibidem.

17 *Quamquam Chriſtianorum corpora ibi ſepulta, eſſent Sanctorum corpora, attamen ſanctitas alicujus corporis non probatur ex quo a Cathecumbis erutum ſit.*

Ad alia evidentiſſima argumenta eſt confugiendum, ex quibus de tali ſanctitate appareat. Ibid.

18 *Si corpus ibi reperiatur cum proprio nomine, inquirendum eſt, utrum habeantur illa, quibus dd. corpora a primitivæ Eccleſiæ Patribus diſtinguebantur.*

In ſepulchris enim Sanctorum ſuper collocabant ſigna indicantia ſanctitatem, non vero in ſepulchris illorum, quos uti Sanctos minime habebant. Ibidem.

Signa, quibus corpus Sancti a corpore alterius Chriſtiani diſtinguitur. Ibid.

19 *Conſecrationes, ac benedictiones Cæmeteriorum tantæ virtutis ſunt, tantæque efficaciæ, ut illas quandoque Deus miraculis illuſtraverit.*

20 *Quo primum tempore cœperint Cæmeteriorum conſecrationes ignotum eſt.*

21 *Hujuſmodi tamen conſecrationis uſum antiquiſſimum eſſe fatentur omnes.*

22 *Conſecrationis Cæmeteriorum Miniſter ordinarius eſt ſolus Epiſcopus diœceſanus, vel alius de ejus licentia Antiſtes.*

23 *Cæmeterium conſecratum ab extraneo Epiſcopo abſque ulla delegatione Pontificis, vel Ordinarii licentia, erit locus religioſus, ac ſacer, & ſic idoneus ad ſepulturam Fidelium.* Et n. 47.

Doctores aliter ſentientes reprehenduntur. Ibid.

24 *Cæmeterii benedictio poteſt ab Epiſcopo etiam ſimplici Sacerdoti committi.*

25 *Simplex Sacerdos, vel Prælatus inferior in benedictione cæmeterii uti debet Rituali, non autem Pontificali Romano.*

26 *Pontificalium uſus Epiſcopali Ordini reſervatus requirit juriſdictionem in loca, ubi exercentur hujuſmodi Pontificalia.*

27 *Pontificalium uſus prohibetur ſimplici Sacerdoti, vel Prælato inferiori, privilegio ad id ſpecialiter conceſſo, deſtituto.*

28 *Ab-*

28 *Abbates habent ex privilegio jus Pontificalium intra ambitum propriæ Eccleſiæ, ac Monaſterii.*

29 *In benedictione Cœmeterii una tantum crux, in conſecratione quinque cruces erigi, ac figi debent.*

30 *Ratio principalior, ob quam ſolent cruces in Cæmeterio figi, hæc eſt, ut tranſeuntes viatores crucis erectæ ſigno admoneantur eos, qui inibi conditi ſunt, in Chriſto Domino requieſcere, & in ipſius Chriſti Jeſu fide hanc lucis uſuram reddidiſſe.*

31 *Priſcis Eccleſiæ temporibus ſolebant depingi cruces, quemadmodum & nunc in nonnullis Romæ Cœmeteriis conſpiciuntur, in fidelium ſemper habitæ veneratione.*

32 *Origo figendi cruces in conſecratis, vel benedictis Cœmeteriis ignoratur.*

33 *Certum tamen eſt, quod ſæculo Eccleſiæ duodecimo jam hujuſmodi uſus obſervaretur.*

34 *In Cœmeteriis Patrum Cartuſianorum Romæ, ad capita defunctorum erectæ conſpiciuntur ligneæ cruces modicæ altitudinis.*

Jam quinto Eccleſiæ ſæculo ſolebant in Cœmeteriis, vel extra, ad defunctorum capita cruces ab Epiſcopo benedictæ figi, & erigi. Ibid.

35 *Hæc praxis D. Patricii temporibus vigens, uſu quaſi generali fuit recepta ſæculo circiter decimotertio, ut in quocumque loco Chriſtianus ſepeliretur, illius capiti crux poneretur.*

36 *Conſecratio, aut benedictio Cœmeterii fieri poteſt quocumque die feriali, vel feſtivo: decentius tamen die feſtivo, ac ſolemni fiet.*

Eodem modo, quo illa Eccleſiæ, vel Altaris, & n. 116.

37 *Ante conſecrationem, vel benedictionem Cœmeterii, ſi humatum fuerit corpus alicujus infidelis debet exhumari, ſi poteſt diſcerni, & projici.*

38 *Cœmeteria ſive conſecrata, ſive benedicta æque apta ſunt ad fidelium ſepulturam, & iiſ-iiſdem privilegiis fruuntur.*

39 *Eodem modo, quo Eccleſia conſecrata, vel benedicta.*

40 *Cœmeterium ſemel conſecratum, non poteſt amplius conſecrari.*

41 *Limita, ſi juſtiſſima interveniat cauſa novam conſecrationem expoſtulans.*

42 *Cauſæ, ob quas Cœmeterium denuo poteſt conſecrari, eædem ſunt, ac illæ, quibus Eccleſia, vel Altare.*

43 *Prima cauſa eſt, ſi fuerit conſecratum abſque debita forma, & materia ab Eccleſia præſcripta.*

44 *Actus in radice nullus non eſt proprie actus, ſed pro non facto habetur,*

45 *Secunda cauſa, eſt, ſi fuerit conſecratum a Miniſtro Epiſcopali ordine non inſignito, aut Pontificia delegatione non decorato,* & ſub n. 46.

46 Con-

46 *Conſecratio cœmeterii, non minus ac illa Eccleſiæ, vel Altaris, eſt ordini Epiſcopali annexa.*

48 *Epiſcopo interdictum eſt Pontificalia in aliena diœceſi exercere, abſque debita permiſſione diœceſani, vel Pontificis, & pœnæ privationis exercitii eorumdem Pontificalium in eum ſtatuuntur.*

49 *Talis tamen actus erit quidem illicitus, ſed omnino validus.*

Regula l.5. Cod. de legibus, *nimis generalis eſt, nec in materia, de qua loquimur habet locum.* Ibid.

50 *Ante matrimonii celebrationem fieri debent a Parocho denunciationes, niſi Epiſcopus eas remiſerit.*

51 *Omiſſio tamen harum denunciationum, etiam data opera habita à Parocho, efficit matrimonium illicitum, ſed validum.*

52 *Matrimonium celebrari debet coram proprio Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus.*

53 *Si aliter factum fuerit, non ſolum erit illicitum, ſed etiam invalidum.*

54 *Tertia cauſa eſt, quando merito ambigimus fuiſſe conſecratum.*

55 *Si de Eccleſiæ conſecratione revera conſtet, non autem de illa Cœmeterii, poteſt iſtud abſque ſcrupulo conſecrari.*

Barboſa de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.9. n.8. *aſſerens conſecrata Eccleſia cenſeri, & Cœmeterium conſecratum reprehenditur.* Ibid.

Nullum enim habetur præceptum, quo Epiſcopus poſt Eccleſiæ conſecrationem debeat & Cœmeterium illi contiguum conſecrare. Ibid.

56 *Cœmeterium Eccleſiæ contiguum, dicitur ejuſdem Eccleſiæ acceſſorium.*

Acceſſorii natura eſt, ut ſequatur ſui principalis qualitates. Ibidem. Et n.81.

57 *Limita in præſenti materia: quia conſecrationes Eccleſiæ, & Cœmeterii ſunt inter ſe diſtinctæ; & una ſine altera poteſt conſiſtere.* Et num.60. ac ſub n.80.

58 *Unde, quod de Eccleſia ſtatuitur non eſt ad Cœmeterium illi annexum extendendum: quia quoad actum conſecrationis ſeparationem recipiunt.*

59 *Cœmeterium Eccleſiæ annexum, non eſt ipſa Eccleſia.*

61 *Conſecratio Cœmeterii probatur iiſdem fere modis, quibus Eccleſiarum, vel Altarium.*

62 *Quarta cauſa, ob quam Cœmeterium poteſt iterum conſecrari, eſt, quando illud execrari contigit.*

63 *Cœmeterium execratur quando deſtruitur, illiuſque forma omnino immutatur.*

64 *Item quando Superioris auctoritate profanatur, alienaturque: Requiritur autem juſta cauſa, ſeu titulus in aliis quoque locorum ſacrorum profanationibus, atque alie-*

nationibus neceſſarius. Ibid.

65 *Nomine Superioris Eccleſiaſtici hic intelligitur Summus Pontifex.*

66 *Profanatio, & alienatio Cœmeterii facta ab Epiſcopo, aliove Ordinario abſque Pontificia auctoritate, ipſo jure nulla eſt.*

67 *Ordinarius poteſt Eccleſiam dirutam, quæ ob Parochianorum paupertatem nequit reædificari, vel quæ neceſſariis nequit provideri, ad viciniorem ſeu Matricem transferre, et ſic Eccleſiam dirutam profanare, alienareque.*

68 *Hæc facultas illi competit ex Tridentino Concilio, ſub cujus diſpoſitione Cœmeteria non comprehenduntur.*

69 *Præter juſtam cauſam, & Apoſtolicam auctoritatem, requiruntur in Cœmeterii profanatione, & alienatione ſolemnitates a jure præſcriptæ in bonorum Eccleſiaſticorum, ſacrorumque alienationibus.*

70 *Unde vocari, citarique debent omnes illi, quorum intereſt Cœmeterium non execrari ſeu non profanari, alienarique.*

71 *Exiſtentibus in totum, vel pro majori parte muris Cœmeterium concludentibus, ſi Cruces vel ignem patiantur, vel alia de cauſa in nihilum convertantur, aut notabiliter frangantur, ut uſui amplius eſſe nequeant, Cœmeterium execratur.*

72 *Cœmeteria muris ſolent circumcludi, ut a coherenti ſitu profano diſtinguantur, utque impediatur, ne ob animalia Cadaverum oſſa detrimentum patiantur.*

73 *Cœmeteria non execrantur per quamcumque facinoroſorum etiam hominum profanationem.*

74 *Contra hos deperditos homines maxime invehunt Sac. Concilia, atque graviſſimis cenſurarum pœnis ſtudent iſtorum audaciam, improbitatemque coercere.*

75 *Nulla tam effrænata natio ex gentibus omnino barbaris fuit, quæ Sepulchrorum, ac Cœmeteriorum rationem habendam eſſe non duxerit.*

76 *Sepulchra, ac Cœmeteria apud Romanos Ethnicos tanta religione fuerunt ſemper affecta, ut latis legibus contra illorum violatores infamiæ notam infixerint.*

77 *Graviſſimæ pœnæ fuerunt a Romanis præſcriptæ in eos, qui petulanter e Sepulchro columnam vel dejeciſſent, vel fregiſſent.*

78 *Imo capitalis pœna fuit in eos lata, qui e Sepulchro Cadavera, vel alia transferre, aut contrectare auſi fuiſſent.*

79 *Chriſtianos homines decet Cœmeteria, ut loca Sacra, & religioſa habere, nulloque modo permittere, ut improborum petulantia profanis uſibus violentur.*

80 *Execrata Eccleſia, non ideo cenſetur execratum Cœmeterium*

terium, quamquam contiguum, & acceſſorium, ſi illæſum adhuc fuerit.

82 *Vitiato principali non intelligitur vitiatum acceſſorium, quando non eſt cum principali individuum.*

83 *Cœmeterium tali relatione donatum eſt cum Eccleſia, ut ſine iſta neque dari, neque conſiſtere poſſit.*

84 *Id quidem verum, quoad effectum attenta juris diſpoſitione Non enim datur Cœmeterium, ubi non datur Eccleſia, & Populus ab ea ſuſpiciens Sacramenta, & poſt mortalis vitæ curriculum debitæ Sepulturæ tradendus.* Ibidem.

85 *Cœmeterium ſive conſecratum, ſive benedictum eodem modo polluitur.*

86 *Cœmeterium pollutum debet reconciliari, antequam fideles ſepeliantur.*

87 *Si de facto fuerint ſepulti, exhumari non debent.*

Limita ſi ſepulti fuerint excommunicati, & interdicti non tolerati. Ibidem.

88 *Polluitur Cœmeterium iiſdem modis, quibus Eccleſia.*

89 *Polluta Eccleſia polluitur quoquo Cœmeterium illi contiguum, non viceverſa,*

Amplia etſi plura ſint Cœmeteria contigua. Num.107.

90 *Contiguum dicitur Cœmeterium, quando tangit Eccleſiæ parietes, & nullo modo ſeparatur.*

91 *Contigua dicuntur, quorum extrema ſeſe invicem tangant.*

92 *Contigua ab Ariſtotile dicuntur ea, quorum terminus eſt unus, continua vero, quæ unum corpus conſtituunt.*

Aqua v.g. in vaſe dicitur continua reſpectu ſui, ſed reſpectu vaſis dicitur contigua. Ibidem.

93 *Interdicta Eccleſia cenſetur quoque Cœmeterium.*

94 *Ideo polluta Eccleſia pollutum cenſetur quoque Cœmeterium illi contiguum, quia in præſenti caſu Cœmeterium habetur ejuſdem Eccleſiæ acceſſorium.*

95 *Archidiaconus in* Can. Si quis contumax cau.17. qu.4., & *Ancharanus* in Can. Cum Eccleſia in 2. not. de Immunit. Eccl., *aſſerentes in iis caſibus, in quibus polluitur Cœmeterium, cenſeri quoque pollutam Eccleſiam, reprehenduntur.*

96 *In connexis idem judicium ferendum eſt.*

97 *Intellige, quando connexio inſeparabilis eſt, atque individua.*

98 *Cœmeterium, & Eccleſia ſunt inter ſe connexa, quoad effectum tamen pollutionis ſunt ſeparabilia.*

99 *Repugnat, quod principale ſui acceſſorii qualitates, & naturam ſequatur.*

100 *Quoad privilegia, & immunitatem valet argumentatio a Cœmetrio ad Eccleſiam: cum eadem inſit ratio, idem-*

A duabus conſecrationis Locorum, videlicet Eccleſia-
rum, & Altarium, ſpeciebus, de quibus diffuſe diſ-
ſeruimus, ad ultimam, ut ordo expoſtulat, eſt tran-
ſeundum, ad Cœmeteria attinentem: quam omitte-
re nefas eſſet, quum Rei Parochialis ſpeciale quoque,
ac neceſſarium caput conſtituat. Verum enim vero nullus con-
tra juris noſtri principia iturus erit inficias, Cœmeteria ad Ec-
cleſias tantum parochiales pertinere, non vero ad alias, niſi ex
ſpeciali titulo, ſeu privilegio, vel legitime præſcripta conſuetu- 1
dine: per *Textum in Can. Certificari 9. cum ſeq.*, *ac Clement. Du-
dum verſ. Hujuſmodi de ſepult*, , *Ludov. Correa in cap. Inter alia de
immun. Eccleſ. part.1. n.11.*, *Barb. jur. Eccleſ. univ. lib.2. cap.9.
n.1.*, *ac Rot. deciſ.348. n.16. & ſeqq. part.11. Rec.*, *tum cor. Molin.
deciſ.706. n.11.*

Solet Cœmeterium ita nuncupari a græco verbo *Cimin*, hoc
eſt dulce, & *ſterium*, quaſi ſtatio, eo quod ibi defunctorum cor- 2
pora dulciter conquieſcant, Salvatoris adventum expectatura, ut
notat *Durand. in ration. divin. Offic. lib.1. cap.5. n.100.*, *& cap.6.
in princ.*, *ac Pax Jord. tom.1. lucubr. lib.5. tit.11. n.3.* Vel dixe-
ris, Sacrarum Scripturarum, & Sacrorum Patrum teſtimoniis
innixus, Cœmeterium a græco vocabulo proficiſci *Cemitirion.*, 3
a *Cemao*, ſopio, quod idem ſignificat, ac dormitorium. *Barb. di-
cto cap.9. n.3.*, *Pignatell. conſult.59. n.23.*, *Catalan. ad Pontific.
Roman. tom.2. tit.6. n.2.*, & ante ipſos *Valpbrid. de reb. Eccleſ.
cap.6.*, *Lavor. cap.5. n.100.*, & alii aſſerentes, quod apud Cre-
tenſes domus, in quibus hoſpites dormire conſueverant, Cœme- 4
teria nuncupabantu . Aureum autem eſt *D. Joannis Chriſoſtomi* di-
ctum, *in oratione in Cœmet. appell.*, ita conceptum = *Vide quomo-
do ubique mors nominetur ſomnus*: *qua de cauſa locus Cœmeterii quaſi
dicas Dormitorii, nomen invenit.* =

Equidem dormire pro mori paſſim uſurpatum legimus tum
in veteri, tum in novo teſtamento. Sic cæteris omiſſis exem- 5
plis, ut legitur *in lib.3. Reg. cap.7.* D. O. M. per Nathan Prophe-
tam, Davidem hoc modo adloquitur = *Cumque completi fuerint
dies tui*, *& dormieris cum Patribus tuis*, *ſuſcitabo ſemen tuum poſt
te*, *quod egredietur de utero tuo*, *& firmabo regnum ejus* = Item apud
Joannem cap.2., Chriſtus Dominus, qui Lazarum e mortuis
ſuſcitavit, eum dormire dixit. Conſonat illud Apoſtoli *ad Theſ-
ſalonicenſes cap.4.*, ac alibi paſſim. Idemque notat *Gloſſa verbo
Cœmeterium in cap. Sacris de ſepult.*, *Azor. inſtit. Moral. part.2.
lib.9. cap.6. verſ. Cœmeterium*, *Pax Jord. d. tit.11. n.3.*, *Catal.
loco cit.*, *ac Pignatel. d. conſult.59. n.23.* Hinc apud fideles naſcen-
tis Eccleſiæ tum recentiorum temporum, paſſim legitur fuiſſe ero 6
Cœme-

Cœmeteriis loca illa, in quibus credentes ſepelliebantur, nuncupata Dormitoria, eo quod ibi dulciter requieſcentes, ſuo tempore, velut e ſomno experrecti, ſint reſurrecturi. quemadmodum videre eſt *D. Hyeron. in cit. ep.1. Pauli ad Theſſal.4.*, ac *D. Auguſt. in ep.122.*, idemque tradunt *Azor. loco cit.*, *Catal. ut ſup. n.2.*, *Pignatell. d. n.23.*

7 Inter alia nomina, quibus Cœmeterium frequenter hodie donatur, recenſetur Polyandrum, ac Pauſatorium, ut videre eſt apud *Catal. in Pontific. Roman. tit.6. §.11. & ſeq.*, ubi in oratione, quam Epiſcopus Conſecrator recitat, hæc habentur = *Benedicere dignare locum iſtum, ut ſit Polyandrum, ſeu Cœmeterium .... dulcis requies, ac pauſatio mortuorum* = ex quo pauſatorium fuit derivatum. Ac de Pauſatorio pro Cœmeterio conſtat apud *Carolum Duffreſne in ſuo mediæ, & infimæ latinitatis gloſſario*, tum apud *Theodoricum Monachum*, qui, ut refert idem *Catalan. in cit. §.12. n.2.*, in hiſtoria inventionis Epiſcopi Trevirenſis *n.16.*, hæc habet: *Cum diu, noctuque Fratres .... in pauſatorio juſtorum .... divinum frequentarent officium &c.* Nec refragatur, quod a nonnul-
8 lis inferioris Ævi Scriptoribus Polyandrum ſumatur pro ſepultura unius tantum hominis, ut videre eſt apud *eundem Duffreſne loco cit. verbo Polyandrum*: Communiter enim, ac tutius pro loco ſumitur, ubi plurium mortuorum corpora reconduntur, adeoque pro Cœmeterio, non pro ſimplici Sepulchro: ut notat *Durand.*, qui varias refert hetimologias *lib.1. ration. div. Offic. cap.5. n.1., & ſeq.*, quem refert, ac ſequitur *Caralan. in cit. tit.6. n.27.*

9 Cœmeteriorum originem ulla abſque dubitationis alea a veteri teſtamento, a Patriarchæ videlicet Abrahami temporibus eſt repetenda: quemadmodum ſacræ ipſæ literæ, ac Doctores teſtantur. Legitur enim *in lib. Geneſeos cap.23.*, quod Abraham ab Ephron Athæo filio Soar, agrum emit, cum duabus ſpeluncis, in quarum una Abrahami Uxor nomine Sara, fuit tumulata, in altera vero ſucceſſivis temporibus fuerunt ipſius Abrahami, ejuſque filii Iſaachi, ac poſterorum corpora recondita, ut Doctores obſervant, inter quos *Polyan. Vergil. de invent. rer. lib.6. cap.6.*, *Barb. de jure Eccl. univ. lib.2. cap.9. n.4.*, *Jo. Boletbus in explicat. divinor. Offic. cap.19.*, *Catalan. in ſuis eruditis commentariis ad Pontific. Roman. d. tom.2. tit.6. n.1., & §.6. num.5.*, ac *Pignatel. d. conſul.19. num.22.*

10 Cœmeterium nihil aliud eſt, quam locus religioſus, benedictus, vel conſecratus ab Epiſcopo ad fidelium ſepulturam deſtinatus. *Durand. in ration. div. Offic. lib.1. cap.6.*, *Durant. de ritu Eccl. lib.1. cap.23.*, *Barb. de officio, & poteſt. Epiſc. part.2. allegat.27. n.29.*, *Pax Jord. d. tit.11. n.5. & ſeqq.* Notandum autem

eſt

eſt diſcrimen, quod inter locum religioſum jure civili, & locum 11
religioſum jure Pontificio attento, intercedit. Si enim primum attendas, locus religioſus ille dicitur, ubi Cadaver fuit tumulatum, vel etiam ipſius caput, velut pars principalis, & dignior, *§.9. Inſtit. de rer. diviſ., Leg.Cum in diverſ. ff. de relig. & ſumptib. funer.* Si ſecundum conſideres, locus religioſus non dicitur etſi corpus aliquod fidelis defuncti humatum fuerit, niſi ab Epiſcopo, vel alio facultatem habente, fuerit ad talem uſum deſtinatus, prævia benedictione, vel conſecratione: unde ſicuti benedictio, vel conſecratio locum efficit religioſum licet Cadavera nondum fuerint illata, ſic e contrario abſque illa locus remanet omnino 12
profanus, etſi Cadavera fidelium tumulentur: per *Text.in Can. In Eccleſiaſtico, ibique gloſſ. verbo Si terra, cau.13. qu.2. cap. Abolenda, ibique gloſſa, & Innoc. de Sepulturis, cap.Ad hæc de relig. dom., Card. in Clem. par.1. qu.7. in fine de Sepult., Gratian. diſcept. forenſ. part.1. cap.110. n.1., Pax Jord. loco cit. n.9.*

Celebria ſunt Romæ loca illa, quæ promiſcuo nomine appellari ſolent Sanctorum Martyrum Cœmeteria, vel Cathecumbæ, 13
de quibus devotiſſime ſcribit *D.Hieronymus*, ac præter alios *a Benedict. XIV.* citatos in ſuo Opere *de Canoniz. Sanctorum cap.27.*, *Jo. Bottar.* Biblioth. Vaticanæ Cuſtos, ac Summi Pontificis Cappellanus *in tom.1. Romæ ſubterraneæ, tum Marcus Antonius Boldeti* Canonicus S. Mariæ in Tranſtyberim, qui opus eruditum edidit, ſummopere commendatum ab eod. *Bened.XIV.* in ſua *Conſtit.* 43. incip. *Beatus Andreas §.12. tom.1. ſui Bullarii*. Quæ ſoluta oratione habet *D.Hieronymus in Commentar. ad cap.40. Ezechielis*, graphice expreſſit verſibus *in himno II. de Coronis*, Poeta *Prudentius*, ſequenti modo.

Haud procul extremo culta ad pomeria vallo
Merſa latebroſis crypta latet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per ampbractus luce latente docet.
Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,
Illuſtratque dies limina veſtibuli.
Inde ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nec obſcura loci per ſpecus ambiguum.
Occurrunt celſis immiſſa foramina tectis,
Quæ jaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
Arcta ſub umbroſis atria porticibus.
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur obſcuris per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem, luminibuſque frui.

Hæc

Digitized by Google

Hæc loca vulgo Cœmeteria, vel Cathecumbæ, ita a Gentilibus fuerunt excavata, & effoſa, in extrahenda communi arena, ac dicæarchea ad extruenda illa ædificia, quorum adhuc veſtigia ad-
14 parent, quæ poſtea fuerunt a primis Chriſtifidelibus ſanctificata, quemadmodum docet laudatus Pontifex in ſua epiſtola ad Capitulum, & Canonicos Eccleſię Bononienſis, *die* 20. *April.* 1745. edita, anno ſui Pontificatus quinto, incip. *Jam dudum* §.4. *verſic. Atque id*, impreſs. *in append. ad tom.*4. *ſui Bull.* In iſta enim, prout & in alia cæterarum Orbis partium, Cœmeteria, ſe ſe fideles ob metum perſecutionum recipiebant, ſuos conventus peragendi gratia, ita ut ibidem ſacræ etiam functiones a Summis Pontificibus, aliiſque Sacris Præſulibus perficerentur, ac cætera ad divinum Cultum, & ad eccleſiaſticam Diſciplinam pertinentia, executio-
15 ni demandarentur, eodemque tempore eccleſiaſticæ ſepulturæ donarentur defuncti, ſicut uno ore Doctores, atque Hiſtorici teſtantur: qua de re videri poſſunt *Clem. in lib.*6. *Conſtit. cap.* 29., *Athanaſ. in ſua apolog.*, *Caſſiodor. in lib.*5. *hiſtor. tripart. cap.*5., *Euſeb. lib.*6. *hiſtor. Eccleſ. cap.*13. *lib.*7. *cap.*11., *lib.*9. *cap.*2., ac alibi, ac plene *Onuphrius Panvinus de Romanæ Urbis Cæmeteriis*, ac præſertim *in append. ad Platinam*, tum *Catal. d. tit.*6. *ad* §.4. *n.*4., ac præcipue *Bened XIV.* in ſua citata epiſtola ad Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Bononienſis.

In hiſce Cœmeteriis, ſeu Cathecumbis ſola Chriſtifidelium corpora ſepeliebantur, tametſi *Baſnagio* hæc opinio minime ad-
16 rideat in ſuis operibus, cujus auctoritas omnino infringitur alia auctoritate eruditiſſimi *Dominici Georgii* in ſuo Opere *de Monogrammate Chriſti Domini*, tum etiam ſupra relati *Bottarii*, quos ſequitur *Benedictus XIV.* in ſuo Opere *de Canonizatione Sanctorum edit. Patav.*, atque in citata *Epiſtola* §.5. *verſ. Baſnagio*. Verum quamquam Chriſtianorum corpora relatis in locis ſepulta, Sanctorum eſſent corpora, ſanctitas tamen alicujus corporis, ex hoc
17 non probatur, quod e Cathecumbis erutum ſit, ſed abſolute confugiendum eſt ad evidentiſſima, & undique concludentia argumenta, & ſigna, ex quibus de hujuſmodi ſanctitate valeat apparere, juxta doctrinam, atque ratiocinium laudati Pontificis Optimi Maximi *in cit.* §.5.

Quamobrem, ut idem proſequitur in *d.* §.5.. ſi corpus alicujus ibi reperiatur cum proprio nomine, inquirendum erit, utrum habeantur illa ſigna, quibus talia corpora a primitivæ Ec-
18 cleſiæ Patribus diſtinguebantur. Etenim in Sepulchris Sanctorum ſuper collocabant ſigna indicantia ſanctitatem, non vero in Sepulchris illorum, quos uti Sanctos minime habebant. Signa autem, ex quibus Corpus alicujus Sancti a Corpore alterius Chriſtia-

ni

Digitized by Google

ni diſtinguitur, varia videri poſſunt præſertim apud eundem doctiſſimum Pontificem *Benedictum XIV.* in ſuo Opere *de Canonizatione Sanctorum cap.29. n.14. editionis Patavinæ*, & in cit. *Epiſtola* ad Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Metropolitanæ Bononienſis §. 8.

Tantæ virtutis, tantæque efficaciæ ſunt Cœmeteriorum Conſecrationes, Benedictioneſque, ut illas quandoque Deus miracu- 19
lis illuſtraverit: quemadmodum nobis ſuppeditatur exemplum in vita D.*Malachiæ* Epiſcopi Hiberniæ, de quo D. *Bernardus* ejuſdem vitæ Auctor, ſcribit in *Cap.17.*, quod poſtquam Sanctus Epiſcopus Cœmeterium conſtruxerat, illud ſolemni inauguravit benedictione, a Deo Optimo Maximo variis poſtea miraculis illuſtratum, itaut ſuo adhuc tempore iſta actitarentur. *Inde eſt* (ſunt verba d.Divi Bernardi apud *Catalan. d. tit.6. n.29.*) *quod de finitimis locis infirmos, & male habentes illo portare conſueverunt, & ſanantur multi*.

Quo vero primum tempore cœperint Cœmeteria conſecratione inaugurari, nil pro certo ex Scriptoribus erui poteſt. Ne- 20
gari tamen minime poterit, quod hujuſmodi conſecrationis uſus antiquiſſimus exiſtat, ut uno ore fatentur Doctores, ac præſertim 21
Catalan. d. tit.6. de benedict. Cœmeter. n.25., ubi refert teſtimonium *D. Gregorii* Turonenſis Epiſcopi de Cœmeteriorum conſecratione mentionem habentis in *lib.de gloria confeſſorum cap.106.*, laudat. a *Stephano Durant. lib.1. de ritib. Eccleſ. Cathol. cap.23.* Sæculis autem ſextum, quo Divus Gregorius vivebat, ſubſequentibus, paſſim occurrunt harum conſecrationum exempla a *Catalano d. tit.6. n.26.* relata.

Hujus conſecrationis ordinarius Miniſter, non alius agnoſci debet, quam diœceſanus Epiſcopus, vel alius prævia Ordinarii 22
licentia, *ad textum in cap.2. & cap. Aqua 9. de conſecr.Eccl.*, *Azor. Inſtit. moral. part.2. lib.9. cap.6. qu.1.*, *Pax Jord. elucubrat. lib.5. tit.11. n.8.*, *Catal. d. tit.6.* paſſim. Ita tamen, ut ſi extraneus Epiſcopus abſque diœceſani licentia Cœmeterium conſecraverit, conſecratio hujuſmodi illicita quidem fiat, ſed locus idoneus pro ſepultura dicendus ſit, tum religioſus ac ſacer, quidquid contra ſentiant *Azor. cit. qu.1.*, *& Pax Jord. d. n.9.* Cæterum, ſi de Cœ- 23
meterio non conſecrando, ſed benedicendo agatur, cum talis benedictio non ſit Epiſcopali ordini reſervata, poteſt Epiſcopus vel per ſe, vel per alium etiam ſimplicem Sacerdotem, hoc miniſterium adimplere, quemadmodum hac in re communis eſt Do- 24
ctorum ſententia, & Ritualis Romani clara diſpoſitio.

Differt inſuper Cœmeterii benedictio a conſecratione: quandoquidem in illa perficienda debet ſimplex Sacerdos, vel etiam

Prælatus inferior ab Epiſcopo delegatus, uti Rituali Romano,
25 non vero Pontificali: cum Pontificalium uſus in conſecratione, vel ſolemni benedictione ab Epiſcopo ſervandus, ordini Epiſcopali ſit reſervatus, requirens juriſdictionem in loco, ubi exer-
26 ceantur hujuſmodi Pontificalia, juxta notata a Rotali Auditorio *dec.26. n.2.* impreſſa *in Mantiſſa apud Card. de Luca de juriſd.*, *&* *cor.Falcon. de offic.Ordin. dec.11. n.3.* adeoque omnino prohibetur tale exercitium ſimplici Sacerdoti, vel etiam Prælato inferiori,
27 Epiſcopali ordine, juriſdictione, ac privilegio ad hoc ſpecialiter conceſſo, minime donato, *gloſſ. in Cap.Sicut plantare verb.Pleno jure de privil.*, ibique *Butr. n.16.*, *&* *Dec. n.12.*, *Vaneſpen. in jur. Eccleſ. univ. part.4. tit.31. cap.60. n.4. & ſeq.*, *Lotter. de re beneſ. lib.1. qu.24. n.11. & ſeq.*, quibus conſonat decretum *Alexandri III.* de voto Sacræ Congregationis Rituum anno 1699. relatum per extenſum a *Panimol. dec.30. annot.1. n.7.*, *& ſeq.*, *Monacell. formul.4. ſub n.33. tit.13. tom.2.*, *Card. Petra ad Conſtit.6.Urbani IV. ſub n.53.*, quodque a Sacra Rota pluries deciſum fuit, ut videre eſt *in dec.21. n.1. cor.Falcon. de off. Ordin.* Sed dicti Abbates ex privilegio habent jus Pontificalium intra ambitum
28 propriæ Eccleſiæ, vel Monaſterii, *ex citatis auctoritatibus*.

Diſcrepat ſimili modo benedictio a conſecratione Cœmeterii, in hoc, quod in illa Crux una tantum eſt benedicenda, erigendaque in medio Cœmeterii, at viceverſa in iſta, ſeu in conſecra-
29 tione, quinque ſunt benedicendæ, conſecrandæque Cruces, in Cœmeterio ſemper duraturæ: una videlicet in medio, & quatuor e quatuor Cœmeterii partibus figendæ, erigendæque, ut conſtat ex Pontificali Romano apud *Catalanum d. tom.2. tit.6.* §.1., ubi ſic legitur = *Die præcedenti ponuntur in Cœmeterio benedicendo quinque ligneæ Cruces, videlicet una altior in medio, & quatuor aliæ, quæ ad ſtaturam hominis ſint, quarum una in extremitate Cœmeterii ante Crucem mediam, alia in alia extremitate Cœmeterii retro Crucem mediam, tertia in tertia extremitate a dextris, & quarta in quarta extremitate Cœmeterii a ſiniſtris Crucis mediæ: & ante quamlibet in dictis quinque Crucibus ponitur, ſeu figitur in terram aliquod lignum in ejus ſummitate aptum ad effigendum illi tres candelas, trium unciarum quamlibet, vel circa, ſcala, ſuper quam aſcendens Pontifex poſſit attingere ſummitates ipſarum Crucum, vas magnum aquæ plenum benedicendæ, vas cum ſale*. Laudatuſque *Catalanus in d.* §.4. *n.1.* tria ad hanc rem illuſtrandam profert Manuſcripta Pontificalia, unum videlicet Gullielmi Durandi, alterum Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi, qui vivebat ſæculo 13., tertium Eccleſiæ Romanæ anno circiter CD., quod in Bibliotheca Golbertana aſſervatur.

Ra-

Rationes, quibus Cœmeteria ſacris cœremoniis expiari ſo-
lent, ac in illis præſertim figi Cruces, variæ a Doctoribus affe-
runtur, quarum una eſt, ut inde inferorum monſtra abigantur,
cum iſtorum ſæpe in monumentis ſedes, ac domicilium habea-
tur, quemadmodum Divus *Chryſoſtomus* aſſerit *homil.*35. *in Mat-
thæum*, in cujus *cap.*8. verba hæc ſunt: *Cum veniſſet* (Jeſus) *trans
fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæ-
monia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut nemo poſſet
tranſire per illam viam*: Sed illa, quæ mihi videtur principalior
ratio quoad cruces, in hoc poſita eſt, ut videlicet tranſeuntes via-
tores Crucis erectæ ſigno admoneantur, eos, qui inibi conditi
ſunt, in Chriſto Domino requieſcere, & in ipſius Chriſti Jeſu fide 30
hanc lucis uſuram reddidiſſe: juxta obſervationem *Patri Cotoni in
ſua catholica inſtit. lib.*2. *cap.*48., & *Catalani d.tit.*6. *n.*30.

Priſcis Eccleſiæ temporibus ſolebant in cœmeteriis Cruces
depingi, prout in cœmeteriis Romanæ Urbis, hodiernis etiam
temporibus nonnullæ conſpiciuntur in veneratione ſemper ha- 31
bitæ, de quibus videre eſt *Marcus Antonius Buldethus* in ſuo opere
de cœmeter., quem refert *Catalan. d. tom.*2. *tit.*19. *n.*1. Quando
vero uſus incœperit Cruces in cœmeteriis conſecratis, aut be-
nedictis figendi, erigendique, nihil, quod extra dubitationis
aleam ſit poſitum, erui poteſt a Scriptoribus, cum hujuſmodi 32
origo ignoretur. Inconcuſſum tamen eſt, quod ſæculo Eccleſiæ
duodecimo jam iſte uſus obſervaretur: quemadmodum *Labbeus*, 33
relatus a *Catalano d. tit.*6. *n.*2., nobis ſuppeditat exemplum in
*tom.*12. *Concilior. colum.*1268. *edit. Venet.*, ubi duæ habentur epi-
ſtolæ Callixti II. ad Matiſconen., & Cabilonenſem Epiſcopos, qui-
bus ſe Trenoſtienſis Monaſterii Altaria, & Cœmeteria benedixiſ-
ſe, memorat.

De Cruce in Cœmeterii medio firmiter figenda, clare docet
Concil. Mediolanenſe 14. *ſub D. Carol. Borromæo, anno* 1576. cele-
bratum, *Concilium Aquenſe anno* 1585., ac *Concilium Avenionen-
ſe anno* 1594. habitum, ut videre eſt *Catalan. d. tit.*6. §.12. *n.*7.
Solent in nonnullis Cœmeteriis, cujuſmodi illa ſunt Patrum Car-
tuſianorum, ut Romæ obſervatur, ad capita defunctorum figi, &
erigi modicæ altitudinis ligneæ Cruces: quod a vetuſtiſſimis tem- 34
poribus derivatum nemo non percipit, quotieſcumque animad-
vertat jam quinto Eccleſiæ ſæculo morem fuiſſe, ut in Cœmete-
riis, vel extra illa Cruces ad defunctorum capita locarentur, bene-
dictione Epiſcopi primum ſacratæ: ut videre eſt *Catalan. d. tit.*6.
§.1. *n.*3. 5. 6.

Hanc praxim, & conſuetudinem, Divi Patricii, Hiberno-
rum Apoſtoli, temporibus vigentem, uſu quaſi generali rece-

ptam fuiſſe, ſæculo circiter decimo tertio, ut in quocumque loco
extra cœmeterium Chriſtianus ſepeliretur, illius capiti crux po-
35 ni deberet, tradunt inter cæteros *Jo. Beletbus de explicat. divin. of-*
fic. cap. 29., *Durand. in ration. divin. offic. lib. 7. cap. 35. n. 39.*, ac
laud. *Catal. d. tit. 6. §. 1. n. 5.* Sed quidquid ſit de hiſce crucibus
ad defunctorum caput erectis, nil iſtæ habent commune cum illis,
quæ in Cœmeterii benedictione, aut conſecratione ſunt neceſſa-
rio erigendæ.

De tempore, ac die, quo Cœmeterii conſecratio, aut bene-
dictio peragi debeat, nil in jure cautum legitur, adeoque vel fe-
riali, vel feſtivo die hoc poterit miniſterium ab Epiſcopo adim-
36 pleri. Decentius tamen erit, ſi feſtivo die peragatur: eodem
modo, quo ſupra diximus de Eccleſiæ, & Altarium conſecra-
tionibus, *tit. 1. n. 50.*, & *tit. 2. n. 59.* Sed hic poſtremo notandum,
quod inter cætera, ſi in conſecrando, benedicendove Cœmete-
rio, infidelium corpora fortaſſe humata fuerint, debent, ſi ab
aliis diſcerni poſſunt, prius exhumari, atque projici, quemadmo-
37 dum de conſecranda Eccleſia diximus *in cit. tit. 1. a n. 45.*, *Gloſſ.*
in cap. Eccleſiam 28. de conſecr. diſt. 1. & in cap. Sacris de ſepult. verb.
Exhumari, *Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 6. qu. ult.*, *Pax*
Jord. d. lib. 5. tit. 11. n. 18., *ac Ventrigl. in praxi d. part. 1. an-*
not. 17. §. 2. n. 29.

Cœmeteriorum conſecratorum rariſſimus eſt numerus, ob
eam rationem, quod exitu inſpecto, nil refert, utrum Cœmete-
38 ria ſint conſecrata, vel benedicta, cum parimodo apta ſint ad fi-
delium ſepulturam, iiſdemque privilegiis fruantur: non ſecus atque
39 de conſecrata, vel benedicta Eccleſia ſuperius notavimus *in cit.*
tit. 1. a n. 33. Dato autem caſu, quo Cœmeterium ab Epiſcopo,
aliove legitimam habente facultate fuerit conſecratum, juris no-
ſtri inconcuſſum principium eſt, non poſſe amplius nova inaugu-
40 rari conſecratione, arg. *cap. Eccleſia 20. de conſecr. diſt. 1.*, *cap.*
Propoſuiſti eod. tit., ac paſſim *Pax Jord. d. lib. 5. tit. 11. n. 20.*, *Ca-*
talan. d. tom. 2. tit. 7. n. 1. Niſi legitima, juſtiſſimaque ſuperve-
41 nerit cauſa, novam conſecrationem inducens, ex citatis aucto-
ritatibus.

Cauſæ, ob quas Cœmeterium denuo poteſt conſecrari, eæ-
42 dem ſunt, de quibus in Eccleſiæ, vel Altaris conſecratione dixi-
mus. Quarum prima eſt, ſi fuerit conſecratum abſque debita for-
ma, & materia ab Eccleſia præſcripta, neceſſario, ac ſubſtantia-
43 liter in huiuſmodi miniſterio ſervanda. Quo in caſu prior conſe-
cratio perinde habetur, ac ſi facta minime fuiſſet; quandoquidem
actus ille, qui in radice nullus eſt, non eſt proprie actus, ſed pro
44 non facto omnino habetur, juxta Rotalem doctrinam *in dec. 693.*
n. 2.

n.2. par.4. diverſ. dec.728. n.5. cor. Dunoz. Sen., & in Romana Supplementi legitimæ 14. Jan. 1757. §.5. cor. Stadion.

Secunda tunc habebitur, quotieſcumque fuerit conſecratum
a Miniſtro legitima facultate deſtituto, ſeu Apoſtolico privilegio,
aut Epiſcopali ordine minime inſignito. Tunc enim iſte conſe- 45
crationis actus ipſo jure nullus erit, ad text. *in cap. Aqua 9. de conſecr. & cap. Quanto de conſuet. nec non* §. 8. *ſeu 7. epiſt. 1. Bened. XIV.*
ad P. Abb. Engelbertum, incip. *Ex tuis precibus*, impreſſ. *in tom. 4.*
ſui Bull. Conſecratio enim Cœmeterii, non minus ac Eccleſiæ,
vel Altaris, eſt Epiſcopali ordini annexa, ut præ cæteris docet 46
Catalan. d. tit. 7. §. 1. n. 1., ac conſequenter deficiente in conſecratore hac Epiſcopalis characteris qualitate, & ipſa conſecrationis validitas deficiat neceſſe eſt, velut medium ad ipſam conſecrationem efficiendam neceſſarium.

Quod ſi ab alieno Epiſcopo ulla abſque Pontificis delegatione, vel diœceſani licentia, fuerit conſecratum, non amplius
poterit iterum conſecrari, eo quod conſecrationis actus illicitus 47
quidem erit, ſed validus; arg. §. 2. *tum* 8. *ſeu 7. dictæ Conſtit. Benedictinæ: Ex tuis precibus.* Enim vero interdictum quidem eſt a
ſacris Canonibus, & a Concilio Tridentino, in aliena diœceſi Pontificalia exercere, abſque ſpeciali diœceſani licentia: nec non
pœnæ contra eumdem Epiſcopum indicuntur, privatio videlicet 48
exercitii eorumdem Pontificalium, ad text. *in cap. Tua nos de conſecr. Eccl., cap. Omnia de pœnit., Concil. Trid. ſeſſ. 6. de reform. cap. fin., & ſeſſ. 14. de reform. cap. 7.* At nullibi legimus, quod per decretum irritans, tales actus Pontificaliter geſti, non ſolum illiciti, ſed & invalidi dicendi ſint. Quin refragetur Imperator in 49
l. 5. cod. de legib., ubi declaratur, ipſo jure nullum eſſe, quod
contra legis prohibitionem factum perhibeatur: nimis enim generalis eſt hujuſmodi regula, variiſque ſubdita exceptionibus, &
& ad materiam, in qua verſamur, minime traducenda; adeoque
ob hujuſmodi irritantis decreti defectum erit quidem illicita conſecratio, ſed omnino valida.

Rem illuſtrabo exemplo. Ante quam matrimonium in facie
Eccleſiæ contrahatur, tenetur Parochus, niſi aliter Epiſcopus judicaverit, tribus diebus feſtivis inter Miſſarum ſolemnia publice
in Eccleſia, denunciationes emittere, de proxime inter denominatas perſonas contrahendo, ut, ſi quod inter futuros conjuges
pateat impedimentum, debeat ab iis, ad quos notitia pervenerit 50
manifeſtari. Ex Concilio Lateranenſi in *cap. 3. de cland. deſponſ.*,
ac melius *ex Concilio Tridentino in ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrimonii.* Quod ſi Parochus etiam data opera has omiſerit denunciationes, talis omiſſio efficiet quidem matrimonium illicitum, ſed
vali-

51 validum, ob defectum irritantis decreti. *Sanchez de matr. lib.3.*
diſp.5.n.3., Urſaya diſcept. Eccleſ. part.2. diſcept.14. n.86. De Ju-
ſtis, ubi alii, de diſpenſ. matrim. lib.2. de matrim. clandeſt. cap.19.
n.29. & 116., ac pluries Sacra Congregatio Conciiii, ac præſer-
tim in una *Hieracen.1587. lib.5. decret. pag.30., & in Placentina*
3. Febr.1725. ad 1. dub., pag.127. tum *Rota dec.433. n.13. par.14.*
recent., & cor. Card. Scotto in una Placentina matrimonii 15. Mar-
tii 1718.

At ſi vices vertantur, debet matrimonium in facie Eccleſiæ
coram proprio Parocho, vel alio de proprii Parochi licentia, tum
52 etiam duobus, aut tribus teſtibus celebrari, juxta præſcriptum
Tridentinorum Patrum *in cit. cap.1. de reform. matrim. ſeſſ.24.*
Quod ſi matrimonium aliter fuerit celebratum, non ſolum erit
illicitum, ſed etiam omnino invalidum, tamquam peractum con-
53 tra decretum Tridentinum, decreto irritanti innixum: ut uno
ore fatentur Doctores, ac Sacra Congregatio Concilii pluries de-
claravit, præſertim *in Mutinen. matrimonii 18. Novemb. 1702.*,
ut videre eſt *in ſupplemento Reſolutionum ſub annum 1741.*, juxta-
que ea, quæ habentur *in folio 10. Maii 1760. in Anconitana §. An-*
conitana in fine, plurieſque Sacra Rota id definivit, ut *cor. Her-*
rera deciſ.2. n.4., deciſ.29. n.8., ac ſignanter *in Compoſtellana*
10. Jan.1747. §.8., & 10. cor. Canilliac., ut melius alio in loco vi-
dendum.

Tertia cauſa novam conſecrationis inaugurationem ſuadens
eſt, quando merito ambigimus umquam fuiſſe Cœmeterium con-
54 ſecratum, arg. *Can. 6. Concil. Cartagin. V. anno 398.* celebrati,
cap.3. tit.25. Concilii Lateran., & §.2.4. & 5. Conſtit.57. Bene-
dict. XIV., tom.4. ſui Bull. Eaque propter ſi de Eccleſiæ conſecra-
55 tione aperte conſtet, de illa vero Cœmeterii nullum habeatur pro-
bationis argumentum, poteſt ullo abſque ſcrupolo conſecrari, ſe-
cus ac male opinetur *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.2. cap.9. n.8.*,
aſſerens conſecrata Eccleſia, & Cœmeterium cenſeri conſecratum.
Etenim Pontificale Romanum diverſos omnino ritus, diſtinctaſ-
que formas præſcribit pro utriuſque conſecratione, ut videre ple-
ne eſt *apud Catalan. tom.2. tit.2., & tit.6.* Unde quamquam a Pon-
tificali Romano forma præſcribatur pro Eccleſiæ, & Cœmeterii
conſecratione, non eſt tamen præſumendum, quod Epiſcopus
utrumque conſecraverit: cum nullum habeatur præceptum, quo
Epiſcopus poſt Eccleſiæ conſecrationem, debeat & Cœmeterium
illi contiguum conſecratione inaugurare.

Neque refert, quod Cœmeterium Eccleſiæ contiguum, di-
56 catur ejuſdem Eccleſiæ acceſſorium, per *Text. in cap. un. de con-*
ſecr. Eccl. in 6., Ugol. de offic. Epiſc. cap.29. §.6. n.2., Catal. ut
ſup.

ſup. tit. 8. n. 1., ac Rot. dec. 348. n. 15. par. 11. Recent. : Natura autem acceſſorii ea ſit, ut ſui principalis qualitates ſequatur ex generali notiſſima regula *L. Cum principalis ff. de reg. jur.*, *cap. Acceſſorium eod. tit. in 6.*, *Rot. in Romana*, *ſeu Hortana Pecuniaria ſuper Relevatione* 11. *Junii* 1751. §. 1. *cor. Molino*, ac alibi paſſim. Ex hoc enim non ſequitur, quod etiam Cœmeterium ſit judicandum conſecratum, cum Eccleſiæ, & Cœmeterii conſecrationes in facto conſiſtant, cumque una conſecratio diverſa ſit ab altera, &
una ſine altera poſſit conſiſtere, ita ut, quod de Eccleſia ſtatuitur 57
non ſit extendendum ad Cœmeterium, quamvis illi annexum, quia
ſeparationem inter ſe ſe quoad actum conſecrationis recipiunt, ut 58
in alia ſimili ſpecie tradunt *Bellem. in cap. Præterea n. 7. verſ. Quinto ad quintam regul. col. 4. de offic. deleg.*, ac *Pacian. de probat. lib. 1.*
cap. 16. n. 26. & eod. lib. 1. cap. 27. ſub n. 17. ubi ait Cœmeterium 59
eſſe quidem annexum Eccleſiæ, non tamen eſſe Eccleſiam, & *Rot. dec. 125. n. 3. par. 9. tom. 1. Rec.*, ubi deciditur acceſſorium ſequi ſuum principale, & illius qualitates aſſumere, quando illud per ſe
non poteſt ſubſiſtere, ſecus vero ſi ſit ſeparabile. Cœmeterium 60
autem fuiſſe, vel non fuiſſe conſecratum probari poteſt ex iiſdem
fere fontibus, ex quibus, Eccleſiarum, vel Altarium conſecratio- 61
nes probari poſſe diximus.

Ultima cauſa, ob quam Cœmeterium nova poteſt illuſtrari
conſecratione, locum habet, quando illud execrari contigerit. 62
Execratur itaque Cœmeterium quando vi, ac petulantia, aliave de
cauſa deſtruitur, illiuſque forma omnino immutatur. Item ſi 63
publica Superioris Eccleſiaſtici auctoritate profanetur, alieneturque juſto id exigente titulo, in aliis quoque locorum ſacrorum 64
profanationibus, atque alienationibus neceſſario, per Text. *in cap. Quia ſemel cau. 19. qu. 3.*, *can. Semel Deo de reg. jur. in 6.*, *Antonin. in ſumma part. 3. tit. 12. cap. 2. §. Silveſter verbo Eccleſia 2. n. 7. qu. 5.*, ac *Rota in Ulixbonen. Cœmeterii coram Card. Pamphil. deciſ. 707. n. 4. part. 3. Recent.* Nomine autem Superioris Eccleſiaſtici nullum alium intelligo, quam Summum Pontificem, aliumve 65
ad id ſpeciali illius delegatione munitum, itaut profanatio, & alienatio Cœmeterii facta ab Epiſcopo, aliove Ordinario abſque Pon-
tificia delegatione, ipſo jure nulla ſit, ut declaravit *Rota dicta de-* 66
ciſ. 707. num. 4. contra Archiepiſcopum Ulixbonenſem, qui præter Eccleſiam D. Rocchi, Cœmeterium illi contiguum per ſententiam latam profanare, alienareque auſus fuerat.

Nec reponas, quod Ordinarius Eccleſiam illam, quæ ob Parochianorum inopiam amplius nequit reædificari, vel quæ inſtaurari, ac neceſſariis amplius non valet provideri, ad Eccle-
ſiam matricem, ſeu viciniorem transferre poteſt, iſtamque 67
pro-

profanare, ac alienare, ut habetur in Concilio Tridentino *ſeſſ.7. cap.8., ſeſſ.21. cap.7. verſ. Parochialis de reform.*, tum in *noſtra* 1. *parte, tit.9. num.7.*, ac præſertim *in tit.10. n.72.* Iſta enim facultas, quæ Ordinariis competit ex Tridentino Concilio uti Sedis Apoſtolicæ delegatis, nullo modo extendi debet ad caſum, quo de agimus, cum ſub dicta Tridentini Concilii diſpoſitione minime
68 comprehendantur Cœmeteria, præſertim ſi Cœmeterium tale non adpareat, qualis Eccleſia, ad *Text. in Leg.4. §.Toties ff. de damn. infecto, ac Rot. d. deciſ.707. n.2.* Sunt enim, uti jam vidimus. Eccleſia, & Cœmeterium inter ſe omnino diverſa, neque ſub illius appellatione iſtud venire poteſt, neque quod de Eccleſia ſtatuitur, debet etiam de Cœmeterio intelligi ſtatutum.

Præter juſtam cauſam, ſine qua fieri nequit Cœmeterii pro-
69 fanatio, & alienatio, ac conſequenter execratio, & Apoſtolicam auctoritatem, requiruntur ſolemnitates a jure præſcriptæ in bonorum Eccleſiaſticorum, ſacrorumque alienationibus, ne talis actus ipſo jure nullus, atque irritus evadat, per *cap. Sine exceptione cau.12. qu.2.*, *Dec. in auth. Qui rem num.21. Cod. de Sacroſ. Eccl., & conſ.142. n.4. in princ.*, *ac Rot. d. dec.707. num.5. part.3. Rec.*;
70 Adeoque inter alia vocari debent ii omnes, quorum intereſt tale Cœmeterium non execrari, ſeu non profanari, alienarique, arg. *d. cap.7. Concil. Trid. ſeſſ.21. de reform., Pariſ. conſil.45. n.6. lib.4., ac Rot. d. dec.707. n.2. in fine, & in Ferretrana Parochialis 3. Julii 1689. cor. eod. Card. Pamphilio*.

Si crucibus ſuperſtitibus, muri Cœmeterium concludentes, etiam majori ex parte corruerint, & reædificentur, reſtaurenturve, nulla contingit execratio, ſecus vero ſi cruces ignem patian-
71 tur, vel alia de cauſa in nihilum redigantur, aut ita notabiliter frangantur, ut priori uſui amplius nequeant inſervire. Conſecratio enim non tam in muris Cœmeterii conſiſtit, quam in crucibus, ſine quibus conſecrari nequit, neque etiam ſubſiſtere: quod non militat in muris, ſine quibus conſecrari, vel benedici, aut conſiſtere valet Cœmeterium. Finis, ob quem Cœmeteria muris ſolent circumcludi, is præcipuus eſt, ut a cohærenti ſitu, & loco profano diſtinguantur, ut locus religioſior, & decentior adpareat,
72 atque impediatur, ne ob animalia Cadaverum oſſa detrimentum patiantur, juxta mentem Patrum Colonienſis Synodi ſub Rodulpho Imperatore, *cap.11.*, quemadmodum refert *Pignatell. conſult.59. n.34. tom.5.*

Conſecrata Cœmeteria minime execrantur per quamcumque tametſi facinoroſorum hominum profanationem; his etiam pro
73 receptaculis, immo propugnaculis ad aliorum offenſionem utentium: eo quod Cœmeteriorum ſubſtantia, atque forma hiſce non obſtan-

obſtantibus haud quaquam immutetur. Contra hos tamen deperditos, petulanteſque homines maxime invehunt Sacra Concilia, atque graviſſimis cenſurarum pœnis ſtudent iſtorum audaciam, improbitatemque coercere: quemadmodum legitur *in cit. cap.* 11. 74
Colonienſ. Synodi, ubi prohibetur ne ſub pœna excommunicationis a Laicis cujuſcumque conditionis, ac ſtatus fuerint, Eccleſiæ, vel Cœmeteria *incaſtellentur*, *Pignatell. d. conſult.* 59. *n.* 36.

Nulla equidem tam effrænata ex gentibus omnino barbaris fuit, quæ Sepulchrorum, ac Cœmeteriorum rationem habendam 75
eſſe non duxerit: ut idem *Pignatelli* obſervat *d. n.* 36. Tanta religione, tantoque reſpectu digna ſemper habita fuerunt Sepulchra, ac Cœmeteria apud Romanos, tametſi ethnicos, ut latis legibus contra illorum violatores infamiæ notam inflixerint, præſcripſe- 76
rintque, ut videre eſt apud *Ulpianum in lib.* 47. *tit.* 12. *Leg.* 1. *ff. de Sepulchro viol.*: Graviſſimas quoque pœnas in eos præſcripſerint, qui petulanter e Sepulchro columnam vel dejeciſſent, vel fregiſſent, ut in *Leg.* 5. *Cod. de Sepulchr. viol.*, imo capitali etiam 77
pœna eos affecerint, qui e Sepulchro Cadavera, vel alia transferre, aut contrectare auſi fuerint, prout *in Leg. ult. ff. eod. tit, & in* 78
Leg. 4. *Cod. eod. tit.*: Unde merito chriſtianos homines decebit Cœmeteria, ſeu publicæ Sepulturæ loca ut ſacra, religioſaque habere, neque ullo modo permittere, ut improborum petulantia pro- 79
fanis uſibus violentur. *Pignatell. dicta conſultat.* 59. *num.* 35.

Si Eccleſiam execrari contigerit, non inde tamen execrabitur Cœmeterium, quamquam illi contiguum, & acceſſorium, 80
adhuc ſuo in primævo ſtatu perſeverans, unde illa, non vero iſtud novam expoſtulabit conſecrationem; eo quod conſecratio Eccleſiæ diverſa omnino ſit ab illa Cœmeteriorum, ratione formæ, & materiæ a Romano Pontificali præſcriptæ: ut ſupra jam demonſtravimus. Quin refragetur, quod [Cœmeterium ſit acceſſorium Eccleſiæ, & ſic naturam ſequi debeat ſui principalis, ex 81
Bald. Ad cap. Ad audientiam num. 11. *de Reſcript.*, *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 18. *n.* 20., *& præſumpt.* 127. *n.* 27., *ac Rota in Camerinen. Manutentionis ſuper Damnis* 10. *Maii* 1751. §. 3. *coram Canilliac*, ac pluries alibi. Nam hæc regula fallit in præſenti, in quo verſamur, caſu ubi locum habet altera, quod vitiato principali non intelligatur vitiatum acceſſorium, quotieſcumque non eſt cum principali individuum, arg. *Auth. Liberi furioſi Cod. de Epiſc.* 82
aud., *cap. Debitores de jurejur.*, *cap. Licet eod. in* 6., *Menoch. de arbitris lib.* 5. *qu.* 22. *num.* 16. Nec etiam movet, quod Cœmeterium tali relatione, atque connexitate donatum eſt cum Eccleſia, ut ſine 83
iſta neque dari, neque ſubſiſtere valeat. Id enim a præſenti themate alienum, verum quidem eſt quoad effectum attenta juris

84 diſpoſitione: ut obſervat idem *Pacian. de probat. lib.1. cap.26. n.26., & cap.28. n.15.*, quatenus non datur Cœmeterium, ubi
non datur Eccleſia, & Populus, ab ipſa Sacramenta, aliaque divina ſuſcipiens, poſt mortalis vitæ curriculum debitæ Sepulturæ
tradendus: ad *Text. in Can. Placuit cau.13. qu.2.*, *Gloſſ. in Can. Ubicumque ead. cauſa, & qu.*, tum *in cap.2. verbo Eccleſia de ſepulturis*, juxtaque a nobis tradita in *parte 1. tit.3. de erectione Parocb. n.134. & ſeqq.*, ac alibi.

Si Cœmeterium ſive conſecratum, ſive benedictum, pollui
85 contigerit, quod eodem jure, ac modo cenſetur, *per gloſſ. in cap. ult. de conſecr. Eccleſ. verbo Benedicta*, non poſſunt amplius ante
86 illius reconciliationem fideles ſepeliri. Quod ſi de facto fuerint ſepulti, exhumari non debent, niſi ſint excommunicati, vel inter-
87 dicti non tolerati, ut docet *Abb. in cap. fin. de conſecr. Eccleſ.*, *Card. in Clem.1. de Sepult.*, *Navar. conſ.27. n.176.*, *Suarez de*
88 *cenſur. diſp.35. ſect.1. n.20.* Polluitur Cœmeterium iiſdem modis, quibus Eccleſia, *Gloſſa verbo Polluta, in cap. un. de conſecr. in 6.*, ibique *Archid. in cap. Conſuluiſti n.2. eod.*, *Angel. verbo Conſecratio Cæmeterii n.1.*, & alii communiter. Differt autem pollutio Cœmeterii ab illa Eccleſię, in hoc, quod polluta Eccleſia, pollui-
89 tur quoque Cœmeterium illi contiguum, non vice verſa, per *textum in cap. un. de conſecr. Eccleſ. in 6.*, *Piaſec. in praxi par.1. cap.5. n.6.*, *Durand. in ration. divin. Offic. part.1. cap.6. num.45.*, *Alter. de cenſur. diſput.2. cap.2.*, *Catalan. ad Pontific. Roman. tom.2. tit.8. de reconcil. Cæmeterii ſine Eccl. reconcil. n.1. & ſeq.*, *Ferraris Bibl. Canon. verb. Eccleſia n.62. 63.*

Contiguum dicitur Cœmeterium, quando tangit Eccleſiæ
90 parietes, & nullo medio ſeparatur. Nam contigua dicuntur, quorum extrema ſe ſe tangunt, per *Gloſſ. in cap. Si Civitas in fine*
91 *de ſent. excomm. in 6.*, *verbo contigua*, *& in d. cap. un. de conſecr. Eccleſ. in 6.*, *Pacian. de probat. lib.1. cap.26. num.30.*. Et *Ariſto-*
92 *tiles in lib. Phyſicor.* contigua ea dicit, quorum terminus eſt unus, continua vero, quæ unum corpus conſtituunt. Aqua v.g. in vaſe dicitur continua reſpectu ſui, ſed reſpectu vaſis dicitur contigua, & concordat *d. gloſſa verbo Contigua in cap. Si Civitas*, ubi pariter ſtatuitur, quod interdicta Eccleſia cenſetur quoque interdictum
93 Cœmeterium illi contiguum, *Ugol. de offic. Epiſc. cap.29. §.2. n.2.*, *Pax. Jord. lib.5. tit.12. n.92.*, ac cæteris omiſſis *Giballin. de juriſd. in ferend. cenſuris conſecr.2.* Ideo autem polluta Eccleſia, cenſetur quoque pollutum Cœmeterium, quia in caſu in quo verſamur,
94 Cœmeterium cenſetur ejuſdem Eccleſiæ acceſſorium ad *d. cap. un. ibique gloſſa de conſecr. Eccleſ. in 6.*, *& cap. Acceſſorium de reg. jur. pariter in 6.*, *Pax Jordan. d. tit.12. n.91.*, ac alii communiter, juxta-

juxtaque *Rotalem deciſ. in Abulen. Beneficii ſuper Sequeſtro* 25. *Junii* 1759. §. *fin. cor. Canilliac.*

Quamobrem reprehendi poteſt *Arcbid. in Can. Si quis contumax cau.*17. *qu.*4., & cum eo *Ancbar. in Can. Cum Eccleſia in* 2. *notat. de immun. Eccleſ.*, aſſerentes in iis caſibus in quibus Cœmeterium polluitur, in iiſdem quoque pollui Eccleſiam eo quod hæc 95
duo ſint inter ſe connexa, itaut uno polluto, & aliud polluatur neceſſe ſit. Quamvis enim habeamus regulam, quod in connexis idem judicium ferendum eſt, ut notat *Imol. in Leg. Sed ſi filio n.*4. *de vulg. & pupill*, *Bald. in cap. Cum tranſlato n.*1. *de conſtit.*, *ac* 96
*Rot. cor. Molin. deciſ.*675. *n.*25. Id tamen verum, quotieſcumque connexio inter unum, & alterum inſeparabilis eſt, atque in- 97
dividua, *Gloſſ. in cap. Præterea in fine de offic. & pot. Jud. deleg.*, cum cæteris auctoritatibus jam ſupra relatis *in num.*58. 60. Quod omnino fallit in præſenti themate reſpectu Cœmeterii, & Eccleſiæ, quæ quamquam ſint inter ſe connexa, & contigua, quoad effectum tamen pollutionis ſunt ſeparabilia, juxta obſervat. *Gal-* 98
lem. in cit. cap. cum tranſlat. de conſtit., *& Pacian. de probat. lib.*1. *cap.*26. *num.*26. Repugnat inſuper, quod Cœmeterii polluti qualitates afficiant illas Eccleſiæ, quæ principalis eſt, cum ignoret nemo principale ſui acceſſorii qualitates, & naturam minime ſe- 99
qui, & nihil iſtud in illud influere: per tradita *a Bald. in Leg. Ex pupill. ff. de vulg. & pupill.*, *ac Pacian. d. lib.*1. *cap.*27. *n.*23.

Argumentatio autem, qua utuntur *Arcbid. & Ancbar.* in locis citatis, deſumpta a privilegiis, ac immunitate, admittitur in iſtiuſmodi caſu, cum eadem inſit ratio, idemque ſit de Cœmete- 100
rio, ac Eccleſia judicandum, quacumque exploſa diſtinctione inter Cœmeterium contiguum, ac ſeparatum ab ipſa Eccleſia, *cap. Is, cui de ſent. excom. in* 6. Sic eadem fruitur immunitate confugiens ad Cœmeterium, qua frueretur confugiens ad Eccleſiam, attenta 101
juris diſpoſitione: quia iiſdem privilegiis fruitur Cœmeterium, quibus & ipſa Eccleſia, *Can. ſi quis contumax, & ſeq. cau.*16. *qu.*4., 102
cap. Conſuluiſti ibique Gloſſa verbo Cæmeteria, *cap. Immunit. de immunit. Eccleſ. ibique Hoſtien. n.*1. *verſ. Eccleſiis*, *Abb. n.*2. *Fagnan. num.*2., *& gloſſa in cap. Cum Eccleſia eod. tit. verbo Cæmeterii*, ibi = *Quæ eodem privilegio gaudent cum Eccleſiis* = Dixi = *attenta juris diſpoſitione* = Nam juxta hodiernam diſciplinam Summorum Pontificum, ac Supremorum Principum concordatis innixam certum eſt nulla gaudere immunitatis prærogativa illa Cœmeteria, quæ ab Eccleſia ſejuncta proponuntur, ex notatis apud Illuſtriſſimum *Tria ad concordatum inter S. Sedem*, *& Carolum Regem Neapolis*, *cap.*2. *art.*22. *n.*2. *&* 3., *& cap.*2. *art.*26., ac alibi.

Quæ cum ita ſint, polluto Cœmeterio, ſive contiguo, ſive

103 remoto, iſtud tantummodo erit reconciliandum, non autem Ec-
cleſia, ut aliter ſentientes ſuſtinent *Archid. & Ancharan. in locis
citatis*, contendentes in iis caſibus, in quibus Cœmeterium eget
reconciliatione, in iiſdem & illa egere Eccleſiam. At e contrario
ſi Eccleſia polluatur, & cum ipſa Cœmeterium contiguum, &
illa, & iſtud nova egebunt diſtincta reconciliatione: *Synod. Tu-*
104 *ſcul. an.*1763. *part.*1. *cap.*14. *art.*2. *n.*2. Quin audiri debeant ii,
inter quos *Geminian. in cap. un. de conſecr. Eccl. in 6.*, *Vgol. de
offic. Epiſc. cap.*29. §.8. *n.*4., *& ſeqq.*, *Galgan. de jure, publ. lib.*3.
105 *tit.*108. *n.*37. *& ſeq.*, *Barb. de jure Eccl. lib.*2. *cap.*9. *ſub n.*11.;
qui tenent, quod ſi Cœmeterium per ſe non polluatur, ſed per Ec-
cleſiam; reconciliata Eccleſia, & Cœmeterium cenſendum ſit re-
conciliatum: Clara enim, omnibuſque patens eſt diſpoſitio Ri-
tualis, ac Pontificalis Romani, præſcribentis modum, ac ritus
ſervandos in reconciliatione Cœmeterii cum Eccleſia non in re-
conciliatione Cœmeterii ſine illa: ut obſervare eſt apud *Catal.
tom.*2. *tit.*7. *&* 8. Quæ ſupervacanea prorſus forent rubricarum,
ac rituum diſcrimina, ſi, ut dd. Auctores autumant, reconciliata
Eccleſia, & Cœmeterium eſſet reconciliatum: quod ſanæ mentis
nemo dixerit. Ritualia enim, ac Pontificalia Romana, quippæque
antiquis Eccleſiæ inſtitutis, & Sacrorum Canonum decretis compa-
cta, ac Summorum Pontificum Conſtitutionibus, & Auctoritati-
bus confirmata, ſumma prudentia, maturoque judicio fuerunt ad-
106 inventa, atque inducta, & ſic religioſe ſunt obſervanda, *Baruffald.
in Comment. ad ritual. Rom. tit.*2. *n.*2. *&* 1., *Rot. coram Figue-
roa in Melevitana Aſſociationis Funerum* 9. *Decemb.* 1754. §.3., ac
alibi paſſim.

Si vero non unum, ſed plura ſint Cœmeteria Eccleſiæ conti-
gua, quamvis polluta Eccleſia cenſeantur quoque & iſta pol-
107 luta: attamen polluto uno ex hiſce Cœmeteriis non ſunt dicenda
108 etiam alia polluta, quia unumquodque proprio jure utitur, per
text. in d. cap. un. in fine, *& gloſſ. fin.* ibi = *Licet acceſſorium ſequa-
tur principale contiguum, non tamen ſequitur acceſſorium conti-
guum* = unde locum habet illud vulgare adagium = *Par in pari* =
L. Ille §. Tempeſtivum ff. ad Trebell., *Vgol. d. cap.*29. §.6. *n.*3.,
*Pax Jord. loc. cit. n.*45. Equidem ſunt inter ſe diviſa, & ſeparata,
109 licet pateat aditus unius ad alterum per januam inter mediam,
d. cap. un. in fine, adeoque uno polluto, alia etſi contigua non
polluuntur, quia ſeparabilia, ob receptiſſimam juris regulam,
110 quod in dividuis, & ſeparabilibus utile, per inutile non vitiatur.
Cap. Vtile de reg. jur. in 6., *Gemin. conſ.*97. *in fine verſ. Non ob-
ſtat. Rota cor. Emerix Jun. dec.*85. *n.*10. *cor. Lancetta deciſ.*402.
*n.*3., *& in Ferrarien. teſtamenti* 7. *April.*1758. §.16., *&* 73. *co-
ram Herreros.*

Cœme-

Cœmeterii polluti conſecrati reconciliatio, ſi jus commune
attendas, ad ſolum pertinet Epiſcopum, ad *cap. Aqua* 9, *de con-* 111
ſecr. Eccleſ., *cap. Conſuluiſti eod.*, *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.* 2.
cap. 9. *n.* 11. *& ſeq.*, ubi refert decretum Sacræ Rituum Congre-
gationis, *Ugol. d. cap.* 24. §.8., *Catalan. ad Pontific. Rom. d. tom* 2.
tit. 7. §.1. *n.* 1. *& ſeqq.* Jure tamen privilegiato quicumque Sacer-
dos capax eſt hujuſmodi miniſterii. Sic omiſſis cæteris exemplis, 112
Canonici Baſilicæ Vaticanæ, nempe Prior, Decanus, & Altari-
ſta, etſi Epiſcopali charactere non inſigniti, poſſunt, dummodo
utantur aqua ab Epiſcopo benedicta, polluta Cœmeteria ejuſdem
Baſilicæ, vel aliarum ad eam pertinentium Eccleſiarum, recon-
ciliare, ex indultis *Innoc. VI.*, & *Urbani VIII.*. quæ refert, &
confirmat *Bened. XIV.* in ſua *epiſtola* 1. *ad P. Engelbertum*, incip. *Ex
tuis precibus* §.11., *in append. ad tom.* 4. *ſui Bull.*, & in ſua *Con-
ſtit.* 59. incip. *Ad honorandam* §.8, *in fine*, *eod. tom.* 4.

Verum ſi ſermo ſit de ſimplici reconciliatione facienda, pol-
luto Cœmeterio, quod ab Epiſcopo conſecratum non fuerit, ſed
benedictum, poteſt ſimplex Sacerdos non ſolum ex delegatione
Epiſcopi, ſed etiam propria auctoritate, & cum aqua a ſe exor- 113
cizata, ſeu benedicta, ac luſtrali, hoc peragere miniſterium,
Azor. inſtit. moral. part. 2. *lib.* 9. *cap.* 6. *qu.* 5., *Ugol. d. cap.* 9, §.8.
n. 4., *Pax Jord. d. tit.* 12. *n.* 165., *Pignatell. conſult.* 171. *n.* 9. Quo
in caſu diligenter exequetur ea, quæ in Romana Rubrica præſcri-
buntur, cum pro lege ſervari debeat quidquid in Rubrica, ſeu
Rituali Romano ſtatuitur. *Pignatell. tom.* 1. *conſult.* 83. *n.* 11. *&* 28., 114
Pan moll. dec. 1. *annot.* 3. *n.* 4., ec *Rota cor. Clemente in Capuana,
ſeu Caſertana proceſſionum ſuper præcedentiis*, 13. *Jun.* 1747. §.6.,
& coram Eminentiſſimo Buſſio in Conſtantien. ſubſidii parochialis 9.
Jun. 1755. §.14.

Cum plurimum interſit Cœmeterium pollutione affectum,
quam citiſſime reconciliari, ut fidelium corpora ſepulturæ tradi
valeant. ex ſuperius demonſtratis: ideo a ſacrorum Canonum
conditoribus nil peculiare fuit diſpoſitum circa tempus, quo pe-
ragi debeat illius reconciliatio. adeoque quocumque tempore ſive
feriali, ſive feſtivo iſta compleri, abſolvique poterit, juxta do- 115
ctrinam *Catal. d. tit.* 7. §.1. *n.* 1. Hinc patet diſcrimen, quod in-
tercedit inter conſecrationem, & reconciliationem Cœmeterii.
Nam illa, quamvis quocumque tempore, ac die adimpleri va-
leat, pro majori tamen loci, ac miniſterii reverentia, & decore,
populique concurſu, ac devotione, opportunius eſt, ut feſtivo
die peragatur: ut ſupra demonſtravimus *n.* 36. Iſta e contrario 116
abſque ullo limitato tempore, ullaque majoris decentiæ, popu-
lique concurſus ratione fieri poteſt, atque perfici.

Enim

Digitized by Google

Enim vero neceſſitas conſecrandi Cœmeterium feſtivo potius, quam feriali tempore, eſt neceſſitas, ut ajunt, cauſativa, quæ in iis ineſſe dicitur, quæ obligant, ac movent ex ratione
117 convenientiæ, ac decoris, ut in alia ſpecie docuit *Card. de Luca in annot. ad diſc.* 130. *de regul. verſ. Verum in fine*, ut *in ſupplem. lib.* 2. *part.* 1. *pag.* 17. At viceverſa neceſſitas reconciliandi Cœmeterium quocumque tempore eſt neceſſitas præciſa, & abſoluta,
118 cum ante dictam reconciliationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi nequeant defunctorum cadavera, quæ dilationem temporis minime patiuntur: *ex ſupra demonſtratis*.

TITULUS IV.

De Conſecratione Rerum Eccleſiaſticarum.

SUMMARIUM.

1 *Conſecratio Rerum ad divinum, & Eccleſiaſticum cultum neceſſariarum multiplex eſt.*

2 *Conſecrationes Rerum aliæ vere & proprie tales ſunt, aliæ improprie, & lato modo.*

3 *Illæ ſtricte loquendo, conſecrationes, ſive benedictiones dicuntur.*

4 *In conſecrationibus Rerum præter formam, & ritus ab Eccleſia præſcriptos, ſacra unctio Chriſmatis requiritur: ſecus vero in illarum benedictionibus.*

5 *Vaſa pro conficienda Euchariſtia, ſunt Calices, & Patenæ.*

Et iſta vaſa proprie dicuntur ſacra. Ibid.

6 *Uſus Calicis eſt antiquiſſimus, & a Chriſti temporibus repetendus.*

7 *Tempore Apoſtolorum, aliiſque ſequentibus, non unus fuit uſus Sacrorum Calicum.*

8 *Vel enim calicibus ligneis, aut vitreis, vel pretioſis etiam, aureis, argenteis, gemmatis utebantur.*

9 *Antiquis Eccleſiæ temporibus in uſu quoque erant calices ex ære, vel criſtallo, aut etiam ex cornibus, aliave ſimili materia confecti.*

10 *Miſſa celebrari amplius nequit, niſi in calicibus aureis, vel argenteis.*

11 *Ratione tamen paupertatis, adhiberi poſſunt calices ſtamnei.*

12 *Sacerdotes græci uti poſſunt aureis, argenteis, vel ſtamneis calicibus ſuper ſuis Antimenſiis, vel Corporali de lino candido, & altari mundis*

dis veſtimentis operto, decentive paratu ornato.
13 *Uti nequeunt in Miſſa miniſterio mulierum.*
14 *Patenæ quare ſic dictæ, & quid ſint.*
15 *Uſus Patenarum antiquiſſimus eſt, atque a temporibus Apoſtolorum repetendus.*
Apoſtoli æque ac Calices, Patenas etiam ligneas adhibebant. Ibid.
16 *Priſcis temporibus adhibebantur quoque Patenæ ex ære, vel cornibus, vitro, aliave ſimili materia confectæ.*
17 *Erant etiam in uſu Patenæ aureæ, vel argenteæ, & hæ magni ponderis, ita ut nonnullæ 30 libris conſtarent.*
Nunc vero parvæ ſunt. Ibid.
18 *Patenæ debent eſſe aureæ, vel argenteæ.*
19 *Ratione paupertatis fieri poſſunt ex ſtamno, immo ex ære, vel ſimili.*
Ratio eadem non ineſt in Patena, quæ in Calice. Ibid.
20 *Calices, & Patenæ, anteaquam adhibeantur, debent ab Epiſcopo conſecrari.*
21 *Non cenſentur conſecratæ ob Miſſam a Sacerdote bona fide habitam.*
Doctores aliter ſentientes reprehenduntur. Ibid.
22 *Quæ pendent ab Inſtitutione Eccleſiæ non poſſunt ſuppleri, niſi eo modo, & ritu, quem Eccleſia determinavit.*
23 *Sacramentum Eucharistiæ longe eſt nobilius unctione Chriſmatis.*
Solvitur objectum. Ibid.
24 *Conſecratio Calicis, & Patenæ de jure ſpectat ad Epiſcopum, cum illius ordini ea ſit reſervata.*
25 *Epiſcopi nequeunt id demandare ſimplici Sacerdoti, vel Prælato inferiori.*
26 Benedictus XIV. *conſecravit Calices* DCCCCXCI., *& Patenas* MCL.
27 *Summus autem Pontifex poteſt tale officium cuicumque voluerit committere.*
Res illuſtratur exemplis. Ibid.
28 *Abbates, aliive Prælati uſum habentes Pontificalium poſſunt ex privilegio conſecrare Calices, & Patenas pro uſu ſuarum Eccleſiarum tantummodo.*
29 *Epiſcopus ut Sedis Apoſtolicæ delegatus poteſt illos aliter facientes interdicere ab ingreſſu Eccleſiæ, vel ab uſu Pontificalium ſuſpendere.*
30 *Inter vaſa pro cuſtodienda Eucharistia recenſetur Pixis.*
31 *Olim ſolebat pixis eſſe lignea.*
32 *Nunc debet eſſe aurea, vel argentea, vel ex alia materia pretioſa confecta.*
33 *In caſu paupertatis poteſt eſſe ſtamnea, vel ærea.*
34 *Non poteſt fieri ex materia, ex qua vermes oriatur.*
35 *Ubi pixis non poteſt haberi aurea, ſed tantum argentea, vel ſaltem illius cuppa, debet intus deaurari.*
36 *Antea quam in ea SS. Sacramentum includatur, debet conſecrari, ſi ita poſtulet loci con-*

conſuetudo, aut peculiaris Conſtitutio.

37 *Licet pixis non debeat eſſe conſecrata ex præcepto Eccleſiæ, conveniens eſt, ut id fiat, cum debeat Corpus Chriſti contingere.*

Imo vix excuſatur peccato, qui in pixide non conſecrata hoſtias, ac particulas ponit. Ibidem.

38 *Sed hæc opinio multis cum Auctore non adridet, aſſerentibus ſufficere, ut ſit benedicta.*

39 *Pixis, in qua SSmum Eucbariſtiæ Sacramentum aſſervatur, debet intra cuſtodiam, ſeu Tabernaculum recondi.*

40 *Iſtudque Tabernaculum diligenter eſt cuſtodiendum.*

Praxis diligenter, magnaque cum cura cuſtodiendi SSmum Sacramentum Eucbariſtiæ jam ab initio naſcentis Eccleſiæ ſolebat obſervari. Ibid.

41 *Hiſpinianus hæreticus* de origine cœremoniarum, & rituum pag.91. *aſſerens poſt Concilium Lateranenſe IV. cœpiſſe in Templis parari Tabernacula pro cuſtodiendo Sacramento Eucbariſtiæ refellitur.*

42 *Certiſſimum enim eſt a Chriſtianæ Religionis primordiis aſſervari in Templo Eucbariſtiam cœpiſſe.*

43 *Vetus quoque fuit mos, ut in columbis aureis, vel argenteis in forma Spiritus Sancti ſuper Altare appenſis divina Eucbariſtia ſervaretur.*

44 *Antiquitus ſolebat infirmus partem hoſtiæ ſuſcipere, & partem conſervabat, ut cum ea ſepeliretur.*

Id deinde fuit a variis Conciliis interdictum. Ibid.

45 *Item ſolebat olim in calicibus aureis, vel argenteis ſub Altaris fornice appenſis Eucbariſtia includi.*

Vel in vaſe aureo, aut argenteo in modum turris, ſeu caſtelli. Ibid.

46 *Corpus Domini non in armario ſub crucis titulo componendum olim erat, ſed in Altari: in arcula tamen, ſeu cuſtodia ſuper Altari includebatur.*

Nunc in medio Altaris ſuo cum Tabernaculo apponi debet. Ibid.

47 *Tabernaculum antequam adhibeatur, benedici debet.*

Materia, forma, ornatus, & cuſtodia deſignantur Tabernaculi. Ibid.

48 *Sacramentum Eucbariſtiæ in Eccleſiis præſertim Cathedralibus retineri non debet in Altari majori. Et quare.*

49 *In Tabernaculo ſola Pyxis, in qua Sacramentum Eucbariſticum continetur, retineri, aſſervarique debet.*

50 *Ante oſtiolum Tabernaculi vas florum, aliudve ſimile, retineri nequit.*

51 *Ante Tabernaculum, in quo Eucbariſtia continetur, una ſaltem lampas continuo collucere debet.*

52 *Aliud datur Tabernaculum* portatile, *vulgo* Oſtenſorium, *quod agendis Proceſſioni-*

ſionibus, vel exponendæ ſacræ Hoſtiæ uſui eſt.

53 *Debet tale Oſtenſorium benedici, antequam adhibeatur.*
Oſtenſoria celebriora indicantur. Ibid.

54 *Linteamina Sacrificii ad Pallas, Corporalia, & Mappas reduci ſolent.*
Palla, proprie loquendo, illa dicitur, quæ Calici in Sacrificio Miſſæ ſuper imponitur. Ibid.

55 *Corporalia ita dicuntur, quia in illis reponitur, & continetur Corpus Chriſti.*
Unde nomen recepit, quaſi Corporis Chriſti in Altari indumentum. Ibid.

56 *Pallæ confici debent ex lino, nil tamen refert, ſi in extremis partibus ſerico, vel auro contexantur.*
Item Corporalia, non tamen ſerico, vel tincto panno confici poſſunt. Ibidem. *Et datur ratio.*

57 *In caſu tamen neceſſitatis fieri poſſunt ex canape, vel etiam ex lino goſſipio.*

58 *Mappæ, quarum uſus eſt antiquiſſimus, confici debent ex lino, non autem ex lana, vel ſerico*. Et n.59.
In caſu tamen neceſſitatis confici poſſunt ex canape, vel ex lino goſſipio. Ibid.

60 *Mappæ debent eſſe benedictæ.*
Idemque dicatur de Pallis, & Corporalibus. Ibid.

61 *Conſecratio Pallæ, & Corporalis in locis hìc citatis improprie ſumitur pro benedictione: & ſic verbum* ſacratum *pro* benedicto.

62 *Corporale dici ſolet ſacratum ob ipſum Euchariſtiæ contactum, olei tamen ſacram unctionem minime requirit.*

63 *Ornamenta Sacerdotalia, & Altaris hìc indicata, debent ab Epiſcopo, vel alio habente facultatem benedici.*

64 *Abbates, aliique Regulares ex privilegio hæc benedicere tantum poſſunt pro uſu ſuarum Eccleſiarum.*

65 *Palliolum, quo Altaris frons ornari ſolet, nullam habet peculiarem benedictionem.*
Unde commendabilis eſt benedictio cum univerſis paramentis, & ornamentis facta. Ibid.

66 *Idemque dicatur de Candelabris.*

67 *Candelabra confici poſſunt ex quacumque materia.*

68 *Poſſunt eſſe plura, quam quatuor, non tamen minora.*

69 *Limita in Miſſis ſolemnibus, ubi ſex adeſſe debent.*

70 *Item in Miſſis Pontificalibus, ubi ſeptem requiruntur.*

71 *Cruces fieri poſſunt ex quacumque materia.*

72 *Forma benedicendi Cruces diverſa eſt, juxta illarum qualitatem.*
Benedictio novæ Crucis ex ligno, adhiberi nequit pro illa novæ Crucis ex metallo, aliave materia confectæ. Ibid.

73 *Crux duplicis generis eſſe ſolet.*
Utraque exponitur. Ibid.

74 *Parva Crux cum imagine Sanctiſſi-*

ctiſſimi Crucifixi poſita ſuper Tabernaculum Sanctiſs. Eucbariſtiæ, non eſt ſufficiens in Miſſa, ſed alia poni debet.

75 *In Altari, in quo adeſt magna Statua, vel Imago Crucifixi, vel in quo exponitur Sanctiſſimum Eucbariſticum Sacramentum, dum celebratur, Crux parva debet collocari.*

Limita, ſi contraria vigeat conſuetudo. Ibid.

76 *Imagines pariter requiruntur ad Altarium ornatum, in ſuis caſellis collocatæ, vel tabulis pictis, ut coram ipſis fideles vota ſua Deo fundant.*

77 *Imagines ob varias cauſas ab Eccleſia permittuntur.*

78 *Primo, Imagines rudibus, & indoctis libri ſunt: quod enim nec auribus, nec mente percipere valent, id oculis percipiunt.*

79 *Secundo, fideles Imaginibus viſis, magis ad devotionem, compunctionem, & affectum alliciuntur.*

80 *Tertio, quia D. O. M. plura miracula propter illas operatur.*

81 *Quarto, quia fidelium oculis proponantur ad imitationem, ut Sanctorum virtutes imitentur, quando tanta gloria a Deo donari conſpiciuntur.*

Apud Romanos Imagines ad imitationem proponebantur. Ib.

82 *Imagines nequeunt in Eccleſia exponi, niſi prius fuerint ab Epiſcopo examinatæ, & approbatæ.*

83 *Imago inſolita reprobatur: quæ nempe veritati ſacrarum Scripturarum, traditionum, aut Eccleſiaſticarum biſtoriarum adverſetur.*

84 *Imago B. M. V. non poteſt depingi cum ſtola, ſive amiculo nigri coloris, ſed cum ſtola cerulea.*

85 *Ante quam in Altaribus collocentur, debent ab Epiſcopo, vel de ejus facultate benedici.*

86 *Imagines apud Græcos conſecrantur, ſacra Chriſmatis unctione.*

87 *Olim bæc praxis vigebat in Eccleſia Latina, ac Romana.*

Lupus in tom. 3. in ſua diſſertatione de ſeptima Synodo generali cap. 5., *ſcribens bunc morem etiam bodie in quibuſdam Italiæ Eccleſiis ſervari, non auditur*. Ibid.

Poſt emendationem, præſertim Romani Pontificalis, ubi nulla fit mentio inungendi Imagines ſacro Chriſmate, omnes Eccleſiæ latinæ Epiſcopi illas tantum benedicunt. Ibid.

88 *Aqua baptiſmalis ſolet conſecrari cum Sacra Chriſmatis, & olei cathecumenorum infuſione.*

89 *Limita in baptiſmo non ſolemni, ſeu extraordinario, facto urgente neceſſitate, ubi ſimplex aqua naturalis ſufficiens eſt.*

90 *Aqua baptiſmalis conſecrata dicitur etiam benedicta, non tamen omnis aqua benedicta dici poteſt conſecrata.*

91 *Aqua*

91 *Aquæ benedictæ quatuor ſunt genera: quæ explicantur.*

92 *Olea pro conſecrationibus, & Sacramentis conficiendis neceſſaria, conſecrari quoque debent, ac benedici.*

Horum tria ſunt genera. Chriſma nempe, oleum cathecumenorum, & oleum Infirmorum. Ibidem.

93 *Sacrorum oleorum natura, & uſus diſtinctus omnino eſt.*

94 *Chriſma quando adhibeatur, oſtenditur.*

95 *Electus in Pontificem conſecrandus eſt, ſi antea nondum erat conſecratus.*

Res illuſtratur exemplo Clementis VIII., Clement. XI. & Clementis XIV. Ibid.

96 *OleumCathecumenorum,quod benedictum dicitur, quando adhibeatur, oſtenditur.*

97 *Oleum Infirmorum, nempe ſimplex oleum olivarum ab Epiſcopo benedictum, quando adhibeatur, oſtenditur.*

98 *Olim dabatur aliud olei genus, quod a Summis Pontificibus, aliiſque viris ſanctitate conſpicuis benedicebatur, pro expellendis morbis, vel Dæmonibus ab Energumenis.*

99 *Chriſma, materialiter ſumptum, non ſimplex oleum eſt, ſed olei, & balſami mixtura Epiſcopali miniſterio, certis, ſtatiſque cæremoniis, ac ritibus peracta.*

100 *Hæc compoſitio, & mixtura ſuo non caret miſterio.*

Nam per oleum nitor conſcientiæ, per balſamum odor famæ deſignatur, ac exprimitur. Ibidem.

101 *Deficiente vero balſamo permiſerunt Pontifices, ut liceret uti pro conficiendo Chriſmate, quodam fragranti ſucco, ſeu liquore, qui communiter pro balſamo accipitur.*

102 *Græci præter oleum, & balſamum alia admiſcent aromata, ac inſuper alias fragrantium herbarum ſpecies, quæ numero ſunt viginti tres;*

103 *Hæc omnia a Catholica Eccleſia tolerantur, dummodo oleum, & balſamum, velut materia neceſſaria, adhibeatur.*

104 *Fuit olim error Armeniorum, qui non ex balſamo, ſed ex butyro ſacrum Chriſma conficiebant.*

105 *Græci in conficiendo Chriſmate utuntur quoque Muſco.*

106 *Muſcus in Eccleſia Latina adhibetur, dum a Pontifice Roſa aurea benedicitur in Dominica* Lætare.

107 *Hæc nuncupari ſolet Dominica* De Roſa: *& quare.*

108 *Debet chriſma cum oleis cathecumenorum, & infirmorum confici ſingulis annis ab Epiſcopo feria quinta in Cœna Domini, juxta antiquiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem*

109 *Græci cum Latinis conveniunt, ut Chriſma conficiatur ſeu conſecretur ab Epiſcopo.*

110 *Permittitur conſuetudo, ut Patriarcha una cum Epiſcopis Chriſma conſecret, & Metropolitanus cum ſuis Suf-*

fraganeis, atque ſic confe-ctum ad inferiores Provin-cias tranſmittatur.

111 *Eccleſia Romana, ante quam Orientales ab ea deſciſce-rent, ſolebat annuatim Chriſ-ma mittere Conſtantinopoli-tanis.*

112 *Olea cathecumenorum, & in-firmorum a Presbyteris græ-cis in ipſa oleorum, & ſacra-mentorum exhibitione confi-ciuntur, ſeu benedicuntur.*

113 *Limita ſi contraria vigeat conſuetudo fideliter ab ipſis ſervanda.*

114 *Epiſcopo abſente, vel impe-dito poſſunt ſacra olea ab Epi-ſcopo viciniore recipi.*

115 *Sacra olea, ac præſertim Chriſma fieri debet ab Epi-ſcopo in Eccleſia Cathe-drali.*

Eccleſia enim Cathedralis eſt cæterarum Diœceſeos Eccle-ſiarum Caput, & Matrix. Ibidem.

Tum etiam quia hujuſmodi fun-ctio debet fieri pontificaliter in Miſſæ ſacrificio. Ibidem.

116 *Limita ſi juſta concurrat cau-ſa, ob quam poteſt Epiſcopus id conficere in alia ſibi ſubdi-ta Eccleſia.*

117 *Romæ Sacra Olea conficiun-tur a Cardinali Vicario, vel ejus Viceſgerente in Baſilica Lateranenſi, utpote quæ Summi Pontificis Eccleſia pro-pria, & cæterarum Urbis, & Orbis capite.*

118 *Hæc quoque peragere poteſt in Baſilica D. Petri, ejus Cardinalis pro tempore Ar-chipresbyter.*

119 *Canonici Cathedralis Eccle-ſiæ non debent dedignari eſſe teſtes, & cooperatores Epi-ſcopo in ſacrorum oleorum functione.*

Ipſi enim uti Confratres, & Conſiliarii Epiſcopi tenentur eidem in pontificalibus fun-ctionibus aſſiſtere, atque in-ſervire. Ibidem.

120 *Imo, ſi Epiſcopus id expedire judicaverit, poteſt unum, vel plures ex ſingulis Collegia-tis Canonicos ſuæ Diœceſis vocare, ut hujuſmodi functio-ni aſſiſtant.*

121 *Pontificale Romanum nume-rum Presbyterorum præſcri-bens non prohibet, nec arcet Canonicos a præſtanda aſſi-ſtentia Epiſcopo in Sacrorum Oleorum confectione.* Et num. 122.

In caſu neceſſitatis permittitur, ut cum minori aſſiſtentium numero Sacra Olea confi-ciantur. Ibidem.

123 *Nomine Presbyterorum, de quibus Pontificale Roma-num, æque comprehenduntur Canonici, qui primi Ordinis Presbyteri in jure nuncu-pantur.*

124 *Conſuetudo, qua etiam Ca-nonici in dignitate conſtitu-ti functioni Sacrorum Oleo-rum vocantur, & interve-niunt, debet diligenter cu-ſtodiri.*

125 *Cum hujuſmodi functio te-ſtes, & Cooperatores egregios exi-*

Digitized by Google

exigat, ne ipſi quidem Parochi ab hac aſſiſtentia eximi poſſunt, ſi ab Epiſcopo vocati fuerint. Et num. 126. *ubi ampliationes ponuntur*.
127 *Parochi Sæculares, ac Regulares, aliique animarum Rectores, tenentur quam primum provideri a proprio Epiſcopo, ſeu Cathedrali Eccleſia Sacris Oleis recenter confectis*. Et numer. 129.
Vetera, quæ remanſerunt, comburi debent. Ibid.
128 *Parochus uti nequit vetere Oleo ſancto, vel Chriſmate, antequam novum habeatur*.
Limita in caſu neceſſitatis. Ib.
Immo aliud poteſt veteri infundere, dummodo in minori quantitate. Ibid.
130 *Indultum Pontificium conceſſum Regularibus recipiendi Chriſma, & Sacra Olea a quocumque Catholico Antiſtite, illis non tribuit juriſdictionem etiam activam in Clerum, & Populorum*.
131 *Presbyteri, ſeu Parochi Græci ſuſcipere nequeunt Chriſma, præterquam a Catholico Antiſtite*.
Tum a nullo catholico Antiſtite, præter quam a ſuo Epiſcopo Latino Ordinario, ſeu Diœceſano. Ibid.
132 *Sacra autem Olea non tenentur ab illo recipere, niſi contraria vigeat conſuetudo*.
133 *Eccleſia non Parochialis quamquam retinere valeat SSmum Sacramentum, & Oleum Sanctum, Chriſma tamen retinere nequit*.
Eaque propter a Cappellano non Curato exigi nequit. Ibidem, verſ. Eaque propter.
134 *Pro Sacris Oleis nil exigi poteſt abſque labe Symoniaca*.
Amplia non obſtante contraria conſuetudine, & quacumque nominis mutatione. Ibidem, *ubi rationes redduntur*.
135 *Uſura ſemper eſt illicita etſi vel lucrum, vel emolumentum, vel pœna in fraudem nuncupetur*.
136 *Explanatur reſolutio Sacræ Congregationis Concilii* in Conſtantien. Jurium Parochialium 18. Decemb. 1762. ad 4 dub. in f.
137 *Conſuetudo immemorabilis inducit præſumptionem cujuſcumque tituli, privilegii, ac beneplaciti Apoſtolici*.
138 *Ponuntur limitationes*. Et num. 139.
140 *Campanæ, quæ etiam* Cloccæ, *vel* Nolæ, *vel* Signa *dicuntur, originem ducunt a Campania in Regno Neapolitano*.
141 *Quo tempore adinventæ, cujuſque opera fuerint introductæ, adhuc ignoratur*.
Reprobantur ſuſtinentes fuiſſe adinventas a S. Paulino Epiſcopo Nolano. Et unde illorum error potuerit proficiſci, demonſtratur. Ibidem.
142 *Elegans enigma de Campana a quodam Poeta conceptum*.
143 *Campanarum uſus multiplex*,

plex, & ad plura introductus.

144 *Campanæ debent ab Epiſcopo primum benedici, ſeu conſecrari.*

145 *Baronius non admittitur exiſtimans Campanarum benedictionem, ſeu conſecrationem originem duxiſſe* a Joanne XIII. anno 968., *ubi Campanam Lateranenſem ſacris ritibus Deo conſecravit, nomenque S. Joannis Baptiſtæ impoſuit.*

146 *In conſecratione Campanæ præter Oleum Infirmorum requiritur ſacrum Chriſma.*

147 *Campanæ dum conſecrantur ſolent dici baptizari.*

Nemo tamen credat eas baptizari eo baptiſmo, quo remiſſio fit peccatorum. Et redditur ratio. Ibidem.

Etiam Eccleſiæ cum dedicantur dicuntur baptizari. Ibid.

148 *Olim præter Campanas benedicebantur Turres, quas vocant Campanarias.*

149 *Non ſolum Reliquiæ recundebantur, verum etiam Altaria erigi ſolebant in honorem S. Michaelis Archangeli.*

150 *In ſummitate Crucis Campanario impoſitæ, galli gallinacei effingebatur figura, quæ Eccleſiarum Rectores de vigilantia admoneret.*

151 *In Gallicana Eccleſia Campanæ benedicuntur etiam a Parochis, eorumque Vicariis abſque licentia Epiſcopi.*

152 *A Romana Eccleſia, ut omnium matre cæteræ pendere debent in obſervatione præſertim Pontificalium Rituum.*

153 *Attento Romano Pontificali campanarum benedictiones, ſeu conſecrationes peragi nequeunt, quam ab Epiſcopo.*

Neque ab ipſo id ſimplici Sacerdoti, aliive Prælato inferiori demandari poteſt. Ibid.

154 *Abbates Regulares, aliive Prælati inferiores nequeunt conſecrare Campanas abſque ſpeciali Indulto, etiam pro uſu ſuarum Eccleſiarum.*

155 *Simplex benedictio Campanæ facienda abſque chriſmatis unctione, poteſt ab Epiſcopo committi etiam ſimplici Sacerdoti.*

Diſcrimen inter Campanæ benedictionem ab Epiſcopo, & inter illam a ſimplici Sacerdote factam adducitur. Ibid.

156 *Res ad Divinum, & Eccleſiaſticum Cultum neceſſariæ, rite, recteque ſemel conſecratæ, ac benedictæ, nequeunt amplius conſecrari, benedicique.*

Limita ſi execrari eas contigerit. Ibid.

157 *Vaſa ſacra nempe Calices, & Patenæ execrantur 2. modis.*

158 *Primo, quando notabiliter franguntur, itaut non amplius ſint apta ad uſum Sacrificii.*

Calix dicitur notabiliter fractus quando in eo ſanguis Chriſti nequit amplius commode contineri, Vel ſi pes a cuppa fixus per fractionem ſeparetur. Ib.

159 *Limita in Calicibus amovibili-*

bilibus, & tornatilibus.

160 *Item ſi aliquot ictus a Fabro paſſus fuerit Calix.*

161 *Patena dicitur notabiliter fracta, quando ſacram Hoſtiam commode amplius capere nequit.*

162 *Campanæ execrantur quando ita notabiliter frangantur, ut proprio uſui amplius nequeant inſervire.*

163 *Secundo execrantur Vaſa ſacra per deaurationem, novamque inaurationem.*

In ſuperficie enim Calicis, & Patenæ forma conſecrationis inducitur. Ibidem.

164 *Limitatio datur: item ratio, ob quam per ſimplicem, non vero novam, deaurationem minime execrentur.*

165 *Eccleſia non execratur ſi dealbetur.*

166 *Conſecratio Eccleſiæ conſiſtit in parietum cruſtis.*

167 *E contrario Calix, & Patena unctione Chriſmatis in exteriori ſuperficie adbibita, conſecratur.*

168 *Ornamenta Sacerdotalia, Eccleſiæ, & Altaris, iterum ſunt benedicenda, ſi ita frangantur, ut inſervire amplius nequeant, aut non amplius retineant formam.*

169 *Non debent in profanos uſus converti, ſed comburi, & cineres in loco decenti reponi.*

170 *Patres Congregationis Oratorii S. Philippi Nerei, ſeu S. Mariæ in Vallicella de Urbe commendantur.*

171 *Corporalia ſi lav entur, non ſunt iterum conſecranda, ſeu benedicenda.*

172 *Ampliatio datur.*

173 *Res ſacræ, Deoque dicatæ, non ſunt amplius in profanos uſus convertendæ.* Et numer. 176.

174 *Limitatio traditur.*

175 *Si Vaſa ſacra juſtis de cauſis vendantur Laicis, debent prius execrari.*

Limitatur concluſio. Ibidem.

177 *Exponuntur cauſæ, quibus res ſacræ vendi, aut oppignorari poſſunt.*

178 *Calices, Libri, aliave ornamenta Eccleſiæ, vel Altaris, capi, & occupari nequeunt a Collectoribus decimarum Beneficialium ex cauſa pignoris, vel diſtractionis.*

179 *Vaſa ſacra polluuntur per criminoſam humani ſanguinis, aut ſeminis effuſionem.*

180 *Debent ab Epiſcopo reconciliari, antequam adhibeantur.*

181 *Si Vaſa ſacra, ornamenta Sacerdotalia, Eccleſiæ, aut Altaris fuerint adhibita a degradatis, ſchiſmaticis, aliiſque ſimilibus non execrantur, neque polluuntur.*

182 *Item ſi fuerint contrectata ab aliquo fure, dummodo ſuo in ſtatu relinquantur.*

183 *Surripientes Hoſtiam, vel unam, pluresve Particulas conſecratas, cum Pyxide, vel abſque illa, ad malum finem, & apud ſe retinentes, vel alio tranſportantes, condignis pœnis afficiuntur, & pro prima etiam vice Curiæ ſecula-*

culari cum degradatione reali traduntur.
In dubio militat pro fiſco præſumptio de Hoſtiæ, vel Particulæ conſecratione, & de prava rei intentione. Ibid.

1 COnſecrationem Locorum, de qua in anterioribus titulis copioſe pertractavimus, alia Rerum ad Eccleſiæ cultum neceſſariarum, de qua in præſentiarum agemus, ſubſequitur, & hæc multiplex eſſe ſolet. Vel enim eſt Vaſorum ad Euchariſtiam conficiendam, cuſtodiendamve neceſſariorum, vel linteaminum Sacrificii, vel Miniſtrorum, Altariſque ornamentorum, vel aquæ baptiſmalis, vel oleorum pro locorum conſecrationibus, atque Sacramentis conficiendis requiſitorum, vel campanarum pro convocando ad Eccleſiam populo inſtitutarum. *Barb. de jure Eccl. univ. part.2. lib.3. cap.3. ſub num.18. verſ.Quarta.* Sed hîc prænotandum, quod Rerum conſecrationes
2 aliæ vere, & proprie tales ſunt, aliæ improprie, & lato modo;
primæ conſecrationes, ſecundæ benedictiones ſtricte loquendo
3 nuncupantur: in illis enim præter formam, ac ritus ab Eccleſia
præſcriptos ſacra Chriſmatis unctio requiritur, in iſtis vero nequa-
4 quam: quod infra commode videbimus.

Ac primum quod attinet ad vaſa pro conficienda Euchariſtia,
5 quæ vaſa ſacra proprie dicuntur, non alia ſunt, quam Calices, & Patenæ. *Cap.1. de Sacr. unct. §.Ungitur, Can. Vaſa de conſecrat. diſt.1.* ibi = *Vaſa, in quibus conficiuntur Sacroſancta miſteria, Calices ſunt, & Patenæ* = *Barb. in jus Eccl. lib.3. cap.2. num.1., Graſſ. deciſ. aur. par.2. tib.2. cap.14. num.8., Ferraris Bibliotheca Canonica tom.1. verbo Calix n.3.* Calicis uſus antiquiſſimus eſt, & a Chriſti temporibus repetendus, qui illum in ultima Cœna adhibuit, ut
6 legitur apud *Apoſt. in ep.1. ad Corinth. cap.11.* ibi = *Similiter, & Calicem poſt quam cœnavit, dicens: Hic Calix novum teſtamentum eſt in meo Sanguine* = Quod a nemine, qui Evangelio credat, in dubium poteſt revocari, ſed præcipue teſtatur Card. *Bona in lib.1. Rerum liturgic. cap.25. & Catal. ad Pontific. Roman. tom.2. tit.9. de Patenæ, & Calicis conſecratione n.1.*, Calice quoque uſi ſunt Apoſtoli, ut teſtatur idem *Paulus in cit. ep.1. ad Corinth.10.* ibi = *Calix benedictionis, cui benedicimus nonne communicatio Sanguinis Chriſti eſt?* atque *Catalan. d. tit.9. n.3.*

Tempore Apoſtolorum, aliorumque ſequentium, non unus
7 fuit Sacrorum Calicum uſus. Vel enim Calicibus ligneis, vel
vitreis, vel pretioſis etiam, aureis, argenteis, gemmatis, & celatis
8 utebantur: ut de primis loquitur *Jo. Vicecomes lib.3. de Miſſæ apparatu, ac Benedict. XIV. de ſarific. Miſſæ ſeſſ.1. §.26., & ſeq. edit. Patav.*, tum in *Conſtit.43.* incip. *Impoſito §.3. in princ., tom. 3. ſui Bull.*

Bullarii; de ſecundis legitur apud *Frenæum lib.*1. *cap.*9. , *S. Epiphanium hæreſi* 34., ubi ait fuiſſe albi coloris, ut ſcilicet inde vini de albo in rubrum colorem tranſmutatio omnibus pateret, teſte *Catal. d. tit*,9. *num.*14. , *&* 15. . Divus quoque Gregorius *lib.*1. *dialogor epiſt.*7. de S.Donato Aretino Epiſcopo, & Martyre, ſcribit, quod Calicem vitreum, quo utebatur, fractum a paganis orando inſtauravit. Quod etiam narrat Martyrologium Romauum ad *diem* 8. *Auguſti*, ac *S. Hieronymus* Epiſcopum Tholoſanum S.Exuperium laudat in *epiſt. ad Ruſticum Monachum*, quod Corpus Domini caniſtro viminis, ſanguinem portaret in vitro: Cæteris omiſſis auctoritatibus, & exemplis, quæ refert *Catal. d. tit.*9. *n.*16. De quo vitreorum calicum uſu loquitur quoque *Bened.XIV.* in cit. *tract. de ſacrificio Miſſæ ſeſſ.*1. §.26. *& ſeq. Latin. edit. Patav.*, tum in ejus *Conſtit.*43. *Impoſito nobis* §.3. *in principio*, *tom.*3. *ſui Bullarii*.

De Calicibus etiam aureis, argenteis, gemmatis, & celatis quorum priſcis Eccleſiæ temporibus vigebat quoque uſus, videre eſt laudat. *Catalan. in d. tit.*9. *a num.*11. *ad* 14. ubi id variis auctoritatibus, & exemplis confirmat. In uſu quoque erant antiquis
Eccleſiæ temporibus Calices ex ære, vel auricalco, vel etiam ex 9
cornibus, aliave ſimili materia confectis: Sed deinde in pluribus Conciliis cautum fuit ne Miſſa amplius poſſet celebrari in hiſce
Calicibus, ſed tantum in aureis, vel argenteis, *cap. Vaſa*, *cap. Ut* 10
*Calix de conſecr. diſt.*1. *cap. Videntes can.*12. *qu.*1., *Barb. de jure Eccleſ. lib.*3. *cap.*2. *n.*4. *&* 5., *S.Thom. in* 3. *part. qu.*83. *art.*3. *ad* 6., *Ferraris ut ſup. verbo Calix num.*1., *Catalan. d. tit.*9. *n.*19. ubi refert Concil.Chalchutenſe in Anglia quoad Calices ex cornibus non amplius conficiendos.

Ratione tamen paupertatis permittitur, ut Calices ſaltem
ſtannei adhiberi poſſint, *d. cap. Ut Calix de conſecr. diſt.*1., *D. Th.* 11
loco cit., *Paſqualig. de ſacrific. novæ legis tom.*2. *quæſt.* 764., *& qu.*765., *Ferraris d. verbo Calix num.*2., *ac Bened. XIV.* in cit. *Conſtit.*43. §.2. *&* 3., & in *Conſtit.*57. incip. *Et ſi Paſtoralis* §.6. *n.*20.
ubi permittit uſum Calicis aurei, vel argentei, vel ſaltem ſtan- 12
nei a Presbyteris græcis habendum ſuper thronis ſuis, ſeu Antimenſiis, vel corporale de lino candido, & nitido, & altari mundis veſtimentis operto, vel decenti paratu ornato. Non poſſunt tamen dicti græci uti Mulierum miniſterio, cum iſtæ penitus ſint
ab eo repellendæ, ex cit. *Conſtit.*58. §.6. *n.*21., ibi = *Mulieres* 13
autem ſervire ad Altare non audeant, *ſed ab illius miniſterio repellantur omnino*. =

Ad Patenas quod attinet, ſolent iſtæ latine dici Patinæ. Erant
autem Patinæ vaſa, in quibus dapes ad menſam afferebantur: 14

unde patinæ in Eccleſia , & Altari ſunt vaſa ad Corpus Chriſti re-
cipiendum , continendum , & miniſtrandum populo . Patena in-
quit *Iſidor. lib.20. etymol. cap.4.* vaſis genus a patendo dictum ,
quod diſpanſis, patentibus oris ſit . Patenarum meminit *Colum-
nella lib.12. cap.43.*, inde patellæ , de quibus apud *Varronem , Fe-
ſtum, & Iſidorum* . Patenarum uſus ab Eccleſia receptus antiquiſſi-
15 mus eſt , utpote qui ab Apoſtolorum temporibus repetendus : te-
ſte *Jo. Vicecomite lib.6. de Miſſæ, appar.*, qui tenet Apoſtolos ad-
hibuiſſe æque ac Calices Patenas ligneas . Adhibebantur quoque
16 priſcis temporibus patenæ ex alia materia confectæ , vel æneæ , vel
cornuæ , aut ſimiles : ut videre eſt in cit. *Concilio Chalcbutenſe in
Anglia*, patenarum , & calicum ex cornibus confectorum uſum
omnino prohibente. Erant quoque in uſu patenæ aureæ, vel argen-
teæ , & hæ quidem magni ponderis , ita ut nonnullæ triginta li-
17 bris conſtarent : ut patet ex *Pontificali Damaſi Papæ* , ac plene apud
Catalan. ad Pontific. Rom. d.tit.9. , ac præſertim *num.24. 25.* Nunc
autem parvæ ſunt , quibus Eccleſia utitur Patenæ, teſte *Azor. inſtit.*
18 *Moral. lib.10. cap.28. qu.1.* Iſtæque eſſe debent ejuſdem vel au-
reæ , vel argenteæ materiæ . *cap. Vaſa , cap. Ut Calix de conſecr.
diſt.1.* Cum tamen non eadem inſit ratio , quæ in Calice , quando-
19 que permittitur , ut alia ex materia conficiatur , arg. *d. cap. Ut Ca-
lix in principio* , ubi ratione paupertatis ait poſſe Calicem fieri ex
ſtanno, nil autem aſſerens de Patena : unde fieri conſuevit ex ære ,
ſicuti vas ad Euchariſtiam cuſtodiendam , ubi penuria prævalet .
Barb. ut ſup. n.7.

Debent Calices, & Patenæ antequam ad uſum perducantur, ab
20 Epiſcopo conſecrari , *cap. un. in fine de ſacr. unct.*, *Durand. in
ration. div. offic. lib.1. cap.8. n. 13. & ſeq.*, *Azor. d. qu.1.*, *Barb.
ut ſup. n.6.*, *& lib.1. cap.11. num.6.* Synodus Tuſculana an.1763.
21 *part.1. cap.14. art.2. n.3.* Si tamen Sacerdos bona fide iis uſus fue-
rit, non cenſentur per id conſecratæ , ut male contra ſentiunt non-
nulli apud *Cajetanum Merati in addit. ad Gavant. part.2. tit.1. n.9.
pag.308.* Quæ enim pendent ab inſtitutione Eccleſiæ non poſſunt
ſuppleri alio ritu diverſo ab illo , quem Eccleſia deſignavit , atque
22 determinavit , ut optime *Catalan. d. tit.9. n.31.* Neque dicas Sa-
cramentum Euchariſtiæ longe nobilius eſſe unctione Chriſmatis , &
23 benedictione Epiſcopali : Id enim veriſſimum : Sed tamen non
habet alios effectus , quam quos Chriſtus Dominus illi attribuit ,
ſuo fini proportionatos : unde non habet effectus aliorum Sacra-
mentorum, & Sacramentalium , quæ ex libera Eccleſiæ inſtitutione
dependent, ut proſequitur *Catal. d.n.31.*

Conſecratio Calicis , & Patenæ de jure ſpectat ad Epiſcopum,
24 cum illius Ordini ſit reſervata, *Azor. d. lib.10. cap.28. qu.2. in
fine,*

fine, *Ferraris ut ſup. n.*4., *Catalan. d. tit.*9. §.1. *n.*1. in quo con-
ſonat reſolutio S.Congregationis Concilii *in Olomucen. Juriſdictio-
nis* 17.*Jun.*1755. *ad dub.* 14. Neque poſſunt Epiſcopi hujuſmodi
conſecrationes demandare ſimplici Sacerdoti, aliive Prælato in- 25
feriori. *Sbrozz. de offic. Vic. qu.*9. *n.*8., *Catalan.d. n.*1. *&* 2., ubi
refert *Benedictum XIII.* conſecraviſſe Calices Dccccxcı., & Pate- 26
nas MCL.

Excipiendus ſemper eſt Summus Pontifex, qui id ſimplici
etiam Sacerdoti poteſt committere. *Azor. d. cap.* 28. *qu.*1.,*Barb.* 27
*alleg.*27. *par.*2. *n.*36. *de offic. Epiſc.*, *Catalan. d.* §.1. *n.*2., *Ferraris,
ut ſup. verbo Calix n.*7.8.9. ubi exempla referuntur, juxtaque re-
ſolutionem d. S. Congregationis *in Olomucen.* ubi Prælatis, &
Abbatibus Regularibus hujuſmodi facultas tunc denegatur, quan-
do ſpeciali Apoſtolico privilegio deſtituuntur. Sed hîc animad-
vertendum, quod Abbates, aliique Prælati uſum habentes Ponti-
ficalium, quamquam ex privilegio valeant Calices, & Patenas 28
conſecrare: id tamen eſt intelligendum pro uſu tantum ſuarum
Eccleſiarum. *Ferraris, ut ſup. n.*5., ac Sacra Congregatio in una
Patavina 5. *April.*1610., *&* 27. *Sept.*1659. §.19. in decreto circa
uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum,
cor. Ssmo Domino *Alexandro VIII.* Concordat Synodus Tuſcula-
na *d. part.*1. *cap.*14. *art.*2. *n.*3.

Imo Epiſcopus, ut Sedis Apoſtolicæ Delegatus Abbates, &
alios Prælatos uſum habentes Pontificalium, poteſt interdicere ab
ingreſſu Eccleſiæ, vel ſuſpendere ab exercitio eorumdem Pontifica-
lium, ſi pro uſu aliarum Eccleſiarum id peragant. Nam id ex- 29
preſſe vetitum eſt a decretis generalibus Sacrę Congregationis Ri-
tuum emanatis 27.*Sept.* 1659., *&* 20.*Jul.*1660., confirmatis ab
Alexandro VIII., quæ videri poſſunt *apud Ferraris verbo Abbas ſub
n.*31., quorum mentio item fit ab eodem *in verbo Calix*.

Hactenus de ſacris Vaſis ab Euchariſtiam conficiendam, nunc
de illis ad Euchariſtiam cuſtodiendam neceſſariis, diſſeramus. In-
ter hæc recenſeri, primum ſolet Pixis, de qua *Concil. Eboracen.* 30
ano 1194. celebratum, *Amoſtoz. de cauſis piis lib.*5. *cap.*9. *num.* 64.
Olim Pixis ſolebat eſſe lignea, ut ex actis Martyrum apud Surium 31
2.Jan., ſcripſit *Henuaus de Sacrif. Miſſæ diſput.*23. *ſect.*2. *num.*31.
idque in aliquibus Galleciæ oppidis teſtatur vidiſſe, quod poſtea
ab Eminentiſſimo Spinola Archiepiſcopo Compoſtellano fuit emen-
datum, teſte *Amoſtaz. ut ſup. n.*64. Nunc vero debet eſſe aurea,
vel argentea, vel etiam eburnea, aut ex alia materia pretioſa. 32
*Amoſtaz. d.n.*64. In caſu tamen neceſſitatis ratione paupertatis po-
teſt confici ex ſtanno, vel ære, ut tenent *Suarez*, & alii relati ab 33
Amoſtaz. ut ſupra. Sed cavendum ne fiat ex aliqua materia, unde

vermes exoriri poſſint. *Amoſtaz. ibidem*. Ubi Pixis non poteſt
34 haberi aurea, ſed tantum argentea, aut ſaltem illius cuppa, debet
35 intus deaurari, juxta tradita *a Catalano d. tit.* 18. *num.* 15. *in fine tom.* 2.

Ante quam Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in vaſcu-
36 lo, ſive Pyxide ponatur, debet iſta conſecrari, ſi id præſertim po-
ſtulet loci conſuetudo, aut peculiaris aliqua Conſtitutio, quemad-
modum *in Synodo Tuſculana* celebrata anno 1763. a Celſiſſimo Epi-
ſcopo Tuſculano Henrico Duce Eboracenſi, S. R. E. Card. Vice-
cancellario &c. *in cap.* 9. *art.* 2. *n.* 13. *part.* 3. *edit. Rom. pag.* 514. Id-
que tenent *Soar. diſput.* 89. *ſect.* 3. *ad fin.*, *Reginald. lib.* 29. *n.* 201.
apud Barb. alleg. 27. *part.* 2. *de offic. Epiſcop. n.* 41., quibus videtur
conſentire *Catalan. d. n.* 18., ubi ait, quod licet Pyxis ex præcepto
Eccleſiæ non debeat eſſe conſecrata, conveniens tamen ſit, ut
37 id fiat, cum debeat contingere Corpus Chriſti: imo vix excuſari
peccato, qui hoſtias in pyxide non conſecrata ponunt, quod eruit
ex *Paludano in* 4. *diſtinct.* 13. *qu.* 1. *art.* 71., *& Soto qu.* 1. *art.* 3. Sed
hæc opinio aliis non adridet, aſſerentibus non debere eſſe, ut ca-
lix, conſecratam, ſeu ſacro Chriſmate inunctam, ſed ſufficere,
38 quod ſit benedicta; ut *Azor. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *qu.* 7., *Pax*
Jord. elucubr. lib. 4. *tit* 1. *n.* 203., *Vaſquez cap.* 4. *n.* 36. *part.* 3. *di-*
ſput. 233.. *Leand. diſput.* 81. *reſol.* 35. *de Euchariſt. tract.* 8., & alii
plures. Nec aliter cenſeo intelligendam, ne ſibi contraria dicatur,
d. Synodum Tuſculanam *cit. part.* 3. *cap.* 9. *art.* 2. *n.* 13., in illis
verbis = *Utraque Pyxis ſit ab Epiſcopo rite conſecrata* = Enim vero in
part. 1. *cap.* 14. *art.* 2. *n.* 3. dum loquitur de Calice, & Patena, has
eſſe conſecratas debere ait, dum e contrario de pyxide, hanc
benedictam eſſe debere ſtatuit, ibi = *Niſi fuerint vel conſecrata, ut*
Calix, & Patena, vel fuerint benedicta, ut ſacerdotalia . . . Pyxis,
Oſtenſorium &c.

Debet Pyxis, in qua SSmum Euchariſtiæ Sacramentum aſſer-
39 vatur intra Cuſtodiam, ſeu Tabernaculum recondi: prout ſtatuit
Concilium Eboracenſe anno 1194. celebratum, ubi hæc haben-
tur = *Provideatur etiam, ut in Pyxide munda, & honeſta Hoſtia re-*
ſervetur, ſingulisque diebus dominicis renovetur = *Amoſtaz. de cauſis*
piis lib. 5. *cap.* 9. *n.* 64. Indeque Tabernaculum diligenter eſt cuſto-
40 diendum, ut ſtatuit *Joann. III. in cap.* 1. *de cuſtod. Euchar.*, quæ
praxis diligenter, magnaque cum cura SSmum Sacramentum cu-
ſtodiendi, jam ab initio naſcentis Eccleſiæ obſervari ſolebat, ut
ex Clem. ep. 1. *ad Jacob.*, cujus verba dat *Durant. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 1.,
Baron. ad an. 57. & hanc enunciationem probant non pauca jura, ut
habetur in *cap. Non oportet* 26. *&* 30. *diſt.* 23., *cap. De tribus*, *cap.*
Si per negligentiam de conſecr. diſt. 2., *cap. Sane de celeb. Miſſæ*, *d:*

cap. 1.

cap.1. de cuſtod. Eucbar., ubi pœnæ apponuntur, *cap. Officium de offic. Archipresb.*, *Concil. Turon. can.3. & 4.*, *Vuormatien. can.5.*, *Bituricen. cap.2.*, atque conſonat *Concil. Trid. ſeſſ.13. can.7. de Sacroſ. Eucbar. Sacramento*.

Audiri ergo non meretur *Hiſpinianus* hæreticus *de origine cæremoniarum*, *& rituum pag.91.*, qui temere aſſerit poſt Concil. Lateranenſe IV. habitum 1255. ſub *Innoc. IV.* Pontifice, cœpiſſe primum in templis parari tabernacula, & ædiculas, in quibus incluſerunt Sacramentum. Certiſſimum enim eſt a Chriſtianæ Religionis primordiis aſſervari in Templo Euchariſtiam cœpiſſe, ut tradit Stephan. *Durant. de ritib. Eccl. lib.1. cap.11.*, ubi deſcribit locum epiſtolæ *S.Clementis ad Jacobum fratrem Domini*, item *in lib.8. Conſtit. cap.20.* ubi agit de Euchariſtiæ Communione: ibi = *Poſt quam omnes ſumpſerunt*, *accipiant Diaconi reliquias*, *& portent in Paſtophoria* =, atque *Catalan. ad Pontific. Rom. d. tit.18. n.11.* 41 42

Vetus quoque fuit mos, ut in columbis aureis, vel argenteis in forma Spiritus Sancti ſuper Altare appenſis, divina Euchariſtia ſervaretur, ut in Concilio *Conſtantinop.* ſub Menna anno 536., & in *Œcumenica VIII. Synodo*, ſeu *Nicæna II.*, tum in *vita S. Baſilii Magni*, auctore *Amphilochio* Iconii Epiſcopo, ubi *cap.56.* hæc habet = *Dividens panem (Euchariſticum) in tres portiones*, *unam quidem ſuſcepit cum timore*, *aliam vero ſervavit ad ſepeliendum ſibi*, *tertiam autem poſitam ſuper columbam auream ſuſpendit ſuper Altare* =, de quibus aureis columbis plura adducentes Doctores videri poſſunt *Roſvveid. in notis ad epiſt.12. S. Paulini*, *Novarin. in agno Eucbar. lib.5. c.55.*, præter *Catalan. ut ſup. n.3.* Sed notanda ſunt illa verba: *Aliam vero ſervavit ad ſepeliendum*. Nam antiquitus ſolebat infirmus parum hoſtiæ ſuſcipere, & partem conſervabat, ut cum ea ſepeliretur: quod deinde a pluribus Conciliis fuit interdictum; ut videre apud *Amoſtaz. loco citat. a n.61.*, nec non in ſupra laudata Synodo Tuſculana *cap.9, art.5. n.1.* ubi ſic legitur: 43 44

Quamquam una cum fidelium defunctorum corporibus tumulatam olim fuiſſe Euchariſtiam, *graviſſimi perhibeant Hiſtorici* (in vita S. Baſilii Magni cap.8., S.Gregor. Magn. dialogor. lib.2. cap.24.) *Eumque abuſum juſtis de cauſis toleratum ab Eccleſia fuiſſe antiquiſſimi teſtentur auctores* (Zonoras, & Balſamon in Comment. ad Can.85. Concil. Trull.): *Certiſſimum tamen eſt*, *eumdem ſublatum de medio fuiſſe*, *quam citiſſime*, *& Canonicis diſciplinis reprobatum*: *Concilium enim Cartaginenſe III.* (can.6. an.397.) *ſic decrevit*. *Placuit*, *ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur*. *Scriptum eſt enim*: *Accipite*, *& edite*. *Cadavera autem nec accipere poſſunt*, *nec alere*. *Idem etiam ſtatuerunt Concilium Antiſſiodorenſe* (can.12. an.578.), *Synodus Trullana* (can.83. an.641.) *Concilium Cartagi-*

taginenſe IV., *aliaque Concilia*. *Quamobrem ſacrilegus nunc habe-retur*, *& pœnis plecteretur canonicis*, *qui Euchariſtiam auderet cum defunctorum tumulare corporibus*.

Solebat quoque antiquitus in calicibus aureis, vel argenteis ſub Altaris fornice appenſis Euchariſtia includi, & aſſervari. Quo
45 ſpectat, quod legitur in vita Gregorii III. quem ait Anaſtaſius feciſſe Calicem unum argenteum, qui penderet in apſide Oratorii, teſte *Catalan. d. tit.*18. *n.*9. Vel etiam in vaſe aureo, vel argenteo in modum crucis, ſeu caſtelli, de quo *Vincentius Fortunatus*, cujus verba tranſcripſit *Gonzal. in cap.*5. *de cuſtod. Euchar. n.*5., *Hennaus de Sacrif. Miſſæ diſp.*26. *ſect.*2. *n.*33., *Durant. d. lib.*1. *c.*15. *a n.*5., *Amoſtaz. de cauſis piis a d. n.*61., aſſerentes Concilium Turonenſe II. *can.*3. ſub *Pelagio* ſtatuiſſe, ut Corpus Chriſti Domini non in armario ſub Crucis titulo poneretur, ſed in Altari. At in
46 arcula tamen, ſeu cuſtodia ſuper Altare includebatur. Hodie vero in medio Altaris ſuo cum decenti Tabernaculo apponi, ſervarique debet. *Amoſtaz. d. n.*61., cum aliis communiter: de qua re videri poſſunt, quæ ſupra adduximus in *part.*1. *tit.*8. *de erectione Parochialium Eccleſiar. a n.*57.

Debet Tabernaculum, antequam in eo Euchariſtia recunda-
47 tur, benedici, quemadmodum ſtatuit præſertim Divus Carolus Borromæus *in Concilio VI. provinciali* apud *Catal. ut ſupr. n.*16. in illis verbis = *Sacra prece*, *& formula libri Pontificalis Tabernaculum etiam ligneum*, *in quo Sanctiſſima Euchariſtia recundatur*, *ante benedicatur*, *quam ad illius recundendæ uſum adhibeatur*. De illius autem materia, & forma, & ornatu videri poſſunt, quæ habentur in actis Eccleſiæ Mediolanenſis *part.*4. *cap.*13. apud *Catal. loc. cit. n.*14., ubi ſic legitur = *Quoniam vero ex decreto provinciali Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in Altari majori collocari oportet*, *de eo inſtructionem aliquam hoc loco fieri oportet*. *Primo illud in Eccleſiis inſignioribus*, *ubi poteſt e laminis argenteis*, *aut æneis*, *iiſdemque inauratis*, *aut e marmore pretioſiori decens eſt*. *Quod Tabernaculi opus polite elaboratum*, *& apte*, *beneque inter ſe compactum*, *piis item myſteriorum paſſionis Chriſti Domini Imaginibus exculptum*, *& inauratum artificio certis locis periti viri judicio decoratum*, *religioſi*, *& venerandi ornatus formam exhibeat*. *Intrinſecus autem tabulis populeis circumamictum eſſe debet*, *vel aliis ejuſmodi*, *ut ab humiditate*, *quæ ex metalli*, *marmoriſque genere exiſtit*, *Sanctiſſima Euchariſtia illo amictu omnino defendatur*. *Ubi Tabernaculum ejuſmodi non fiat*, *tunc tabulis non aureis*, *vel aliis*, *quæ humiditatem gignunt*, *ſed populeis*, *aut ſimilibus polite elaboratis*, *& religioſarum*, *ut ſupra*, *Imaginum ſculptum ornatis*, *iiſdemque inauratis extruatur*. *Amplum pro dignitate*, *& magnitudine*, *rationeve Eccle-ſiæ*.

Digitized by Google

ſiæ, in cujus Altari majori collocandum eſt. Forma vel octangula, vel ſexangula, vel quadrata, vel rotunda, prout decentius, & religioſius accommodata videbitur ad Eccleſiæ formam.

Eodem collimant, quæ habentur in Synodo Tuſculana ſæpe relata *part.3. cap.9. art.3. n.12.* ubi ſic legitur = *Tabernaculum autem, in quo Sanctiſſima aſſervanda eſt Euchariſtia, ſit pro cujuſcumque Eccleſiæ facultatibus affabre elaboratum ſive ex marmore, ſive ex metallo, ſive etiam ex ligno, vel inaurato, vel eleganter picto. Loculus, in quo Pyxis Euchariſticum cibum continens includi debet, ſerico albi coloris circumveſtiatur, & oſtiolum habeat bene firmum, ſuaque ſera, & clave communitum. Clavis vel ſit argentea, vel ſaltem deaurata, quæ ſemper ſit penes Eccleſiæ Rectorem, aut in loco ſatis tuto, unde ſumi ſine ſcitu ipſius nequeat, nec unquam aut publice expoſita, aut ſuper Altare relinquatur, ne poſſit ſacrilega manus ad Venerabile Sacramentum extendi. Oſtiolum ita pateat, ut Pyxis commode inferri, ac promi poſſit, atque in extima ejus parte ſeu picta, ſeu ſculpta Imago aliqua Salvatoris, aut reſurgentis, aut vulneratum pectus exhibentis, aut Cruci ſuffixi conſpiciatur. Totum Tabernaculum eleganti Conopæo ejus coloris, qui officio diei congruat, aut ſaltem multicolori contegatur: ſuperne autem, & ante elatum pendeat extentum tentoriolum, quo non Tabernaculum modo, ſed ipſum quoque Altare operiatur, ne ex pulvere, aliiſve ſordibus e laqueari decedentibus deturpetur.*

Ad hanc autem rem, antequam ad reliqua deſcendamus, quatuor a nobis erunt breviter animadvertenda, exponendaque. Primum itaque ſciendum, quod illa verba, quæ leguntur in citatis *Actis Eccleſiæ Mediolanenſis part.4. c.13.* = *Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in Altari majori collocari oportet* = & illa: *Amplum pro dignitate, & magnitudine, ratione ve Eccleſiæ, in cujus Altari majori collocandum eſt* = locum habere nequeunt in Cathedralibus Eccleſiis, eo quod alio in Altari, quam majori Sanctiſſimum Eucha- 48
riſtiæ Sacramentum aſſervari debeat, ob eam præcipue rationem a nobis jam adductam *in 1. part. tit.8. de erectione Parochial. Eccleſiar. n.56.*, videlicet ob functiones Pontificales, quæ ab Epiſcopo ad Altare verſis renibus faciendæ ſunt, tum etiam, ne Epiſcopus, præcipue ſi ætate ingraveſcat, frequentibus neceſſariis genuflexionibus verſus Sacramentum, admodum defatigetur. Quod, præter auctoritates in d. *num.56.* relatas, apertiſſime confirmatur, illuſtraturque illa Synodi Tuſculanæ *in cit. part.3. c.9. art.3. n.12.* ubi ſic legitur = *Ut autem Rex Regum, & Dominus Dominantium, cujus ſedes cœlum eſt, terra autem ſcabellum pedum ſuorum, in ſacris Ædibus ſub Euchariſticis ſpeciebus deliteſcens honorificentius pro modulo noſtro excipiatur; Volumus, ut in Parochialibus,*

bus, & Regularium Eccleſiis in principaliore, & digniore loco, videlicet in Ara majori, perpetuo Euchariſtia ſervetur. Ab hac tamen lege Cathedralem noſtram eximimus, in qua videlicet Euchariſticum Sacramentum in alio Altari recondi oportet, cum in Ara majori Pontificiæ functiones verſis ad Altare renibus fiant.

Secundo, quemadmodum optimo, nec ſatis laudabili conſilio ab Eccleſia præſcriptum fuit, ut in decenti, nobilique juxta loci qualitatem Tabernaculo recondatur, aſſerveturque perpetuo Sacramentum illud Euchariſticum, in quo divini erga homines amoris divitiæ effunduntur, ſpiritualis latet animarum cibus, quo alantur, & confortentur viventes vita illius, qui dixit = *Qui manducat me, & ipſe vivet propter me* = in quo antidotus ſumitur, quo liberemur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præſervemur, quodque demum pignus eſt futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, ut clare loquuntur Tridentini Patres *in ſeſſ.13. c.2.*, ſic prudentiſſime pari modo cautum fuit, ne in memorato Tabernaculo ullæ Sanctorum Reliquiæ aſſerventur, vel Sacrorum Oleorum vaſcula, vel Calices ulli, vas, aliudve quidquam ſimi-
49 le, quam Pyxis, quæ Sacramentum Euchariſticum contineat: ſicuti, omiſſis cæteris auctoritatibus legere eſt in d. *Synodo Tuſculana part.3. c.9. art.3. n.12.* in hiſce verbis = *In Ciborio, ſeu Loculo non ullæ Sanctorum Reliquiæ, non Sacrorum Oleorum vaſcula, non Calices ulli, non vas, non omnino quidquam aliud, quam ſola Pyxis, quæ Sacramentum continet, aſſervetur.*

Tertio notanda ſunt non tam illa verba, quæ leguntur in *Actis Eccleſ. Mediol. part.4. c.13.* ita concepta = *Quod Tabernaculi opus polite elaboratum, & apte, beneque inter ſe compactum, piis item myſteriorum paſſionis Chriſti Domini Imaginibus exculptum, & inauratum artificio certis locis periti viri judicio decoratum, religioſi, & venerandi ornatus formam exhibeat* = quam illa, quæ habentur in d. *Synodo Tuſculana part.3. c.9. art.3. n.12.* hoc modo: *Oſtiolum ita pateat, ut Pyxis commode inferri, & promi poſſit, atque in extima ejus parte ſeu picta, ſeu ſculpta aliqua Salvatoris, aut reſurgentis, aut vulneratum pectus exhibentis, aut Cruci ſuffixi conſpiciatur.* Cautum hinc merito fuit, ne ante d. Tabernaculi Oſtio-
50 lum, in quo Salvatoris Imago ineſſe debet, vas florum, aut quid ſimile retineri queat, juxta decretum Sacræ Congregationis Rituum in una *Camaldulen. Montis Coronæ 27. Januarii 1701.*, relatum, & ſequutum a Celſiſſimo Epiſcopo Tuſculano Sanctæ R. E. Card. Vice-Cancellario *in cit. Synodo Tuſculana num.12. in fine.*

Quarto, & ultimo ſciendum eſt, quod ante Tabernaculum, in quo Chriſtus Dominus, ac Salvator noſter ſub Euchariſticis ſpeciebus

Digitized by Google

ciebus aſſervatur, una ad minimum lampas diu, noctuque collucere debet, in perenne videlicet amoris ſignum, quo Reparatorem noſtrum infinito nos amore proſequentem redamamus, 31
quemadmodum a *Rituali Romano tit. de Euchar. Sacram.* §.*Hoc autem*, a Sacra Congreg. Epiſ. 15. *Jan.*1619., & a d. *Synodo Tuſculana part.*3. *c.*9. *art.*3. *n.*13. præſcriptum fuit. Dicto enim *num.*13. ita legitur: *Cum unigenitus Dei Filius Jeſus Chriſtus ſit candor lucis æternæ, & lucem in cœlis habitet inacceſſibilem, recta ratio poſtulat, ut illi, dum depoſita majeſtate factus eſt inter nos vere Deus abſconditus, & Euchariſtiea obvolutus caligine nobiſcum in terris habetur, noſtra hæc terrena lumina famulentur. Quamobrem Parochorum cura ſit, ut diu, noctuque ante Tabernaculum una ſaltem lampas accenſa colluceat, quæ nunquam extinguatur, in perenne videlicet amoris ſignum, quo Reparatorem noſtrum infinito nos amore proſequentem redamamus. Quod ſi non caſu, ſed ex Parochi ſui diſſidia, ſeu avaritia non ſemel lampas ejuſmodi extincta reperiatur, multam is pecuniariam ſubibit pro modo culpæ arbitrio noſtro infligendam.*

Eſt & aliud Tabernaculum, quod D. Carolus Borromæus in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis appellat *portatile*, vulgo autem *Oſtenſorium* nuncupatur, quodque agendis Proceſſionibus, vel exponendæ Sacræ Hoſtiæ uſui eſt, *Catal. ad Pontif. Rom. tom.*2. *d. tit.*18. §.1. *n.*6. & 28., ubi varia recenſet nomina, quibus iſtud deſignari ſolet. *Benedict.XIV.* in Conſtit.48. *Cum, ut recte* §.13. *tom.*4. *ſui Bull.* De hoc varia habentur *in Actis d. Eccleſiæ Mediol. part.*4. *lib.*2. *Inſtruction. ſuppellectilis Eccleſiæ*. Sed ea notare juvat, quæ de tali Tabernaculo, ſeu Oſtenſorio deſcribit laud. D. Carolus Borromæus *in Concil. provinciali IV.* ſub titulo: *Quæ ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pertinent*, ubi ſic legitur = *Tabernaculum, quod agendis Proceſſionibus, vel exponendæ Sacræ Hoſtiæ uſui eſt, pellucido vitro, vel criſtallo, undique circumdatum ſit; lunulamque, forma inſtructionibus ſuppellectilis Eccleſiæ præſcripta, hujuſmodi habeat, ut aperiri commode poſſit, & fragmenta colligi, ſi quæ forte ibi relicta ſunt. Ipſa autem lunula ſaltem cum ſuppoſito parvulo ſcuto ex argento conſtet*. 32

Huc pari modo ſunt referenda, quæ ſtatuuntur in ſæpe laud. *Synodo Tuſculana part.*3. *c.*9. *art.*3. *n.*7. ubi ſic legitur = *Oſtenſorium, in quo incluſa divina Hoſtia, quando temporis, rerumque circumſtantiæ poſtulant, per publicas vias circumferri, aut e ſublimiore Altaris loco populo adoranda proponi ſolet, ſit vel argenteum, vel ſaltem ex ære quidem, vel aurichalco, ſed puro oblitum auro: argentea tamen, aut deaurata omnino ſit lunula, in quam Sanctiſſima immittenda eſt Euchariſtia. Ab omni ſorde, ac pulvere munda*

ſit, ac pellucida chryſtallus, per quam intuentes Fideles in Sacram Hoſtiam figere poſſint obtutum =.

Debet hujuſmodi Tabernaculum, ſeu Oſtenſorium benedici, ante quam expenendæ Euchariſtiæ, vel agendis Proceſſioni-
53 bus uſui ſit, quemadmodum inter cæteros docet *Catalan. d.* §.1. *n.*27. *in fine*, ubi ait, illam benedictionis formam adhiberi poſſe, quæ *in titulo* 18. *de benedictione Tabernaculi pro Sacroſancta Euchariſtia* eſt deſcripta; ac *d. Synod. Tuſcul. part.*1. *cap.* 14. *art.* 2. *n.*2. Inter Oſtenſoria, quæ celeberrima dici merito poſſunt, duo præcipue recenſentur, quorum primum Romæ extat, cuſtoditurque in inſigni Eccleſia Sanctæ Agnetis Virginis, ac Martyris, in Foro Agonali, Excellentiſſimæ Familiæ Pamphilii Doriæ, ejuſque valor, ut communis fert æſtimatio, ultra centum quinquaginta millia ſcutorum aſcendit, ſoloque uſui eſt occaſione *Quadraginta*, ut ajunt, *Horarum*, in quibus Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicæ exponitur Fidelium venerationi: quo tempore, ſingula, ita dixerim, videntur inter ſe de magnificentia decertare. Alterum extat in Urbe Aicſtadii in Circulo Franconiæ, de quo P. Buffier in ſua *Geographia univerſali edit.* 4. *Venet.*1751. *p.*136. ita loquitur = *Peſa* 40. *marche d'oro, ed è arricchito di* 350. *diamanti, di* 1400. *perle, e di* 250. *rubini*.

Nunc ad ſacrificii linteamina orationem convertamus. So-
54 lent hæc reduci ad Pallas, ad Corporalia, & ad Mappas. Pallæ diverſam habent ſignificationem, ut apud Doctores paſſim videre eſt: proprie tamen loquendo Palla illa dicitur, quæ Calici ſuper
55 imponitur. Corporalia ita dicuntur, quia in illis Chriſti Corpus reponitur, & continetur, inde nomen recepit, quaſi Corporis Chriſti Domini in Altari indumentum, *Catalan. tom.*2. *ad Pontificale Roman. tit.*12. *num.*1. Debent Pallæ confici ex lino, nil tamen re-
56 fert ſi in extremis partibus ſerico, aut auro contexantur, *Amoſtaz. de cauſis piis lib.*5. *cap.*9. *part.*2. *n.*10. Item Corporalia, non tamen ſerico, vel tincto panno, ſicuti Corpus Chriſti fuit in munda Synode involutum. *Cap. Conſulto de conſecr. diſt.*1. (vide *Berard. part.*1. *cap.*6. *De Romanis Conciliis ſub Sylveſtro pag.*67. §. *Alia*) *Soar. in* 3. *part. diſp.*8. *ſect.*6. *verſ. Tertio*, *Amoſtaz. d. num.*10.,
57 *Beda cap.*44. *in Marc.*, *Card. Bona rer. liturgic. lib.*1. *cap.*25. *n.*11., *Catalan. d. tit.*12. *a n.*1. *ad* 5. In caſu autem neceſſitatis fieri poſſunt ex canape, vel etiam ex lino goſſipio, ut docet *Azor. Inſtit. moral. lib.*10. *part.*2. *cap.*28. *qu.*8.

Mappæ quoque, quibus Altare ſternitur, & quarum uſus
58 eſt antiquiſſimus, ut ex *epiſt. Clem. ad Jacob.*, *cap. Altaris Palla* 39. *de conſecr. diſtinct.*1., *Concil. Rhemen. apud Burchard. lib.*3.
59 *cap.*95., confici debent ex lino, non vero ex lana vel ſerico: poſ-

ſunt

ſunt tamen in caſu neceſſitatis confici ex cannape, vel ex lino goſ-
ſipio, juxta doctrinam *Amoſtaz. ut ſupra n.5. verſ. Hæc enim*, *Azor.
d. qu.8.* Debent autem iſtæ Mappæ ex Rubrica benedici, in qua ſic 60
legitur = *Hoc Altare operiatur tribus Mappis, ſeu Tobaliis mundis
ab Epiſcopo, vel alio habente poteſtatem, benedictis* = Concordant
Amoſtaz. d. loco n.6.. *Catalan. ut ſupra tit.11. §.1. n.1.* Idemque
dicas de Pallis, atque Corporalibus, *cap. Conſulto vulgo Sylveſtri
de conſecr. diſt.1.*, *Azor. d. qu.8.*, *Pax. Jordan. elubrat. Canon.
tom.1. lib.4. tit.1. num.24.*, *Catalan. ut ſupra n.13. & §.1. n.1.*,
d. Synod. Tuſcul. *par.1. cap.14. art.2. n.2.* Quin refragentur *dict.
Can. Conſulto de conſecr. diſt.1.*, *Can. Sacratas vulgo Soteri diſt.23.*,
cap. Omnis de conſecr. diſt.3., *cap. fin. de cuſtod. Euchar.*, *Catal. lo-
cis citatis*. Conſecratio enim in hoc caſu non proprie ſumitur,
ſed improprie pro benedictione: & ſic verbum *ſacratum*, pro *bene-* 61
dicto debet intelligi. Hinc Corporale in Canonibus, & Capitu-
lis citatis, ſacratum dicitur ob ipſum Euchariſtiæ contactum, olei
tamen unctionem minime requirit. *Barb. de jure Eccl. univ.* 62
lib.3. cap.3. n.18.

Succedunt ſacræ Veſtes, ſeu ornamenta Sacerdotalia, aliaque
etiam ad Altaris uſum diſtinata. Inter prima recenſentur ami-
ctus, alba, cingulum, manipulum, ſtola, caſula, & ſimilia: inter
ſecunda palliolum, crux, candelabra, imago, ſive Icon, aliaque
hujus generis. Iſtaque debent ab Epiſcopo, vel alio habente fa-
cultatem benedici. *Can. Veſtimenta 42. de conſecrat.*, ubi dicuntur 63
ſacrata, ideſt benedicta, Concil. Pictav. *Can.* 4., Rothomagien.
Cap.13., Capitularia Francor. Regum 2. *lib.7. cap.431.*, Concil.
provinc.2. *Mediol. tit.2.* ubi D. Carolus in *decreto* 20. id habet =
*Quæ veſtes, & ornamenta cujuſvis generis ad uſum Sacrum compara-
ta, Eccleſiæ inſtituto benedici debent: & in Miſſæ ſacrificio, cæteriſque
divinis officiis, ne prius adhibeantur quam ſolemnibus precibus ab
Epiſcopo, vel alio, qui auctoritatem habet, benedicta ſint* = idque man-
dat in Synodo *Diœceſana 2. decreto 9.*, d. Synod. Tuſculana *par.1.
cap.14. art.2. n.2.*, ac Doctores communiter, ac præcipue *Cata-* 64
lan. ad Pontific. Rom. tom.2. tit.10., *§.1. n.1.*, *& tit.17. num.14.*,
& §.1. n.8. Hinc Abbates, aliique Regulares ex privilegio Apo-
ſtolico poſſunt Miniſtrorum, & Altarium indumenta, ornamenta-
que benedicere pro uſu ſuarum Eccleſiarum. *Barb. alleg.27. par.2.
de offic. Epiſc. n.32.*, ac *Catal. ut ſup. tit.10. n.2.*, Synod. Tuſcul.
d. par.1. cap.14. n.2. art.2.

Cæterum, quod attinet ad Palliolum, quo Altaris frons ador-
nari ſolet, nulla particularis benedictio præſcripta eſt: unde com- 65
mendabilis erit benedictio cum univerſis paramentis, & ornamen-
tis facta: ut notat *Pax Jordan. ut ſupra n.232.* Idemque dicas de

S 2 Can-

66 Candelabris; quæ non ſolent particulariter benedici, cum nulla
adſit ſpecialis illorum benedictio; teſte *Pace Jord. loco cit. num.* 247.
67 Poſſunt Candelabra confici ex quacumque materia, lignea, aurea,
argentea, metallica, aut ſimili, cum nil in contrarium legatur.
68 *Pax Jordan. ut ſup. n.* 242. Poſſunt eſſe plura quatuor, non autem
pauciora, cum duo ſaltem hinc inde a lateribus Crucis ſuper Alta-
re in medio collocandæ requirantur, ex rubrica Miſſalis; *Inno-
cent. III. lib. 3. de myſter. Miſſæ cap.* 21., *Pax Jord. ut ſup. n.* 241.
69 *&* 243. In Miſſis autem ſolemnibus regulariter ſex debent adhibe-
ri, ut colligitur ex rubrica de trina hinc inde incenſatione, *Ga-
vant. ad eandem tit.* 20. *litt. X.*, *Pax Jord. n.* 244., ubi tamen ait,
quod Epiſcopo Pontificaliter celebranti ſunt ſeptem apponenda,
70 quorum ſeptimum in medio Altaris poſt Crucem erit collocan-
dum, ut in *Cæremoniali Epiſcoporum lib.* 1. *cap.* 12.

Cruces quoque fieri poſſe ex quacumque materia, lignea, au-
71 rea, argentea, metallica, aliave ſimili, demonſtrat laudatus *Ca-
talanus ad Pontific. Rom. tom.* 2. *tit.* 13. §. 1. 2. 3., *ac in* §. 6. *fere per
tot.*, *& in append.*, ubi refert, quod forma benedicendi has Cru-
ces diverſa erit, juxta illarum diverſitatem, itaut oratio v. g.,
72 præſcripta a Pontificali Romano pro benedictione novæ Crucis ex
ligno, non poſſit adhiberi pro benedictione novæ Crucis ex ma-
73 tallo, aliave materia confectæ. Solet autem Crux eſſe duplicis ge-
neris. Alia enim eſt parva, cum imagine Crucifixi, ſuper Altari
in medio Candelabrorum collocanda: hæc autem non poteſt eſſe
depicta. Alia eſt Crux magna in Altari fixa, vel appenſa, cum
imagine Crucifixi, & hæc poteſt eſſe vel ſculpta, vel depicta: vel
alio ſimili modo, quæ debet eſſe quoque benedicta, ut in *Concil.
provinc. Mediol.* 4., & in *Pontific. Romano* apud *Catalan. d. tit.* 10.
n. 49. Parva Crux cum imagine SSmi Crucifixi poſita ſuper taber-
74 naculum, ubi aſſervatur Sacramentum, non eſt ſufficiens in Miſſa,
ſed debet poni alia Crux dum celebratur, juxta reſolutionem S. R.
Congregationis *in Roſſanen.* 16. *Jun.* 1663. In Altari in quo adeſt
magna Statua, vel Imago SSmi Crucifixi, vel in quo Sanctiſſimum
75 Sacramentum adſervatur, aut exponitur, debet dum celebratur,
Crux parva collocari, juxta S. R. Congregationem 14. *Maii* 1707.
in una *Senarum*. Ubi tamen contraria viget conſuetudo, hanc ob-
ſervandam eſſe ſtatuit d. S. Congreg. Rituum *die* 2. *Septemb.* 1741.
recedendo a ſuperiori reſolutione 14. Maii, ubi reſponſum fuerat =
Nunquam omittendam Crucis cum Imagine appoſita collocationem =
dictamque conſuetudinem confirmavit *Bened. XIV.* in ſua *Conſti-
tutione* incip. *Accepimus*, 16. *Jul.* 1746. §. *Quarto tom.* 2. *ſui
Bullarii*.

Imagines quoque ad Altarium ornatum diximus requiri, in
ſuis

Digitized by Google

ſuis caſellis collocatas vel tabulis pictis, ut coram ipſis fideles vota ſua Deo fundant. Quo autem modo cultus Imaginibus ſit exhi- 76
bendus. docet Tridentinum Concilium *in ſeſſ. 25. de invocatione, venerat. & reliq. Sanctor. & Sacris Imaginibus*. Tridentini Concilii verba, duobus verſibus Poeta quidam concluſit apud Venetos, ubi ad pedem Imaginis Salvatoris hæc inſcripſit, relata ab *Amoſtaz. lib. 5. cap. 9. num. 20.*

Nam Deus eſt, quod Imago docet, ſed non Deus ipſa;
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Varias ob cauſas Sanctorum Imagines ab Eccleſia permittuntur. Primum enim Imagines rudibus, & indoctis libri ſunt: quan- 77
doquidem, quod nec auribus, nec mente percipere poſſunt, id oculis percipiunt: ut recte *Damaſcenus dub. 2. de Sanctor. Imag.*, *Gregorius Magnus lib. 7. epiſt. 19.* Secundo fideles Imaginibus viſis 78
ubi ad oculum ſacra myſteria, & Sanctorum virtutes demonſtrantur, magis ad devotionem, compunctionem, & effectum alli- 79
ciuntur; unde optime Poeta apud *Amoſtaz. ut ſup. n. 22.*

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quam, quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus . . . .

Tertio, quia Deus O. M. quam plura miracula propter illas patrat in magnum Chriſtianorum bonum, tam ſpiritualia, quam temporalia. *Amoſtaz. ubi alii n. 22. verſ. Quare*. Quarto quia Imagi- 80
nes fidelium oculis proponuntur ad imitationem, ut Sanctorum virtutes imitentur, quando tanta gloria a Deo donati proſpiciuntur: eodem modo, quo apud Romanos Majorum Imagines ad 81
imitationem proponebantur, *Ponz. qu. Schol. 7. cap. 1.*, *Amoſtaz. ſub d. n. 22. verſ. Quare*.

Imagines non poſſunt in Eccleſia exponi, niſi prius ab Epiſcopo fuerint examinatæ, & approbatæ. *Concil. Bituricen. an. 1584.* 82
tit. 11., *Catalan. ad Pontific. Roman. tom. 2. tit. 10. n. 50.* Imago inſolita reprobatur, quæ ſcilicet veritati Scripturarum, traditionum, aut Eccleſiaſticarum hiſtoriarum adverſetur. Nam cum Patres Servitæ depinxiſſent Imaginem B.M.V. cum ſtola ſive ami- 83
culo nigri coloris, juſſum fuit a S.R. Congregatione, ut depingeretur cum ſtola cerulea, teſte *Pignatell. conſult. 86. tom. 9.*, *Cata-* 84
lan. d. tit. 16. n. 50. Secundo, antequam in Altaribus collocentur, decet, vel dicam neceſſarium, ut ab Epiſcopo, vel alio habente fa- 85
cultatem, benedicantur, ut *D. Carolus Borromæus in Concil. provinciali Mediol. 4.*, & *Bened. XIII. in Concil. provinciali Beneventano 14.*, tunc Archiepiſcopus, *anno* 1693., *tit. 36. cap. 5.*, ubi præſcribit, ut Imagines Altaribus, & Cappellis non apponantur, niſi prius ab Epiſcopo, vel de ejus facultate, ſtato ritu benedicantur, *Catalan. d. tit. 16. n. 48. 51. 52.*, & *§. 1. n. 1.*, ac *Pignatell. dicta conſult. 86. tom. 9.*

Apud

Apud Græcos Imagines ſacro inunguntur Chriſmate in qua-
86 tuor partibus, ut videre eſt in *Euchologio ex Jacobo Goar* edito *pag.672. edit. ven.*, *Catal. tom.2. tit.13. §.6. n.5.* Olim quoque in Eccleſia Latina, ac Romana conſecrabantur, ex *reſponſis* Adriani
87 Pontificis ad dubia Francorum *lib.1. art.59.*, & habetur in Concil. Niceno XI. *act.6.*, *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.3. cap.3. ſub n.18.*, *Catalan. d. tit.13. §.6. n.4.* Hoc Adriani teſtimonium citat. *Lupus tom.3.* in ſua diſſertatione *de ſeptima Synodo generali cap.1.*, & ſcribit hunc morem etiam hodie in quibuſdam Italiæ Eccleſiis dici ſervari: ſed perperam. Nam omnes Eccleſiæ Latinæ præſertim poſt emendationem Pontificalis Romani a *Clem. VIII.*, & *Urbano VIII.* peractam, ſervant Romani emendati Pontificalis præſcriptum, in quo nulla fit mentio ungendi ſacras Imagines chriſmate, quas Epiſcopus ſolet benedicere, ut obſervat *Catal. ut ſup. n.4. in fine.*

Aqua pariter ad ſolemnem Sacramenti Baptiſmatis collationem neceſſaria, quæ proinde baptiſmalis dicitur, ſuam expoſtulat
88 benedictionem, ſeu conſecrationem: eo quod præter ritus, ac formam ab Eccleſia præſcriptam ſacra Chriſmatis, atque Olei Cathecumenorum infuſio in ea conficienda adhibeatur: ut in quodam Canone antiquo legitur ex *lib.6. Capitularium* deſumpto *cap.77.*, ex quo Gratianeus prodiit *Canon. 126. In Sabbato de conſecrat. diſtinct.4.*, ubi ſtatuitur, quod in Sabbato ſancto, & Pentecoſtes, ſi quis velit Aquam conſecratam pro aſperſione in domo ſua recipere, ante chriſmatis infuſionem recipiat: in quo etiam concordat *Rituale Romanum*, *ac Rubrica Miſſalis in benedictione Fontis*, ubi poſt quam præſcriptus fuit modus conficiendi Aquam luſtralem, norma traditur in benedictione aquæ baptiſmalis neceſſario obſervanda. *Barb. de jure Eccl. univ. lib.3. cap.3. n.18.*, *Card. Petra ad Conſtit.5. Innoc. IV. num.3. & 4.* Dixi = *ad ſolemnem Sacramenti baptiſmatis collationem neceſſaria* = Nam in Baptiſmo extraordinario, quod ita urgente neceſſitate a quocumque poteſt admi-
89 niſtrari, quæcumque Aqua, dummodo naturalis, ſufficit pro illius collatione per *Text. in Clem. un. de baptiſmo*, *cap. in neceſſitate 21.*, *& paſſim diſtinct. 4.*; Qua in re, de qua in alio loco, concordat *Benedictus XIV.* in Conſtit.89. incip. *Inter omnigenas* §.20.

Aqua, de qua ſumus locuti, dicitur etiam benedicta: ſed notandum, quod quamquam Aqua conſecrata dicatur etiam be-
90 nedicta, non tamen omnis Aqua benedicta dici poteſt conſecrata.
91 Ad cujus rei intelligentiam, ſciendum, quod Aquæ benedictæ quatuor ſunt genera. Prima eſt Aqua Epiſcopalis mixta vino, & cinere, qua Epiſcopus utitur in conſecratione Eccleſiæ, Altarium, Cœmeteriorum, *cap. Propoſuiſti de conſecr. Eccl.*, vel in iſtorum

recon-

reconciliatione. *Cap. Aqua eod.* Secunda eſt baptiſmalis, in qua Chriſma, & Oleum Cathecumenorum adhibetur, de qua *in dicto Can. in Sabbato, & in rubrica Miſſalis.* Tertia eſt Aqua luſtralis, in qua conficienda ſal infunditur, *cap. ult. de conſecr. Eccleſ.* Quarta eſt Aqua benedicta per ſolas preces Sacerdotales, quæ adhibetur pro impediendis, vel fugandis morbis.

Præter Aquam Baptiſmalem Olea quoque pro Conſecrationibus, & Sacramentis conficiendis neceſſaria, conſecrari debent. 92
Iſtorum tria genera eſſe ſolent, quorum primum Chriſma, alterum Cathecumenorum, & tertium Infirmorum appellatur. *Burchard. Wormacien. Epiſcop. lib. 4. decretor. cap. 75. ex cap. 1. Concil. Meldiv., Card. Petra ad Conſtit. 5. Innoc. IV. a num. 2. ad 5., Catal. ad Pontific. Rom. tom. 1. tit. 12. §. 1. num. 1., Bened. XIV. Conſtitut. 57. incip. Etſi Paſtoralis §. 3. tom. 1. ſui Bull.* Eorumque natu- 93
ra, atque uſus omnino diſtinctus habetur. Chriſma enim adhibetur
in conſecratione Summi Pontificis, Epiſcoporum, Eccleſiarum, Al- 94
tarium, Cœmeteriorum, Calicum, Patenarum, & ſimilium, *cap. un. de Sacr. Unct., Catal. tom. 1. tit. 20. §. 7. num. 7.*. Tum in Sacramento Confirmationis, *cap. Quoniam de ſent. excommunic. in 6., Catal. d. tom. 1. tit. 1. ad §. 8.*, ad inungendos, qui baptizantur, *cap. Presbyteris, cap. Si quis, cap. Omni tempore de conſecr., cap. Quoniam de ſent. excomm. in 6.*, in conſecratione Aquæ Baptiſmalis, ex ſupra demonſtratis, atque ad inungendas, & conſecrandas Campanas, ut in Pontificali Romano apud *Catal. tom. 2. tit. 20. §. 1.*

Dixi = *in conſecratione Summi Pontificis* = Notandum enim a vobis eſt, quod electus in Pontificem, iterata unctione non conſecratur, ſi jam erat conſecratus Epiſcopus: ſed hujuſmodi tantum 95
unctione egebit, ſi Epiſcopali Ordine, & charactere nondum erat inſignitus, juxta monitum Rotale *coram Molines dec. 784. num. 15., & ſeq.*, ubi refert exemplum duorum Pontificum, qui ſolemni ritu fuerunt conſecrati, videlicet *Clementis VIII.*, de quo ſcribit *Ciaccon. in ejus vita §. Conſecrati*, & *Clementis XI.* e nobiliſs. Albanorum Familiæ, qui in tam calamitoſis illorum temporum adjunctis ſupremam D. Petri Cathedram adeo rexit, ut æterni nominis gloriam ſibi apud Poſteros comparaverit. Iſtorum exemplo illud addi etiam poteſt feliciter, glorioſeque regnantis Pontificis O.M. *Clementis XIV.*, olim Laurentii *Ganganeli* S.R.E. Cardinalis Presbyteri, Tit. SS. XII. Apoſtolorum, & Ordinis Minorum Conventualium, in Pontificem creati *die 19. Maii* 1769., & Coronati *die 4. Junii dicti anni*.

Oleum Cathecumenorum, quod benedictum dicitur, adhibetur pro inungendis Cathecumenis ante Baptiſmatis receptio- 96
nem

Digitized by Google

nem, *Can. Deinde de conſecr. diſt.4.*, *cap. un. de ſacra unctione*; tum in unctione Imperatoris, *cap. Venerabilem de elect.*, & in unctione Regum in bracchio, atque humero, *d. cap. 1. §. Unde de ſacra unct.*, ubi poſt varia exempla Sacerdotum, Regum, & Prophetarum veteris Teſtamenti, qui Sacro Oleo inuncti ſunt, dicitur, quod hodie non poſſunt amplius Reges in capite inungi, *Sela de benef. part. 1. qu. 5. n. 164. 163.*, *Fuſcb. de viſit. lib. 1. cap. 6. n. 5.*, *Catal. d. tit. 20.*, *Comment. ad §. 7. fere per totum*; Item ad inungendas manus Sacerdotum, dum ordinantur, *Card. Petra*, & alii apud eumdem *d. Conſtit. 5. Innoc. IV. tom. 5. n. 3.*, *Catal. d. tom. 1. tit. 12.*, *Comment. ad §. 1. & 13.* Atque in conſecratione Aquæ baptiſmalis, ut ex Rituali apparet.

97 Oleum Infirmorum, nempe ſimplex oleum olivarnm ab Epiſcopo benedictum, Concil. Florent. *in decreto de unione Armen. §. Quintum Sacramentum*, Concil. Trid. *ſeſſ. 14. cap. 1. de Sacram. unct.*, *Fagnan. in cap. Cum veniſſent de ſacr. unct. n. 52.* *Card. Petra*, ut ſupra *n. 5.*, inſervit non ſolum pro inungendis iufirmis ad extremas vitæ periodos redactis, ſed etiam ad inungendas, & conſecrandas campanas, ut *in d. Rom. Pontific.*, ac *Barb. de jur. Eccl. univ. part. 2. lid. 3. c. 3. n. 32.*

98 Erat olim aliud olei genus, diverſum ab hactenus explicatis, quod a Pontificibus, aut viris ſanctitate conſpicuis benedicebatur, & quo fideles utebantur ad pellendos morbos, vel dæmones ab energumenis, teſte *Catal. ad Pontific. Rom. tom. 3 c. 14. §. 14. n. 11.*, ubi refert auctoritatem *Tertulliani in lib. ad Scapul. c. 4. S. Hieronymi in vita S. Hilarionis*, *Severi Sulpitii in vita S. Martini dialog. 3. cap. 3.*, ac *Bollandianorum*, in quibus paſſim legitur varios morbos ſæpiſſime curatos fuiſſe a ſanctis viris olei benedicti unctione.

99 Chriſma, de quo peculiariter hic differendum, ſi materialiter ſumatur, non ſimplex oleum eſt, ſed olei, & balſami mixtura Epiſcopali miniſterio certis, ſtatiſque cœremoniis, ac ritibus peracta, iuxta *text. in d. cap. un. de ſacr. unctione*, *cap. 1. de Sacram. non iter.*, *Barb. de jure Eccleſ. part. 2. lib. 3. c. 3. n. 27.*, *Catal. tom. 1. tit. 4. §. 3. n. 2. §. 14. n. 1. 5.*, ac *Bened. XIV.* in ſuis annotationibus in cauſa *Lucana* Sacræ Congregationis Concilii propoſita 17. *Sept.* 1723. dum Secretarii munus ſumma cum laude obibat; *§. Licet*, quod confirmat in ſua *Conſtit. 53.* incip. *Ex quo §. 49. tom. 4. ſui Bull.* Nec ſuo caret myſterio hujuſmodi com-

100 poſitio, & mixtura. Nam per oleum nitor conſcientiæ deſignatur, iuxta illud *Matth. 25.* ibi = *Prudentes Virgines acceperunt oleum cum lampadibus* =, de quo conſcientiæ nitore loquitur *Apoſtol. in epiſt. 2. ad Corinth.*, *d. cau. un. verſ. Per oleum*. Per balſamum odor

odor famæ exprimitur, ut apud *Eccleſiaſtic.24. Sicut balſamum aromatizans odorem dedi*: de quo famæ odore loquitur idem Apoſtolus *in ep.1. ad Timot.2., d. c.1. loco cit., Barb. ut ſup. ſub n.27., Catal. d. n.5.*

Quandoque deficiente vero balſamo permiſerunt Summi Pontifices, ut ad conficiendum Chriſma liceret uti quodam fragranti ſucco, ſeu liquore, qui communiter pro balſamo accipitur. Sic D. Pius V. tale indultum impertitus fuit Indianis Epiſcopis, ut 101
legitur in ſua *Conſtit.180. Bull. nov. edit. Rom. tom.4. part.3.*, Sixtus V. pariter, ut legitur in ſua Conſtit.47. *cit. Bull.*, ob expoſitam balſami penuriam permiſit Archiepiſcopis, & Epiſcopis Luſitaniæ, ut adhibere poſſent balſamum ex Braſilia, aliiſque novi orbis Indiarum regionibus allatum. Qui Pontifices profitentur ſe ſequi exempla ſuorum Prædeceſſorum *Pii IV.* & *Gregorii XIII.*, quorum prudentiam collaudat *Morinus in ſuo opere poſthumo de Sacram. Confirm. pag.35.*, ac *Bened. XIV. d. Conſtit.53. §.11.*

Græci præter oleum, & balſamum alia admiſcent aromata in Chriſmatis confectione, & inſuper alias fragrantium herbarum ſpecies, quæ ſunt numero viginti tres, adjuncta quoque aliqua 102
vini portione: quas herbas odoriferas accurate enumerat *Habert. in lib. Pontific. Eccleſ. græcæ obſerv.5, ad ritum Chriſmatis*, & *P. Berti tom.7. ſuæ Theolog. lib.32. n.5., Catal. d. tit.1. §.14. n.5.*, Quæ omnia ab Eccleſia Catholica tolerantur, dummodo oleum, & balſamum, velut materia neceſſaria adhibeatur, ut declaravit 103
Bened. XIV. d. Conſtit.53. §.49. & 52. verſ. In Eccleſia græca. Fuit olim error Armenorum, ut ait S. Gregorius VII. *in lib.8. epiſt. ad Archip.* Sinnadenſem, qui non ex balſamo, ſed ex butyro ſacrum Chriſma conficiebant. Errorem hunc correxit Pontifex, 104
ſed dudum non fuiſſe correctum conſtat ex *Jo. Chernacenſis Ord. Prædic. epiſt. ad Fratres orthodoxos de erroribus ſuæ gentis*, quæ extat apud *Clementem Galanum*, teſte *Catalan. d. tom.3. tit.4. §.14. n.1. in fine*.

Utuntur quoque Græci muſcho in Chriſmate conficiendo, ſeu conſecrando, ut videre eſt *in Eucholochio Græcor. pag.508.*, 105
tum apud *Goar. ſuper eod. pag.516.*, tum apud *Pontifical. Græcorum pag.699.* & 714., teſte *Bened. XIV. in Conſtit.42.* incip. *Quarta vertentis* §.18. Muſcus in Eccleſia Latina adhibetur, dum a Summo Pontifice in Dominica quarta *Lætare* Quadrageſimæ benedici- 106
tur Roſa aurea: cujus ritus habetur in opere *de ſacris Cæremoniis Chriſtophori Columbi*, vulgo Corcyrenſis Archiepiſcopi, Marcelli nomine inſcripto, *lib.1. ad titul. de bened. Roſæ*, ac *lib.2. cap.37.* Sed melius videri poteſt apud laudatum Pontificem *Bened. XIV. loco cit. §.2. & 17. in fine*.

Solet hæc Dominica *Lætare* ante Pentecoſtem nuncupari Do-
107 minica *de Roſis*, ſeu *de Roſa*, ob præcipuam rationem a ſequenti, quod vobis exhibeo, facto deſumptam. Superioribus temporibus celebris erat ad Baſilicam S. Mariæ ad Martyres, vulgo *Rotundam*, Romanæ Eccleſiæ Conventus, dicta Dominica ante feſtum Pentecoſtes. Pontifex enim univerſo cum Clero ad eam accedens, ſtationemque ibi, & Miſſarum ſolemnia celebrans, ſermonem ad populum de Spiritus Sancti adventu proxime recolendo habebat. In cujus rei typum de altitudine Templi mittebantur Roſæ in figuram Spiritus Sancti, qui linguis igneis in cœnaculum ſuper Apoſtolos apparuit, ut ait *Benedictus Canonicus in ſuo Cæremoniali*, quod Cœleſtino III. tunc S. R. E. Cardinali Vidoni de Caſtello, inſcriptum edidit. Cujus rei veſtigium adhuc retinetur a Canonicis dictæ Eccleſiæ parochialis, inſigniſque Baſilicæ, & Collegiatæ, quibus prædicta die Officia Divina in choro perſolventibus Roſæ diſtribuuntur, teſte, ac referente memorato *Benedicto XIV. in tom.4. ſui Bull., Conſtit.*67. incip. *Ad Summi* §.3. Eodem modo, quo in feſtivitate Sanctæ Mariæ ad Nives, dum a Capitulo Baſilicæ Liberianæ Divina Officia ſolemni ritu in Choro perſolvuntur, albi coloris floſculi paſſim e Lacunari memoratæ Baſilicæ, & de altitudine inſignis Sacelli Burgheſiani, de quo verba fecimus in 1.*parte tit.7.de Collegial.Eccleſ. n.64.*, demittuntur, in typum, & memoriam notiſſimæ illius miraculoſæ nivis, quæ nonis Auguſti, dum in Urbe maximi calores eſſe ſolent, partem collis Exquilini, ubi prædicta Eccleſia fuit a Liberio in honorem Beatiſſimæ ſemper Virginis extructa, nocturno tempore contexit.

Debet Chriſma cum oleis cathecumenorum, & infirmorum
108 ſingulis annis ab Epiſcopo confici feria quinta in Cœna Domini, juxta antiquiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem. *Can.Literis de conſecr. diſt.3., cap. de referente de celebr. Miſſæ, Card.Petra ad d.Conſtit.5. Innoc.III. n.6., Catalan. d. tom.3. tit.4.* §.1., *&* §.24. *n.4.*, ac plene *in appendice*, Bened.XIV. *in ſua Notificatione* 14. *tom.4. edit. Roman.*, & *Conſtit.*30. incip. *Anno vertente* §.5. *in fine*, *tom.3. ſui Bull.* Conſonant quoque, quæ habentur in folio S. Congregationis Concilii *in Aquilana* 3.*Febr.*1725.§.*Aquilana*, ubi Canon *Omni de conſecr. diſt.*4, explicatur, ac præſertim *Rot. in Andrien. ſuper aſſiſtentia in confectione ſacrorum Oleorum* 27. *Novemb.*1759. §.1. *&* 6. *cor. Vicecomite*.

Conveniunt quoque Græci cum Latinis, ut Chriſma confi-
109 ciatur, ſeu conſecretur ab Epiſcopo, ut notat *Arcud. in cap.5. in fine*; permittitur tamen *in Conſtitutione* 35. *Sub Catholicæ Innocentii IV.*, *tom.3. Bull.* §.5., conſuetudo, ut Patriarca una cum

Epi-

Epiſcopis Chriſma conſecret, ac Metropolitanus cum ſuis Suffra-
ganeis, & ſic confectum ad inferiores provincias tranſmittant, ut 110
docet idem *Arcud. cap. 9. §. Sed utcumque, verſ. Quia uſu*: ubi
commemorat, quod Eccleſia Romana, ante quam ab ea Orienta-
les deficerent, ſolebat annuatim Chriſma mittere Conſtantinopo- 111
litanis, teſte *Card. Petra ad eamdem Conſtitutionem Innoc. IV.* in ſuis
Commentariis poſitam *ſub n. 14.* Olea autem Cathecumenorum,
& infirmorum ex Apoſtolica tolerantia a Presbyteris Græcis, in
ipſa oleorum, & Sacramentorum exhibitione juxta veterem ri-
tum, conficiuntur, ſeu benedicuntur, ut monet *Bened. XIV. in* 112
ſua Conſtitutione Etſi Paſtoralis §. 3. *n.* 1. Si tamen contraria vi-
geat conſuetudo, debet hæc religioſiſſime cuſtodiri, nec ab ipſis,
etſi minimum impugnari, ut proſequitur laud. Pontifex *d.* §. 3. 113
n. 1. ibi = *Niſi tamen contraria conſuetudo introducta ſit, quam ſerva-
ri volumus, ac mandamus.*

Epiſcopo abſente, vel legitime impedito, niſi alium ad id
delegaverit, fieri poſſunt ſacra Olea ab Epiſcopo viciniore, & ab 114
eo accipi, quemadmodum olim in uſu haberi demonſtrat *Conci-
lium Rotomagenſe*, ubi ſolemni cum pompa, & proceſſione recipi
ſolebant, teſte *Catal. ad Pontific. Rom. tom. 3. til. 4. §. 24. n. 41.*, ubi
quod a proceſſionali tempore Novellonis ſecundi Epiſcopi exarato
deſcribitur, per extenſum refertur. Sacra autem Olea, ac præ-
ſertim Chriſma, fieri ab Epiſcopo debent in Eccleſia Cathedrali, 115
per *text. in cap. Te referente de celeb. Miſſ.*, *Card. de Luca in an-
not. ad Concil. Trid. diſc. 4. n. 7.*, & *in miſcell. diſc. 26. n. 3.*, juxta-
que notata a Rota *in Andrien. ſuper aſſiſtentia in conſecratione ſa-
crorum Oleorum* 27. *Novemb.* 1752. §. 9., *ac paſſim cor. Vicecomite.*
Tum quia Eccleſia Cathedralis eſt cæterarum diœceſeos Eccleſia-
rum matrix, & caput, ut pluries demonſtravimus *in* 1. *parte
tit. 6. de matric. paroch. Eccl. n.* 3. 25. *& ſeq.* Tum quia hujuſmodi
conſecratio fieri debet Pontificaliter in Miſſæ Sacrificio, *Vicecom.
de ritib. confirm. lib.* 1. *n.* 20. *& ſeqq.*, *Card. Petra ad Conſtit. 5. In-
noc. IV. n.* 90., *Card. de Luca diſc. 3. n. 2. de præemin.* Juſtiſſima ta- 116
men concurrente cauſa poteſt Epiſcopus id conficere in alia ſibi
ſubjecta Eccleſia, ut docet *Barb. collect.* 535. *n.* 4., ubi refert de-
cretum S. R. C. 17. *Decemb.* 1602., ac *Pignatell. conſult.* 29. *n.* 3.,
& 9. *tom.* 4., *Nicol. lucubr. canon. lib.* 1. *tit.* 15. *n.* 1., *Card. de Luc.
diſc.* 16. *ſub n.* 3. *& ſeq. in miſcellaneis.*

Sic conficiuntur Romæ ſacra olea a Cardinali Vicario, vel
ejus Viceſgerente in Baſilica Lateranenſi, utpote qua Summi Pon- 117
tificis Eccleſia propria, & cæterarum Urbis, & Orbis Matre, &
Capite, ut præter eas, quas jam adducimus auctoritates *in cit.
part.* 1. *tit.* 6. *a n.* 6. *ad plures ſeqq.*, demonſtrat *Rota cor. SS. D. N.*

Clemente XIII. in Barchinonen. jurium parochialium ſuper precepto paſchali 5. Decemb. 1734. *dec.*251. *ſub n.*4. Simili quoque fruitur
118 jure Cardinalis pro tempore Archipresbyter Baſilicæ D.Petri, in vim vetuſtiſſimæ, atque immemorabilis conſuetudinis, variis Summorum Pontificum privilegiis decoratæ, ac tandem *Benedict. XIV. in Conſtit.*59. incip. *Ad honorandam* §.9., ubi tale jus, ac privilegia ſuorum Anteceſſorum confirmat. Dictaque Conſtitutio laudati Pontificis O. M. *Benedicti XIV.* impreſſa quoque legitur in Bullario Vaticano *tom.*3. *edit. Rom.*1752. *a pag.*337. deſumpta ex authographo in Archivio Baſilicæ *cap.*4. *faſc.*250.

Cum ſacrorum oleorum functio ab Epiſcopo, qui eſt præcipuus Miniſter, peragatur, non debent Canonici Cathedralis Ec-
119 cleſiæ dedignari eidem Epiſcopo conſecratori eſſe teſtes, & cooperatores: cum ipſi uti Epiſcopi Confratres, atque Conſiliarii eidem in pontificalibus functionibus aſſiſtere, atque intervenire teneantur. *Pignatell. conſult.*48. *n.*6. *tom.*1., *Clericat. diſcord. forenſ.*98. *per tot. part.*1., *Rot. cor. Vicecomite in d. Andrien.* §.9. ubi ait id multo magis tenendum eſſe, ſi nonnullis aliis in Eccleſiis, fortiorique jure ſi in variis ejuſdem provinciæ obſervetur. Imo ſi Epiſcopus id expediens judicaverit unum poteſt, vel plures ex ſingu-
120 lis Collegiatis Canonicos ſuæ diœceſis vocare ut hujuſmodi functioni aſſiſtant, juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Civitatis Caſtellanæ* 12. *Jun.*1631. *lib.*14. *decr. pag.*467., & in *Aquilana* 3. *Maii* 1725. ad dubium, ubi reſponſum: Præpoſitum Collegiatæ S. Juſtæ, & Archipresbyteros Collegiatarum S. Mariæ de Paganica, & S. Petri de Popleto, teneri intervenire feria 5. in Cœna Domini in conſecratione Olei Sancti, ut *in Theſauro Reſolutionum pag.*134.

Nec movet Pontificale Rom. editum a *Clemente VIII.*, & ab
121 *Urbano VIII.* recognitum, *in tit. de officio feriæ quintæ in Cœna Domini*, præſcribens, quod pro hujuſmodi functione intereſſe debeant, ultra Epiſcopi Miniſtros, duodecim Presbyteri, ſeptem Diaconi, ſeptem Archidiaconi, una cum Accolitis, aliiſque neceſſariis, indutis veſtibus albi coloris ſuo ordini congruentibus. Quandoquidem in eodem Pontificali numerus Presbyterorum præſcribitur, ſed non prohibentur Canonici, neque arcentur a præſtanda aſſi-
122 ſtentia, & cooperatione Epiſcopo in d. ſacrorum oleorum confectione, ut optime obſervat *Rota in d. Andrien.* §.11. In caſu tamen neceſſitatis, quando videlicet agitur de Epiſcopis parvum Clerum habentibus, quique in partibus infidelium exiſtunt, a Sede Apoſtolica permittitur, ut feria quinta ſacra olea conficiant, ſed cum minori aſſiſtentium numero, ut videre eſt apud *Pignatell. conſult.*41. *n.*1., *& ſeqq. tom.*6., & *d. Aquilana* §. *Aquilana in fin.*

Præ-

Præterea cum Pontificale Romanum ex demonſtratis ſtatuat vocandos eſſe Presbyteros, ſequitur poſſe ab Epiſcopo, præſertim ſi in dignitate non ſint conſtituti, obligari, vocarique Canonicos tum Cathedralis, tum Collegiatæ. Nomine enim Presby- 123
terorum æque comprehendi poſſunt, & includi Canonici, qui primi ordinis Presbyteri in jure nuncupantur, ut poſt *text. in cap. Cum tibi 1. & 3. de verb. ſignific.*, *cap. Per extenſionem de privil. in 6.* firmant *Burſat. conſil. 287. n. 5. vol. 3.*, *Bellet. diſquiſ. Clerical. part. 1. tit. de diſcipl. Clericor. §. 2. n. 5.*, *& 6.*, *Barb. de Canon. cap. 1. ſub n. 3.*, juxtaque tradita *in d. Aquilana §. Excipit*, & a *Rota in d. Andrien. §. 11.* Quod ſi vigeat conſuetudo, ut Canonici etiam in dignitate conſtituti huic functioni interveniant, debet 124
hæc conſuetudo diligenter cuſtodiri, ut habetur in d. Rotali ſpecie *in Andrien. §. 8.*

Teſtes exigit, & cooperatores egregios hujuſmodi functio, ut ait *Rota in d. Andrien. §. 2.*, hinc ſequitur, quod Parochi, qui 125
in animarum cura exercenda adjutrices eidem Epiſcopo manus præbent, ſeſe ab hoc onere, ſi vocati fuerint, eximere nequeant. *Can. Presbyter de conſecr. diſtinct. 4.*, *Can. Si quis ead. diſt.*, *Can. Presbyteri diſtinct. 95.*, juxtaque Sacram Congregationem *in dict. Aquilana §. Secundo.*, *§. Tertio*, & ad dubium, nec non juxta mentem Sacri Rotalis Auditorii *in d. Andrien. §. 6.* Nullo habito diſcrimine, an ſint ſimplices Parochi, vel Canonici, ut *in d. Aquilana*. Quod ſi quandoque contigerit, ut nonnulli Parochi non fuerint in aliquibus edictis ad hujuſmodi aſſiſtentiam vocati ab Epiſcopo, ex hoc, ſi ab illo deinde fuerint vocati, eximi ne- 126
queunt ab hujuſmodi onere, eo quod in arbitrio, & facultate Epiſcopi ſit, hos, vel illos ad hanc aſſiſtentiam vocare, obligareque: ut legitur *in d. Aquilana §. Tertio*.

Poſt nova ſacra olea ſingulis annis confecta, tenentur Parochi, aliique animarum Rectores tum Sæculares, tum Regulares de illis ab Epiſcopo, ſeu Cathedrali Eccleſia, quam primum pro debito uſu provideri: Atque vetera, quæ remanſerunt, ſunt ab 127
iis comburenda, juxta præſcriptum Pontificalis Romani apud *Catalan. d. tom. 3. tit. 4. §. 24.* ibi = *Vetus autem Chriſma, & oleum Cathecumenorum, ac Infirmorum, ſi quod remanſerit in ampullis, ponitur in lampades Eccleſiæ ante Sacramentum, ut comburratur* = Reliquum vero, quod eſt in pixidibus, ſive capſulis cum bombyce igni comburitur, ut notat idem *Catalan. d. §. 24. n. 7.* Concordat decretum S. Caroli Borromæi in *Concil. Mediol. provincial. 4. Conſtit. par. 2.*, ubi paulo poſt initium, mandat, ut cum primum ſacra olea nova acceperit, vetera ſtatim comburat in lampade, quæ ante Sanctiſs. Sacramentum collucet, bombycem, in Sacrario plene exurat: quod

quod inculcat *part.4. Actor. in Inſtruct. de Adminiſtr. baptiſmi*, ubi
128 etiam Parochum monet, ut vetere Oleo ſancto, vel Chriſmate minime utatur, niſi, antequam novum haberi queat, opus illi ſit vetus adhibere. Atque Synod. Tuſcul. an.1763. *parte 3.cap.3. num.13.* In caſu autem neceſſitatis poteſt Parochus vetere Oleo,vel Chriſmate uti, ex eodem *D. Caroli Borrom. loco cit.*, *Barb. collect.535. n.5. & 6.*, *Card. Petra ad Conſtit.5. Innoc.IV. n.6.*, *Benedicto XIV. Conſtit.* 10. incip. *Cum infraſcriptum §.5. in fine tom.3. ſui Bullarii*: Vel etiam veteri aliud infundere, dummodo tamen, quod infunditur, in minori ſit quantitate, quemadmodum Doctores communiter tradunt, ac præſertim *Catalan. ad Pontifi. Roman. tom.3. tit.4. d.§.24. n.6.*

Notanda quæſo ſunt illa verba, quæ conſulto adjecimus = *tum Sæculares*, *tum Regulares* = Quandoquidem Regulares, quicum-
129 que ſint, tenentur Chriſma, aliaque Sacra Olea a proprio Diœceſano Epiſcopo ſuſcipere, niſi Apoſtolicum habeant, concludenter probandum Beneplacitum, illa a quocumque catholico Antiſtite recipiendi, ex notatis a Sacra Rota *in Paderbonen. Juriſdictionis* 8.*Martii* 1756. §.18. *coram Eminentiſſimo Buſſio*, confirmata 28. *Martii* 1757. §.14. *coram Borrull*. Cæterum Apoſtolicum, de quo agimus, Indultum, talem non habet vim, ut ipſis quoque Regularibus intelligatur impertita juriſdictio non ſolum
130 paſſiva, ſed activa etiam in Clerum, & Populum, juxta paſſim tradita per Rotam *in d.Paderbonen. Juriſdictionis*.

Presbyteri ſimiliter Græci non ſolum nequeunt Chriſma ſuſcipere, niſi ab Epiſcopo in catholica Fide, & Religione conſtitu-
131 to, juxta Conſtit. *Benedicti XIV.* incip. *Etſi Paſtoralis* §. 4. *num.2.* ibi = *Non audeant tamen ab Epiſcopis græcis externis, ſchiſmaticis, ſeu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ communionem non habentibus illud accipere, vel eo uti* = Verum etiam illud debent recipere ab Epiſcopo Latino proprioque Ordinario,ut proſequitur laudatus Pontifex in *d.* §.4.*n.*3 hiſce verbis = *Item abſtineant Chriſma accipere a quocumque alio Epiſcopo latino, ſeu Græco Catholico, præter ſuum Ordinarium latinum, cujus juriſdictioni ſubſunt* = Quod vero attinet ad alia ſacra Olea, cum, ut ſupra jam demonſtravimus, ea poſſint in ipſa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione conficere, ſeu bene-
132 dicere, non tenentur ſuſcipere ab Epiſcopo Latino Diœceſano, niſi contraria vigeat conſuetudo: quo in caſu ſervandam eſſe ſtatuit idem Pontifex *d.* §.3.*n.*1.

Si de Eccleſia, quæ Parochialis non ſit, inſtituatur oratio, quamquam in ea ex privilegio, aliave de cauſa retineri valeat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, atque Oleum Sanctum,
133 ſeu Infirmorum, ut ſpiritualibus indigentiis conſulatur domeſticorum

corum, & familiarium intra illius ſepta degentium, retentio tamen Chriſmatis omnino denegatur, quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Conſtantien. Jurium Parochialium, & Exemptionis* 18.*Decembris* 1762. *ad* 3. *dubium*, ubi agebatur de Eccleſia, ſeu Commenda Villingen. ad Ordinem Hieroſolymitanum pertinente. Cum enim ſic quæreretur in dicto 3. dubio:

An in d. Eccleſia præfatæ Commendæ retineri valeat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, necnon Sacrum Chriſma, & Oleum ſanctum pro omnibus ſpiritualibus indigentiis domeſticorum, & familiarium, ut ſupra, intra illius ſepta degentium: Prodiit Eminentiſſimorum Patrum reſolutio ita concepta: *Ad III. Quoad Sacrum Chriſma negative, in reliquis affirmative*.

Eaque propter reſolutum fuit ab iiſdem Eminentiſſimis Patribus *ad* 4. *dubium*: Teneri Decanum Capituli Ruralis Villingani quolibet anno ſuppeditare Oleum ſanctum, & Chriſma Vicario Curato Gruningenſi, non autem Chriſma, ſed Oleum tantum Infirmorum Cappellano dictæ Commendæ Villingani, ut melius videri poteſt in *tom.*31. *theſ. reſol. pag.*279.

Iſta autem ſacra Olea, dum a Parochis pro uſu ſuarum Eccleſiarum recipiuntur, nil ab ipſis exigi poteſt abſque labe Symo- 134
niaca: per *Textum in Can. ult. cap.*1. *qu.*3., *cap.*8., *cap.*16. *ibique gloſſa verbo chriſmate, cap.*36. *ibique gloſſa verbo Chriſmate de Symon.* juncto folio Sacræ Congregationis Concilii in dicta *Conſtantien. Jurium Parochialium* §.*Et ideo*, *pag.*282. Etiamſi in contrarium adducatur conſuetudo aliqua, quæ corruptela dici ſemper debet, atque damnabilis: Quando enim conſuetudo in ſe mala eſt, & peccaminoſa, diuturnitas temporis non efficit, ne talis ſit, ad *Can. Nullus Epiſcopus cau.*1. *qu.*1., *can. Schiſma d. cau. & qu.*1., *Leg. Obligation. ff. de act., & oblig.*, ac in ſpecie *d. cap.*8. *& cap.*16. *ibique gloſſa verbo Conſuetudinis d. Symon.* Non obſtante etiam, quod hujuſmodi pecuniariæ exactiones diverſis nominibus varientur, ſeu pallientur, ut habetur in *dd. cap.*8. 16. *ac* 36. *di Symon.* in quo ultimo ſic legitur: *& ut cauſam recipiendi diſſimulent, nomen denariorum variant, denarios quos prius Chriſmales, ſecundo Paſchales dicebant, conſuetudinem mediæ Quadrageſimæ nuncupantes*: Adeoque talis variatio ſemper in ſe importabit labem Symoniacam, ut obſervat *gloſſa d. cap.*36, *verbo Variant*. Non enim nomen attendi debet, ſed res ipſa, ipſaque ſubſtantia, quemadmodum in alia ſpecie notavit *Rigant. ad Regul.*4. *Cancell.* §.1. *ſub n.*9. Eodem modo quo uſura non deſinet eſſe illicita, etſi, quemadmodum
Uſurarii faciunt, vel lucrum, vel emolumentum, vel pœna in 135
fraudem nuncupari ſoleat, juxta doctrinam *Gloſſæ in dicto cap.* 36. *verbo Variant de Symon.*

Nec

Nec reponas refragari reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in dicta Conſtantien. Jurium Parochialium ad 4. dubium in fine* ubi, cum quæreretur an Conſolationes præſtandæ, ſolvendæque forent Capitulo pro receptione ſacrorum Oleorum, Eminentiſſimi Patres ita reſponderunt: *Quo vero ad prætenſas conſolationes utantur jure ſuo coram Eminentiſſimo Ordinario*. Etenim non reſolutio eſt attendenda, ſed rationes potius, quibus ipſa innititur. Cujus rei gratia notandum eſt, quod ibi agebatur de Capitulo poſtulante ſolutionem taxarum, ſeu Conſolationes contentas in Statuto edito anno 1691., necnon vigore immemorabilis in eodem Statuto enunciatæ, quæ debebantur a Parochis ratione victus dandi Presbyteris accedentibus ad ſacrorum Oleorum receptionem, tum ratione ſuffragiorum, quæ in die obitus, & quolibet Anniverſario pro ipſiſmet Parochis celebrabantur.

136 Inita autem fuerat anno 1747. Concordia quædam cum Curia Epiſcopali, attamen Capitulum contendebat dictam Conſolationem præſtandam quoque adhuc eſſe a Vicario Curato Gruningen., eo quod dicta concordia non reſpiceret Conſolationes, de quibus ſupra, ſed conſolationes Epiſcopales, ſeu præſtationes Epiſcopo debitas loco cathedratici, ut videri poteſt in d. folio §. *Et ideo*, ubi hæc habentur = *Sed contendit, eundem Vicarium teneri ad ſolutionem taxarum, ſeu conſolationum, non obſtante concordia inita cum Curia Epiſcopali anno 1747., quia eadem concordia reſpicit conſolationes Epiſcopales, ſeu præſtationes Epiſcopo debitas loco Cathedratici. Capitulum vero poſtulat conſolationes ſtatutarias, ſeu illas, quæ vigore ſtatuti an. 1691., & vigore immemorabilis in eodem ſtatuto enunciatæ, debentur ab omnibus Parochis, tum ratione victus dandi Presbyteris, qui accedunt ad Oleum excipiendum, tum ratione ſuffragiorum, quæ in die obitus, & quolibet anno deinceps celebrantur pro Parochis defunctis*.

Cum autem ſuperius dicta concludenter, ut par erat, demonſtrata non fuerint, ideo Eminentiſſimi Patres, e re duxerunt ad Eminentiſſimum Ordinarium Partes remittere, ut jure ſuo coram illo uterentur. Ex quibus ſingulis non immerito deducitur Eminentiſſimos Patres non ſine fundamento a negativa reſponſione ſeſe abſtinuiſſe, declarando videlicet Vicarium Curatum Gruningen. non teneri ad ſolutionem taxarum, ſeu conſolationum pro receptione ſacrorum Oleorum. Primum enim agebatur de ſolutione, ſeu præſtatione conſolationis a Statuto decretæ, innixæque, ut Capitulum prætendebat, immemorabili, quæ præſumptionem
137 inducit legitimi cujuſcumque tituli, privilegii, ac Beneplaciti Apoſtolici, quemadmodum in alia ſpecie declaravit *Bened. XIV.* in Conſtit. 3. incip. *Declaraſti nobis* §. *Præſcriptionem tom. 2. ſui Bullarii*. Se-

Secundo agebatur de conſuetudine, quæ in ſe mala, ac peccaminoſa non erat, poſita veritate narratorum, quotieſcumque conſolatio illa, quæ a Parochis præſtabatur pro receptione ſacrorum Oleorum, ne in minimum quidem vertebatur in commodum Capituli, ſeu potius in temporalem, & ſpiritualem eorundem Parochorum utilitatem, uti liquet ex ſupra demonſtratis: ubi Capitulum Sacræ Congregationi expoſuit dictas conſolationes partim erogari in ſuppeditando victu ipſis Presbyteris accedentibus ad receptionem ſacrorum Oleorum, partim vero impendi in perſolvendis, ut ſupra ſuffragiis Parochorum defunctorum: cum nullibi cautum in jure hactenus legerim Capitulum ad hujuſmodi onera teneri. Secus vero dicendum eſſet, quotieſcumque pro receptione ſacrorum Oleorum aliquid exigeretur in propriam vertendum utilitatem, juxta ſpecies de quibus *in dd. cap.8. 16. & 36. de Symon.* Quo in caſu ne immemorabilis quidem conſuetudo in contrarium admitti poſſet, velut in ſe mala, atque peccaminoſa, 138
*ad dd. cap.*8. 16. ibique *gloſſa verbo Conſuetudinis.*

Cum hæc inſuper conſuetudo juri, atque rationi contraria prorſus habeatur, inducere minime poteſt privilegii, ac beneplaciti Apoſtolici præſumptionem, quemadmodum *Benedictus XIV.* obſervavit, ac declaravit in ſupradicta ſpecie, ubi demonſtravit, quod conſuetudo immemorabilis non poteſt ſuppeditare præſumptionem privilegiorum Apoſtolicorum, quando dicta privilegia adeo rationi obverſantur, ut, etiamſi poſtulentur nuſquam concedi ſoleant: ut videre eſt in dicta *Conſtit.*3. §. *Præſcriptionem*, ibi = 139
Sed cæteris prætermiſſis, ne hæc Epiſtola longior evadat, ſubdimus hæc intelligi poſſe de illis privilegiis, quæ impetrari potuiſſent a Sede Apoſtolica, ſi quis ea poſtulaſſet: non vero de illis, quæ cum poſtulantur negari omnino conſueverunt: ne præſumptio plus habeat roboris, & momenti, quam veritas.

Hæc ſatis, ſuperque de ſacris Oleis, nunc ad Campanas, quæ ultimum caput conſtituunt, circa quod verſari poteſt conſecratio, ſeu benedictio rerum ad Divinum, & Eccleſiaſticum Cultum pertinentium, orationem breviter convertamus. Solent Campanæ etiam *Cloccæ*, vel *Nolæ*, vel *Signa* quandoque nuncupari, teſte 140
*Catalano ad Pontific. Roman. tit.*20. *de bened. ſigni, vel Campanæ* §.2. *n.*21.; iſtarumque origo ducitur a Campania in Regno Neapolitano, ut veteres præſertim Scriptores teſtantur, *Vualphrid. Strabon. in lib. de reb. Eccl. cap.*5., *Durand. lib.*1. *ration. divin. offic. cap.*4., *Joann. Thiers in opuſc. gallice ſcripto des cloches*, ac recenter *Catalan. ut ſup. n.*1. Quo tamen tempore fuerint adinventæ, cujus opera, & auctoritate in Eccleſiam introductæ, nos adhuc 141
latet, quemadmodum demonſtrat *Catalan. ut ſup. n.*2, 3. & 12.

 ubi

ubi reprehendit *Angelum Rocca de Campanis cap.1.*, *& Bernardin. Ferrarium lib.1. de ritu Sacrar. Concion. cap.7.*, ſuſtinentes fuiſſe adinventas a S. Paulino Epiſcopo Nolano: quam ſententiam, & alii plures recenter ſunt ſecuti.

Etenim, ut ſcite obſervat *Card. Bona* apud eundem *Catalan. n.3.*, nemo veterum Patrum, qui res Paulini accuratiſſime ſunt perſecuti, hanc ejus memorabilem inventionem laudat, & attingit; immo ipſe D. Paulinus *in epiſt.12. ad Severum* conditam a ſe Baſilicam, & ſingulas ejus partes deſcribens, nullam Campanarum, ac turris Campanariæ memoriam facit, cum alia nihilominus minora ædificia commemoret. Error autem ex hoc potuit proficiſci, quod cum quidam apud *Strabonem* legiſſent Campanas dici Nolas a Nola Civitate Campaniæ, ubi primo fuerunt inventæ, de ſuo addiderunt, Paulinum, qui fuit Epiſcopus Nolæ, Campanas in Eccleſiam introduxiſſe, eoque commento plurimis ſuperioris ævi temporibus fucum fecerunt.

142 Elegans eſt enigma de Campana, quod *Franciſcus Suertus* hiſce carminibus ligavit apud *Catalan. dicto tit. 20. in fine §. 10. ſub num.19. tom.2.*

Eſt intra cœlos, eſt intra manſio terras,
Non cœlum tango, non quoque tango ſolum.
Conſtringor vinclis, concludor robore duro,
Ut nulla mutem conditione locum.
Os mihi ſemper biat, petulanter & exero linguam,
Nec, niſi cum cogunt verbera multa, loquor.
Cum loquor aſſiduis repleo clamoribus aures:
Verbera cum ceſſant, tunc quoque ceſſo loqui.
Nec ulli noceo clamoribus: hortor iniquos,
Contrito, ut quærant corde ſalutis iter.

Campanarum uſus multiplex ſolet eſſe, & ad plura introductus
143 ut videre eſt *Thom. Boſſ. de ſign. Eccleſ. lib.2.*, *Balc. diſquiſit. magic. lib.6. cap.3. qu.33. ad finem litt.FF.*, *Rocca de Campanis cap.25.*, *Barboſa part.2.alleg.27. num.50.*, ac ſignanter apud *Argiro diſceptat. Eccleſ. lib.6. diſcept.21. n.6. ad* 10. Quæ omnia hiſce carminibus comprehenduntur *ſub d.n.*10.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, hoſtem fugo, feſta decoro.

Antequam Campanæ in turri Campanaria collocentur, debent
144 ab Epiſcopo benedici, ſeu cònſecrari, ex Pontificali Romano §.1. apud *Catalanum ad idem Pontificale tit.*20., idque præſcripſit D. Carolus Borromæus in *Concil. Mediol.*4. in *titulo de Campanis*, tum *in lib.*1, *inſtructionum fabricæ Eccleſiæ cap. 26.*, tum in *Concilio Diœceſano XI.*, ubi mandat, ut quæ conſecrandæ eſſent. Campanarum

narum index a Vicariis foraneis, ſibi vel Cancellario ſuo in Diœceſana Synodo exhiberetur, ut opportune in viſitatione, aliove tempore conſecrarentur. *Clericat. de Sacrificio Miſſæ deciſ.* 45. *n.*45., *Gavant. in ſuo Manual. verbo Campanæ* ubi refert reſolutionem Sacræ Congregationis Rituum 5. *Jul.* 1614., præter ea, quæ jam notavimus *in parte* 1. *tit.*8. *a n.*120. *ad* 126. incluſive.

Exiſtimat Baronius Campanarum benedictionem, ſeu conſecrationem originem duxiſſe a *Joanne XIII. anno* 968., ubi Campanam Lateranenſem miræ magnitudinis, ante quam ſuper campanile elevaretur, ſacris Ritibus Deo conſecravit, nomen *S. Jo.* 145
Baptiſtæ impoſuit: ut videre eſt in *tom.*10. *Annal. ad an.* 968., & apud *Catal. ut ſup. n.*22. Mihi tamen adridet opinio *Antonii Roccha de Campanis can.*5., ac *Catalani d. loco n.*23. demonſtrantium Campanarum conſecrationem ætate Joannis XIII. eſſe multo antiquiorem, ut liquet ex Ritualibus Libris ante memoratum Pontificem conſcriptis. Concordat quoque *Benedictus XIV. in Inſtit.*6. *tom.*3. *V. Il Cardinale Baronio edit. Ital. Bonon.* §.3.

In conſecratione Campanæ præter oleum Infirmorum requiritur quoque ſacrum Chriſma, ex *Pontificali Romano d.* §.1. apud 146
laudatum *Catalanum*: in quo Doctores conveniunt, ut præſertim *Durand. in ration. divin. offic. lib.*1. *cap.*4., *Durant. de ritu Eccleſ. lib.*1. *cap.*22., *Anton. Rocca d. cap.*5., *Barb. de jure Eccleſ. lib.*2. *cap.*3. *num.*67. quemadmodum ſupra jam demonſtravimus. Solent Campanæ, dum conſecrantur, dici baptizari, ut in *Capitularibus Caroli Magni anno* 789. *num.*18. Sed notandum, quod, 147
etſi Campanarum conſecrationes baptiſmi nomine indigitentur, nemo tamen eo adduci debet, ut credat eas baptizari eo baptiſmo, quo remiſſio peccatorum confertur; ſed tali nomine donantur, quia quæ in baptiſmo puerorum obſervantur cœremoniæ, in iis benedictionibus peragantur: unde non tam baptiſmus, quam baptiſmi ſignum, ſeu ſymbolum iis confertur, quemadmodum de Eccleſiis, quæ cum primum dedicantur, baptizari dicuntur ab *Ivone* Carnotenſi in *ſermone de ſacram. dedicationis*, ut optime *Catalan. ut ſup. n.*24. 26. & 2. *ſeqq.* ubi hæreticorum inſanias, & argumenta diſſolvit, ac refellit.

Olim præter Campanas benedici conſueverant & turres, quas vocant Campanarias, ut in *Chronico Caſinenſi lib.*3. *cap.*30. 148
legitur ab Alexandro II. Eccleſiam Caſinenſem ab Abbate Deſiderio conſtructam, fuiſſe dedicatam, tum etiam ipſius Campanarium, ſeu Campanile, variis ibidem reconditis reliquiis. *Catalan. ut ſup. n.*31. Non ſolum autem reliquiæ recondebantur, verum 149
etiam Altaria erigi ſolebant in honorem D. Michaelis Archangeli, ut innuit *Marten. lib.*2. *de antiq. Eccleſ. ritibus cap.*22., *Catalan. d. n.*31.

*d. n.*31. Atque in ſummitate Crucis, quæ Campanario imponi
150 conſuevit, galli gallinacei effingi ſolita erat figura, quæ Eccleſiarum Rectores de vigilantia admoneret, ut videre eſt *Honor. Auguſtudunenſis lib.*1. *cap.*144., *Gulliel. Durand. d. lib.*1. *cap.*1. 22., & alii apud *Duffreſne verbo Campanarium*, ac *Catalan. ut ſup. n.*31. *& ſeqq.* ubi ritus benedicendi Campanile tradit.

Quod attinet ad Miniſtrum hujuſce conſecrationis, quamquam in Eccleſia Gallicana conſuetudo vigeat, ut campanarum benedictiones, ſeu conſecrationes a Parochis, vel illorum Vica-
151 riis fieri valeant ulla abſque Epiſcopi licentia, ut videre eſt *Andreas Sauſſay part.*1. *Panopl. Sacerdotal. lib.*8., *& part.*2. *lib.*2. *art.*22., attamen attenta Romana Eccleſia, a qua ut omnium Matre, cæteræ pendere debent in obſervatione præſertim Pontifi-
152 calium Rituum, uti conſtat ex duabus Conſtitutionibus *Clementis VIII.*, & *Urbani VIII.* Romano hodierno Pontificali præfixis, quæ legi poſſunt apud *Catalan. ad id. Pontific. tom.*1, *cap.*3. *in Prolegomenis*, certum eſt campanarum benedictionem non poſſe peragi, quam ab ipſo Epiſcopo, neque ab ipſo ſimplici Sacerdoti
153 poſſe demandari, ex demonſtratis a *Catalano d. tit.*20. §.1. *a n.*2. *ad* 6., ubi poſt varia dicti *Sauſſay* rejecta præjudicia, ita concludit = *Ubi aliter nota, quod ſuperius oſtendimus campanas eſſe ab Epiſcopo benedicendas* =, in quo concordat reſolutio d. Congregationis Concilii *in Omolucen. Juriſdictionis* 7. *Jun.*1755. *ad* 14. *dub.*,
154 ubi reſponſum fuit non poſſe Prælatos, & Abbates Regulares, abſque ſpeciali indulto conſecrare campanas, etiam pro uſu ſuarum Eccleſiarum.

Quod ſi agatur de ſimplici campanæ benedictione facienda abſque unctione Chriſmatis, tunc non dubium, quin ab Epiſcopo
155 ſimplici Sacerdoti valeat iſta demandari, ut docet *Barboſa de jure Eccleſ. univ. cap.*3. *n.*67. Ex quo liquet diſcrimen, quod intercedit inter benedictionem Epiſcopi, & ſimplicis Sacerdotis: nam in illa Epiſcopi requiritur unctio Chriſmatis, quæ a ſimplici Sacerdote fieri nequit, item ſolemnitas, quæ a Pontificali Romano inſcribitur: quemadmodum ſtatuit Concilium Ravennatenſe *rubrica* 8. apud *Catal. cit. ſupr, n.*5. *in fine*,

Poſt quam res illæ, de quibus hactenus verba abunde fecimus fuerunt rite, recteque Deo, illiuſque ad cultum conſecratæ, nova amplius conſecratione minime ſunt inaugurandæ, niſi exe-
156 crari eas contigerit, ad *text. in cap. Eccleſiis de conſecr. diſt.*68., *Barb. de jure Eccleſ. univ. lib.*3. *cap.*6. *n.*50. Execrantur vaſa ſa-
157 cra, puta calix, patenæ, & pyxides, quando ſunt conſecratæ, duobus modis. Primo, quando notabiliter franguntur, ita ut
158 amplius non ſint apta ad uſum Sacrificii, *S. Thom.* 3. *part. qu.*83. *art.*3.

*art.3. ad 2., Barb. de officio, & poteſt. Paroch. part.2. alleg.27. n.37., Ferraris Bibliotb. canon. tom.3. verbo Calix a n.10. an 29., Catal. ad Pontific. Roman. tom.2. tit.9. de patena, & calice conſecr. n.*30. Dicitur calix notabiliter fractus, quando in eo ſanguis Chriſti commode amplius nequit contineri. *Barb. d. alleg.27. n.37., Ferraris d. verbo Calix n.*11. Tum etiam quando illius pes cum cuppa fixus ab iſta per fractionem ſeparatur, *Suarez diſp.81.ſect.7. verſ. Rurſus, Barboſ. loco cit. n.40., Ferraris ut ſup. n.12., Catalanus d. n.*30. Secus vero ſi pes a cuppa ſeparetur abſque fractione, quod contingit in calicibus amovibilibus, & tornatilibus: 159
tunc enim hujuſmodi ſeparatio eſt accidentalis, nulloque modo immutat calicis ſtatum, nec ſuam priorem amittit figuram, adeoque adhuc aptus ad Miſſæ Sacrificium, ſi denuo per contrarias ſpiras connectatur. *Sylva in 3. part. S. Thom. qu.83. art.3. ad 6., Suarez loco cit., Ferraris ut ſupr. n.13., Catal. d. n.30.*, ubi id
etiam habere locum aſſerit, quando calix aliquot ictus a fabro 160
paſſus fuit: in quo conveniunt *Azor. inſtit. moral. part.1. lib.10. cap.8. qu.5.* & alii apud *Barb. ut ſup. n.*11. Patena autem dicitur 161
notabiliter fracta, quando ſacram Hoſtiam capere amplius commode nequit. *Barb. d. alleg.27. n.37., ac S. Thom. d. qu.83. tit.3. ad 6.* Quod de vaſis ſacris dictum fuit, idem intelligas de campanis, quando ita notabiliter franguntur, ut proprio uſui in- 162
ſervire amplius nequeant, argumento ducto a citatis auctoritatibus.

Secundo modo execrantur vaſa ſacra, calices nempe, & patenæ per deaurationem, novamque inaurationem ſecutam. 163
*Azor. d. cap.28. qu.4., Barb. d. alleg.27. n.38., Catal. d. n.*30. In ſuperficie enim calicis, & patenæ forma conſecrationis inducitur: unde poſt novam deaurationem, quo ad illam ſuperficiem, quæ tangit Corpus, & Sanguinem Chriſti, amittit conſecrationem, novaque indiget. *Barb. de jure Eccl. lib.3. cap.2. n.14.*, & *Catal. d. n.*30. Si vero vaſa ſacra per uſum continuum ſucceſſivum deaurentur, per hanc ſimplicem deaurationem, non execrantur, 164
*per Gloſſ. in cap. Eccleſiis de conſecr. diſt.1., Barb. ut ſup. n.13., & d. alleg.27. n.*38. Ratio autem, cur per ſimplicem deaurationem non execretur, ſi nova non interveniat inauratio, hæc eſt, quia calix non ſolum eſt conſecratus ſecundum ſe, verum etiam totus calix per modum unius, & ſic ſi adveniat nova inauratio, conſtat novum aurum non eſſe conſecratum, adeoque conſecratione indigere. Neque dicas Eccleſiam non execrari ſi dealbetur:
nam id veriſſimum, in hoc tamen poſito inter unum, & alterum 165
caſum diſcrimine, quod Eccleſiæ conſecratio conſiſtit in parietis
cruſta, ut ſupra demonſtravimus *in titulo 1. de conſecratione Ec-* 166
cle-

*cleſiæ n.*115., qua exiſtente cruſta nil officit ſola dealbatio *d. tit.*1.
*n.*118. at e contrario Calix, & Patena unctione Chriſmatis in ex-
167 teriori ſuperficie adhibita conſecrantur. *Barb. d.alleg.*27. *n.*38.
in fine.

Veſtes quoque ſacræ, aliaque Eccleſiæ, vel Altaris orna-
menta, iterum erunt benedicenda, ſi ita notabiliter frangantur,
ut non amplius apta ſint ad uſum, ad quem fuerunt deſtinata, aut
168 non amplius priorem retinent figuram, de qua re videri poſſunt
*Barb. d. lib.*3. *cap.*2. *n*,36. *& ſeqq.*, *Ugolin. de offic. Epiſc. cap.*32.
§.1. *n.*6., *Fuſc. de viſit. lib.*1. *cap.*25. *n.*15., & alii plures, ac præ-
ſertim *Catalan. ad Pontificale Roman. tom.*2. *tit.*10. *de benedictione
Sacerdotalium indumentorum* in genere *n.*10. Quando ſacræ veſtes,
aliaque ornamenta Eccleſiæ, vel Altaris ita ſunt vetuſtate, alia-
que de cauſa conſumpta, ut ad uſum minime poſſint amplius in-
ſervire, ferendum non eſt, ut in profanos uſus convertantur,
169 ſed comburi debent, & cineres in loco ſacro, vel decenti repo-
ni, juxta canonicas ſanctiones, ut *in Can. Altaris palla de conſecr.
diſt.*1., ibique Canoniſtæ, ac *Galgan. de jure publ. lib.*3. *tit.*67. *n.*3.,
ac ſignanter *Catal. d. tit.*10. *n.*12., ubi commendat Patres Congre-
170 gationis Oratorii S. Philippi Nerei S. Mariæ in Vallicella, qui ſa-
cras veſtes, ubi conſumi incipiunt, pauperibus donant Eccleſiis,
& *in tit.*26. §.1. *n.*11. de Imaginibus loquens, ubi utitur auctori-
tate Divi Caroli Borromæi *in Conſtit. provin.*4. *Mediol.*, *cap.*2.,
& Benedict. XIII. *in Concilio Provinc. Beneventano anno* 1693.
*tit.*37. *cap.*4.

Si Corporalia laventur, ex hoc minime ſunt conſecranda,
171 ſeu benedicenda, ut Doctores tenent, inter quos *Laym. lib.*5.
*tract.*5. *cap.*5. *n.*11. *verſ. Corporale*, *& verſ. Bulla*, *Palao punct.*10.
*in princ. de Euchar. tract.*12. *diſp. un.*, *Amoſtaz. de cauſis piis lib.*5.
*cap.*9. *ſub n.*10. Ratione in hoc poſita, quia lintei forma non mu-
tatur *Raym. de voce Canon. in Eccleſ. qu.*32., *Barb. d. cap.*2. *n.*25.
Neque etiam ſi parum reficiantur, ſecus vero ſi reficiantur poſt
172 fracturam magnam, quæ impediat uſum, & auferat formam, ut
docet *Pax Jordan. elucubr. lib.*4. *tit.*5. *tom.*1. *ſub n.*11., ubi alii
recenſentur.

Quamquam res ſacræ, ac Deo dicatæ non amplius valeant in
173 profanos, & diverſos uſus converti. *Can. Quæ ſemel cau.*18. *q.*1.,
cap. Semel, *ibique Gloſſ. de reg. jur. in* 6., *Can. Veſtimenta diſt.*23.,
*cap. Ad nuptiarum de conſecr. diſt.*1., urgente tamen neceſſitate
vendi poſſunt ratione materiæ, aut oppignorari tum Eccleſiaſti-
174 cis, tum Laicis perſonis. *Barb. d. cap.*3. *n.*46., *Catal. d. tom.*2.
*tit.*17. §.1. *n.*6., adducens auctoritatem *S. Fulberti* Epiſcopi Car-
notenſis in quadam epiſtola, quam *tom.*2. edidit *Lucas Ducherius*.
Quan-

Quando autem Eccleſia juſtis de cauſis vendit vaſa ſacra laicis perſonis ratione materiæ, debent prius eſſe confracta, & conflata, *Cap. Aurum can.12. qu.2.*, *Gallet. in margarita caſuum conſcientiæ verbo Eccleſiæ*, *Vaſa ſacra*, *& verbo Sacrum n,3.*, *Barboſ. n.48. d. cap.2.* Niſi laicus velit hiſce uti ad uſum Eccleſiæ, vel Cappellæ propriæ, *Silv. verbo Simonia §.2.*, *Genuenſ. in praxi Curiæ Archiep. Nap. cap. 33. n.22.* 175

Si vero juſtæ cauſæ ceſſaverint, puta præciſa neceſſitas, tum nullo modo, vel alienari, vel pignorari poſſunt, *Concil. Rhemenſ.* 176
cap.1. de pignoribus, *Mozz. de contract. tract. de pignor. cap. De rebus, quæ pignori dari poſſunt n.13.*, *Bellett. de obligat. unit. part.8. lib.16. qu. un. de oblig. contract. pignor. n.4.*, *Azor. part.3. lib.7. cap.6. qu.4.*, *Catal. d. n.6.* Cauſæ autem inducentes alienationem, vel pignorationem rerum etiam ſacrarum, eſſe ſolent redem- 177
ptio captivorum, imminens belli periculum, carcere detenti liberatio, vel ſubminiſtratio alimentorum pro pauperibus parochianis, aut exteris, *Marta de juriſdictione part.4. caſu 17. n.3.*, *Guttier. pract. lib.3. qu.8. n.3.*, *Barb. lib.3. cap.2. n.43.*, *Surd. de alim. tit.8. privil.46. n.3.*, *& dec.367. n.43.*, *Covarruv. lib.2. variar. cap.16. n.8. verſ. Cæterum.*

Huc quoque referri poteſt, quod de *Divo Laurentio* legitur ex *lib. Officior. S. Ambroſii lib.2. cap.28. poſt medium*, hiſce verbis = *Numquid dictum eſt S. Laurentio: non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, vaſa Sacramentorum vendere? Opus eſt, ut quis fide ſincera, perſpicaci providentia munus hoc impleat. Sane ſi in ſua quis derivat emolumenta, crimen eſt: ſin vero pauperibus erogat, captivum redimit, miſericordia eſt. Nemo enim poteſt dicere, cur pauper vivit? Nemo poteſt queri, quia captivi redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum* Dei *ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fidelium reliquiis ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum, requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa Eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet.* Si vero Decimæ Beneficiales Prælato, aliive concedantur, non poſſunt earum Collectores, & Exactores, Calices, Libros, aliaque Eccleſiaſtica ornamenta ex cauſa pignoris, vel 178
diſtractionis capere, aut occupare, quemadmodum ſtatuitur in *Clem.2. de Decimis.*

Pollui quoque poſſunt vaſa ſacra, quemadmodum de Eccleſiis, Altaribus, ac Cœmeteriis diximus, per criminoſam ſanguinis, vel ſeminis effuſionem: ita ut ſic polluta ſuam omnino expoſtulent 179
reconciliationem ab Epiſcopo peragendam, ante quam ad uſum Sacrificii adhibeantur, ad *text. in cap. Si manum cum ſeq. de conſecr.* 180
diſt.1., *Barb. de jure Eccleſ. lib.3. cap.11. n.15.* Quod ſi Vaſa ſacra,

cra, aliaque Eccleſiæ, & Altaris ornamenta fuerint a degradatis, a ſchiſmaticis, aliiſque hujuſce generis in miniſterio adhibita, neque execrantur, nec polluuntur, ideoque novam non poſtulant
181 conſecrationem, vel benedictionem, neque reconciliationem. *Cap.A nobis de Sacram, non iter.*, *Barb. ut ſup. n.*47., atque *Catal. ad Pontific. Rom .tom.*2. *tit.*10. *n.*11.

Parique modo ſi Vaſa ſacra, vel ornamenta Eccleſiæ, vel Altaris fuerint ab aliquo fure contrectata, ſed adhuc in ſuo ſtatu, ſuaque forma remaneant, nova ex hoc non indigent conſecra-
182 tione, vel benedictione. Sed hic ultimo notandum, quod ſurripientes Hoſtiam, vel unam, aut plures particulas conſecratas cum ſacra pyxide, vel abſque illa, ad malum finem, & apud ſe retinentes, vel alio transferentes, ſeu tranſportantes, ob criminis atrocitatem, qua legitime, & judicialiter fuerint confeſſi, ſive ex propria malitia, ſive de alicujus mandato, condignis pœnis, & animadverſionibus erunt afficiendi: & pro prima etiam vice Curiæ ſæculari tradendi, cum degradatione reali, ſive Eccleſiaſtici ſint, ſive Regulares, cujuſque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, quibuſcumque privilegiis, exceptionibus, & indultis muniti, & quavis ſpeciali
183 nota, aut individuatione digni, ex Conſtit. *Innoc. XI.* 4. *Idus Martii* 1676., ex altera *Alexand. VII.*, 11. *Kal. Jan.* 1690., & ex illa *Bened. XIV.* incip. *Ab Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, data* 3. *nonas Martii* 1744. Pontificatus ſui anno quinto.

Notate illa verba = *Unam, vel plures Particulas conſecratas, cum ſacra Pyxide, vel abſque illa, ad malum finem* =. Ad effectum enim, de quo agitur Particularum conſecratio, & prava rei intentio requiruntur: pro quibus tamen in re dubia habet Fiſcus contra reum fundatam præſumptionem: *ex cit. Conſtit.* 93. *Ab Auguſtiſſimo* §.4. *&* 5. Etenim quotieſcumque conſtat Hoſtiam, vel Particulam, a reo ſubreptam, ſive alio modo aſportatam, atque retentam, in ſacro prius Repoſitorio, ſeu Tabernaculo, vel in ſacra Pyxide, aut Oſtenſorio aſſervatam, inde ſacrilego auſu extractam, atque aſportatam fuiſſe: vel eidem reo conſtituto, aut alteri perſonæ in actu Communionis a Sacerdote traditam, deindeque vel in eodem Communionis actu, vel poſt illum ab ipſo ſumente in proprio ore extractam fuiſſe: tunc Fiſcus ſatis, & abunde fundatam habet præſumptionem pro aſſerenda ejuſdem Hoſtiæ, vel Particulæ conſecratione: ita ut ad hujuſmodi præſumptionem excludendam reus teneatur claras, atque concludentiſſimas probationes in contrarium adducere: *d.* §.4. Simili etiam modo pro Fiſco valida, & legitima præſumptio aſſiſtit de intentionis pravitate, quotieſcumque conſtiterit de ſacræ Hoſtiæ, & Particulæ ſubreptio-

ptione, aſportatione, aut retentione, ita ut reus pœnas, ut ſupra præſcriptas effugere nullatenus valeat, niſi probationes claræ, & juridicæ ab eodem in contrarium adducantur *d.*§.5.

TITULUS V.

De Viſitatione Parochialium Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

1 *DUÆ ſunt EccleſiarumViſitationes certis, ſtatiſque temporibus ab Epiſcopis peragendæ.*

2 *Prima Viſitatio, quæ ſacrorum Liminum dicitur, eſt ſeptem Romanæ Urbis Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum.*

3 *Hanc tenentur Epiſcopi per ſe, vel per Subſtitutos peragere, eaque occaſione referre Sacræ Congregationi Concilii ſtatum propriæ Diœceſis.* Et num.20.

4 *Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ debent bujuſmodi officium adimplere ſingulis trienniis, quadrienniis, quinquenniis, vel decenniis, juxta loci, & diſtantiæ qualitatem.* Et ſub n.10. §.Sed.

5 *Tempus a Sixtina Conſtitutione præſcriptum, ab Epiſcopo non completum, illiusSucceſſori effluxiſſe, & excurriſſe eſt intelligendum.*

6 *Initium triennii, quadriennii &c. deſumi debet a die editæ Conſtitutionis Sixtinæ.* Et num.13.

7 *Conſtitutio Sixtina confirmatur, & approbatur a* Benedicto XIV.

8 *In Conſtitutione Sixtina mentio facta non fuit de Abbatibus, aliiſque Prælatis inferioribus* Nullius. Et n. 16. 17. *ubi datur ratio.*

Damna indicantur, quæ ex bujuſmodi omiſſione in Eccleſiam irruebant. Sub d.n.8.

9 *Onus Viſitationis Sacrorum Liminum, & Relationis Status Eccleſiæ propriæ a* Benedicto XIV. *extenditur ad Abbates quoque, alioſque Prælatos, etſi Cardinales.* Et num.18.

10 *Formula juramenti in tali occaſione indicatur.*

11 *Ad differentiam Epiſcoporum tenentur Abbates, & Prælati* nullius, *implere munus d.Viſitationis ſingulis trienniis, vel quinquenniis, quocumque in loco exiſtant.*

12 *In claris opus non eſt quæſtionibus.*

14 *Initium triennii, vel quinquennii quoad Abbates dimetitur a die publicatæ Benedictinæ Conſtitutionis.*

15 Benedictus XIII. *præſcripſit* Sa-

Sacræ C. C., ut extenderet inſtructionem ſuper modo conficiendi Relationem ſtatus Diæceſis, occaſione Viſitationis ſacrorum Liminum ab Epiſcopis peragendæ.

Dicta Inſtructio exhibetur . Ib.

19 Dicta Inſtructio ad Abbates quoque, alioſque Prælatos extenditur poſt Bened. XIV. Conſtitutionem.

Mirabile factum Sancti Johannis Cantii. Ibidem.

21 In Viſitatione Paſtorali, ac Diæceſana, ſita eſt prima Animarum cura.

22 Hujuſmodi Viſitatio illa eſt, quæ fit Eccleſiarum, aliorumque Locorum piorum Civitatis, ac Diæceſis.

23 Perfici debet ſingulis annis.

24 Vel intra biennium compleri ob Diæceſis amplitudinem.

25 Numeratur inter officia Epiſcopis commiſſa ex Divina inſtitutione.

26 Epiſcopi ſunt Paſtores ovium Chriſti Domini.

Verba Chriſti Domini Paſce oves meas Principi Apoſtolorum dicta, ad cæteros quoque Apoſtolos, eorumque Succeſſores extenduntur. Ibid.

27 Viſitationis Paſtoralis munus a D. Petro fideliter expletum, a variis Antiſtibus ſanctitate, zelo, & charitate præclaris proſequutum fuit.

28 Clerus, & populus ſunt oves principaliter commiſſæ Epiſcopo, de quibus tenetur diſtrictam reddere rationem.

29 Epiſcopus eſt Parochus univerſalis ſuæ Diæceſis, & ad eum ſpectat inquirere, an per inferiores Sacerdotes populus divinis, ac ſacramentalibus pabulis debite mundetur, reficiaturque.

In hoc ſita eſt præcipua cauſa, cur illius juriſdictioni ſingulæ perſonæ Animarum curam exercentes ſubjicerentur. Ibid.

30 Epiſcopus viſitare poteſt, ac debet omnes Eccleſias ſuæ Diæceſis in iis, quæ animarum curam reſpiciunt.

31 Quando ſunt ſæculares, & non exemptæ, eas viſitat indiſtincte in omnibus jure ordinario. Et ſub num.125.

Ampliatur concluſio. Sub dicto num.31.

32 Quando ſunt Sæculares, ſed exemptæ, eas viſitat quoad omnia jure delegato.

33 Quando ſunt Regulares, eas viſitat jure ordinario in iis tantum, quæ Animarum curam reſpiciunt. Et num.36. 37. 44. ubi ponuntur ampliationes, tum n.59. cum 3. ſeqq. & n.125.

34 Quando Eccleſiæ Regulares nec Parochiales, nec curatæ ſunt, eas Epiſcopus viſitare nequit ne delegato quidem jure. Et n.35.

Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii explanantur. Ibidem.

38 Rejicitur Murga de beneficiis qu.5. n.8. aſſerens Epiſcopum viſitare poſſe jure tantum delegato Eccleſias Monaſte-

naſteriis unitas in iis, quæ ad Animarum curam pertinent in vim Concil. Trid. ſeſſ.25.cap.11. de Regular.

39 *Nec Rota admittitur* coram Cerro, *docens Eccleſias Regularium in iis, quæ Animarum curam concernunt viſitari poſſe ab Epiſcopo jure delegato in vim Concil. Trid.* ſeſſ.7. cap.7. de reformat. *Et dantur rationes.*

40 *Ubi Tridentini Patres voluerunt Epiſcopis delegatam tribuere juriſdictionem, hanc ſpecialiter expreſſerunt.*

41 *Caſus omiſſus remanere debet ſub diſpoſitione, atque regula juris communis.*

42 *Hoc attento, etiam ante Concilium Tridentinum poterant Epiſcopi viſitare, non obſtantibus exemptionibus, omnes Eccleſias Parochiales in iis, quæ animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciebant.*

43 *Facultas Epiſcopi conceſſa a Tridentinis Patribus quoad Viſitationem Parochialium Eccleſiarum etiam Regularium, non eſt novæ juriſdictionis conceſſio, ſed veteris, ſeu ordinariæ confirmatio, & excitatio.*

45 *Viſitatio Epiſcopi quoad Parochiales vere Regulares non eſt privativa, ſed cumulativa cum Abbate, aliove Superiore.* Et num.46.cum 7.ſeqq., *ubi difficultas reſolvitur, & ampliationes ponuntur.*

54 *Si collatio Parochialis Eccleſiæ ad Abbatem pertineat, adhuc ſit locus ordinariæ Epiſcopi juriſdictioni, atque viſitationi.* Et num.55. *ubi datur ratio.*

56 *Regulares adminiſtrare nequeunt Parochiales Eccleſias abſque Pontificia diſpenſatione.*

57 *Parochiales Eccleſiæ vere Regulares conferri debent ab Epiſcopo ad nominationem Abbatis quoad Vicarium curatum.*

58 *Parochialis, curatave Eccleſia de Menſa Abbatis, vel commendata, vel quomodolibet exempta, ubi non viget regularis obſervantia, viſitari poteſt ab Epiſcopo jure delegato.*

63 *Eccleſiæ Parochiales, curatæve ad Milites Melitenſes S. Joannis Baptiſtæ, ſeu ad Religionem Hieroſolymitanam pertinentes, viſitari ab Epiſcopo poſſunt jure tantum delegato.*

64 *Item Altaria, veſtimenta, vaſa ſacra, ſupellectilia, atque ſimilia.*

Dantur limitationes. Num.71, & 72.

65 *Decretum* Eugenii IV. *tribuentis huic Militiæ poteſtatem, & juriſdictionem in omnes ſuas Eccleſias etiam Parochiales, correctum fuit* a D.Pio V. *declarante Epiſcopum poſſe viſitare Parochiales Eccleſias d. Religionis jure delegato in iis, quæ ſpectant ad Animarum curam.*

66 *Habet tamen Epiſcopus juriſdictionem ordinariam in Clerum, & populum in tali Parochia, ſeu Commenda exiſtentem.*

67 *Viſitatio Epiſcopi in dd. Parochiis, ac Beneficiis curatis non eſt privativa, ſed cumulativa.* Et num. 68. 69. *ubi rationes redduntur.*

70 *Epiſcopus jure delegato viſitans, debet in actu viſitationis declarare, ſe uti delegata, non ordinaria facultate.*

73 *Eccleſia non Parochialis ſpectans ad Commendam S. Joannis Baptiſtæ Hieroſolymitani, nullo jure viſitari poteſt ab Epiſcopo.*

Amplia etſi quandoque viſitata fuerit ab Anteceſſoribus. Ibidem.

74 *Eccleſia, Confraternitates, Hoſpitalia &c. ad Capitulum Lateranenſe pertinentia, viſitari poſſunt ab Epiſcopo Diæceſano jure tantum delegato.*

75 *Dummodo iſta loca fundata ſint in ſolo Lateranenſi,*

76 *Duæ ponuntur exceptiones, per quas Epiſcopus nec ordinario nec delegato jure viſitare poteſt Parochiales curatasque Eccleſias.*

77 *Prima eſt, quando pertinent ad illum locum, ubi Abbas generalis, aut Caput Ordinis Sedem ordinariam tenet principalem.* Et n. 90.

Limitationes ponuntur. Num. 87. 89.

78 *Expungenda eſt nota diſtinctionis, ſeu virgola, quæ ſic reperitur inter hæc duo verba* Abbates, Generales *in nonnullis Codicibus Tridentini decreti* ſeſſ. 25. cap. 11. de Regularibus.

79 *Ubi vero Abbas Generalis non habeat primariam, ordinariam ſedem, tunc Epiſcopus arceri minime poteſt a complenda Viſitatione.*

80 *Ad effectum obtinendi hujuſmodi exemptionem, ſufficit, quod Monaſterium, ſeu Domus ſit ordinaria, & principalis Sedes Superioris Generalis tametſi non ſit caput Ordinis.*

81 *Sedes ordinaria, & principalis ad hunc effectum illa dicitur, quæ ab ipſis Ordinum Conſtitutionibus, vel ab inveterata conſuetudine, præſcribitur.*

82 *Atque hoc tantum Monaſterium pro ordinaria Generalis Sede haberi debet, non vero aliud, in quo Superior generalis quacumque ex cauſa fuerit commoratus.* Atque num. 83. *ubi datur ratio ampliationum.*

84 *Verba trahi nequeunt ad alium ſenſum, quando in propria, & naturali ſignificatione poſſunt accipi.*

85 *In defectu Conſtitutionum, aut conſuetudinis prædictæ, illud Monaſterium haberi debet pro ordinaria Sede Generalis, quod ſemel ipſe Superior Generalis, ſeu caput Ordinis initio Generalatus elegerit.*

Quod

86 *Quod ſi electionem prius factam poſtea variaverit, tunc nec prius, nec alterum Monaſterium habendum amplius erit pro ordinaria, & principali Sede.*

Amplia etiamſi cum ſua Curia ſe ſe tranſtulerit. Ibid.

88 *Epiſcopus manutenendus eſt in ſua poſſeſſione viſitandi Eccleſias ſuæ Diœceſis præſertim Parochiales.*

91 *Parochus, ſeu Rector Eccleſiæ vere reſidentialis Superioris generalis, aut capitis Ordinis, exemptus eſt a viſitatione, & correctione Epiſcopi.*

Id tamen fallit quoad ipſos Parochianos. Ibidem, & ſub num. 211.

92 *Privilegia jus commune lædentia debent ſtricte interpretari, & ſic de uno ad alium caſum, de una ad aliam conceſſionem minime poſſunt extendi.*

93 *Altera exceptio Parochialium, curatarumque Eccleſiarum, quæ ab Epiſcopo viſitari nequeunt, ne delegato quidem jure, eſt, quando Abbas, vel alius Superior Regularis juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem, & temporalem.*

94 *Limita quando Epiſcopus eſt in jure, & poſſeſſione exercendi in hæc quoque loca juriſdictionem.*

95 *Debet hæc juriſdictio ab Epiſcopo concludenter probari.*

96 *Pari modo, vel fortiori jure, ut Epiſcopus a viſitatione arceatur, debet plene, ac concludenter ab Abbate probari ordinaria, & abſoluta juriſdictio in Clerum, & Populum.*

97 *A privilegio obtentæ paſſivæ juriſdictionis perperam argumentatur ad conceſſionem juriſdictionis activæ in Clerum, & Populum, cum qualitate Territorii ſeparati.*

98 *Juriſdictio male confunditur cum Territorio ſeparato, ſine quo dari illa poteſt.*

Ita ut exercens actus juriſdictionales in aliena Diœceſi, acquirat juriſdictionem relative ad perſonas, non vero ad locum. Ibidem.

99 *Sine juriſdictione dari nequit Territorium ſeparatum.*

100 *A vera qualitate* nullius *ad jus exercendi actus juriſdictionales, valet argumentum, non e contrario.*

Redditur ratio. Ibid.

101 *Prælatorum Epiſcopo inferiorum tria ſunt genera.*

102 *Primum genus eſt illorum, qui præter juriſdictionem paſſivam aliqua pollent juriſdictione ad certas tantum cauſas reſtricta, vel perſonas intra ſepta Monaſterii, Collegii, vel ſimilis degentes.*

103 *Alterum eſt illorum, qui certum habent Clerum, & Populum ordinariæ ſuæ juriſdictioni ſubjectum, abſque tamen Territorio ab Epiſcopali Diœceſi ſeparato.*

Hujuſmodi Prælati quandoque appellantur nullius, *ſed improprie.* Ibid.

Sic

104 *Sic intelligenda eſt S. C. C.* in Caputapuen. Juriſdictionis 11. Decembris 1756.

105 *Tertium eſt illorum, qui ordinariam inſtar Epiſcoporum juriſdictionem exercent in loco, & Territorio ab Epiſcopali Diœceſi ſeparato,*

Iſti Prælati, ſeu Abbates ſunt vere nullius. Ibidem.

106 *Viſitatio Eccleſiarum, & locorum ſæcularium* nullius, *peragi debet ab Fpiſcopo viciniore, ut delegato Sanctæ Sedis.*

107 *Epiſcopus antea quam incipiat Viſitationem, præmittere ſolet Apoſtolicos Viros in ſingula Diœceſeos loca.*

108 *Debent a Parochis in propriis Eccleſiis, & Domibus recipi.*

109 *Archiepiſcopi Beneventani, aliique nonnulli, ſolebant tempore Viſitationis præferre SSm̃um Euchariſtiam.*

110 *Iſtam præferre ſolent Pontifices in longo itinere.*

111 *Epiſcopus ad Civitatem, vel Oppidum accedens, ingreditur ſolemni pompa, ſeu, ut ajunt, proceſſionaliter.*

Debet Clerus illi occurrere. Ibid.

112 *Regulares cogi nequeunt ad interveniendum, niſi publicis proceſſionibus.*

113 *Hujuſmodi non videntur, quæ fiunt ab Epiſcopo tempore Viſitationis.*

114 *Ad ſolam enim Epiſcopi reverentiam diriguntur, atque inſolitæ, & extraordinariæ ſunt.*

Quibus Regulares non tenentur intereſſe. Ibid.

115 *Cæterum moneri ab Epiſcopo prius debent, ut interſint.*

116 *Ut Regulares corrigantur, ſi non interſint, requiritur inobedientia, & contumacia.*

117 *Quomodo recipi debeat viſitator Epiſcopus.*

118 *Clerus eximi nequit ab oſculo manus Epiſcopi.*

119 *Epiſcopus compellere poteſt Clericos, & Sacerdotes extra actum viſitationis ſub pœna ſpirituali, aut pecuniaria, ut ſe certo, ac determinato tempore ad eundem transferant obedientiæ præſtandæ gratia.*

Doctores aliter ſentientes rejiciuntur. Ibid.

120 *Multoties magis mulctæ juvant, quam monitiones.*

Debet tamen Epiſcopus in infligendis cenſuris, præſcribendiſque mulctis caute, ac prudenter procedere. Ibid.

121 *Epiſtola Sac. Congregationis Concilii ad Epiſcopum Callienſem.*

Mulctæ in ſolos pios uſus ſunt convertendæ. Ibidem.

122 *Epiſcopus dum viſitat, ad ſe convocare poteſt Clericos, & Laicos aliorum Locorum, ad quæ nequit commode accedere.*

Eidem Procuratio debetur. Ibidem §.Hinc.

123 *Fpiſcopus per ſe, vel per alium ſermocinari debet ad populum, & cauſas ſuæ viſitationis exponere.*

Indul-

Digitized by Google

Indulgentiæ, quæ ab Epiſcopo viſitatore conceduntur, publicandæ ſunt. Ibid.

Talis publicatio fieri poteſt a Parocho. Item tempore Miſſæ, vel alio opportuniore, Sacra Communio diſpenſari poteſt. Ibidem.

124 *Antequam viſitationem incipiat Epiſcopus incenſari debet: Et quomodo.*

125 *Oſtenditur quid Epiſcopus viſitare poſſit in Eccleſia Sæculari, vel Regulari.* Et numer. 126. cum 5. ſeqq., *ac* num. 133. cum 3. ſeqq.

132 *Campana habens inſcriptum titulum Parochialis Eccleſiæ, ad hanc pertinet etſi alteri Eccleſiæ addicta, & alieno ex ære conflata.*

137 *Epiſcopus tempore viſitationis, quid inquirere debeat circa Eccleſias.*

138 *Decentiam, & munditiem Templorum Epiſcopis commendat* Benedictus XIV.

Eo quod optime poſſint cum paupertate convenire, has nemini licet detrectare. Ibid.

139 *Eccleſiæ Patrum Capuccinorum frequenter in exemplum* a Benedicto XIII. *adducebantur*: & quare, ac n. 140.

141 *Notabile factum, quod ſibi eveniſſe narrat Ven. Card. Bellarminus.*

142 *Epiſcopus viſitare quoque poteſt Confraternitates erectas in Eccleſia, quam viſitat, atque redditiones rationum, etiam per cenſuras exigere.*

143 *Etſi reperiantur in Eccleſiis Regularium, qui Epiſcopum prohibentes poſſunt cenſuris innodari.*

144 *Intellige circa ea tantum, quæ Confraternitatis adminiſtrationem, atque redditionem rationis reſpiciunt.*

145 *Datur limitatio.*

146 *Epiſcopus viſitator quid exquirere poſſit a Beneficiatis, & Cappellanis.* Et n. 147. per totum.

148 *Parochi, aliique animarum curam exercentes, ſive ſæculares, ſive regulares, ſubſunt quoad illam ordinariæ juriſdictioni, & viſitationi Epiſcopi.* Et n. 158. 159.

149 *Variæ Conſtitutiones Pontificiæ* a Benedicto XIV. *confirmantur.*

Concordat S. Congregatio Concilii, & Rota. Ibidem.

150 *Ampliatur Concluſio quoad Parochos, præſertim Regulares in Indiarum regionibus.* Et n. 151.

152 Benedictus XIV. *Concilii Tridentini decreta, & Conſtitutiones Apoſtolicas hac de re editas in omnobus Indiarum Orientalium regionibus habere locum decernit, & Regulares cujuſcumque Inſtituti comprehendit.*

153 *Viſitatio, & juriſdictio Epiſcopi in Regulares Curatos non eſt delegata, ſed ordinaria.*

154 *Argumentum a diſcretivo modo loquendi validum eſt in interpretatione Legum, & Conſtitutionum.*

155 *Ver-*

155 *Verba ſimpliciter prolata, ſimpliciter ſunt intelligenda.*

156 *Verbum* immediate, *quo utuntur Tridentini Patres in* ſeſſ.25. de Regularib. c.11. *delegatam excludit juriſdictionem.*

157 *Parochi regulares in iis, quæ curam, & adminiſtrationem reſpiciunt, æquiparantur Parochis ſæcularibus.*

160 *Conſtitutio* Gregorii XV. *incip.* Inſcrutabili *explanatur.*

161 *Abrogata fuit a Conſtitutione* Bevedicti XIV. *incipiente* Firmandis. Et numer.162.

163 *Leges, & Conſtitutiones priores per poſteriores abrogantur.*

164 *Parochi, animarumque Curatores excommunicari poſſunt ab Epiſcopo, ſi ejus viſitationem impediant.*

165 *Epiſcopi juriſdictio juxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem debet libere exerceri.*

Unde illius juriſdictionem turbantes cenſuris affici poſſunt. Ibid., & ſub n.200.

166 *Limita in turbantes de jure, ſecus in turbantes de facto.* & n.201.

167 *Si temere Epiſcopo claudatur oſtium Eccleſiæ, ne viſitet, illud ſibi poteſt per fractionem aperire abſque ulla monitione.*

168 *In viſitatione Parochi regularis, quid poſſit, ac debeat Epiſcopus peragere, & requirere.*

169 *Si quid in Parocho corrigendum invenerit, corrigere debet.*

170 *Poteſt, ac debet mores, ac vitam Parochi regularis ſcrutari, etſi ea nequeat, quæ ad obſervantiam Inſtituti pertinent.*

Regularis degens extra clauſtra, tenetur exhibere licentiam Superioris Epiſcopo viſitatori eam requirenti. Ibidem.

171 *Parochorum præſertim Regularium viſitatio, & correctio, non eſt Epiſcopo privativa, ſed cumulativa cum Abbate, aliove Superiore regulari.*

Poteſt quoque Abbas ea condere decreta, quæ expedire judicaverit; cedere tamen debent illis Epiſcopi, ſi contraria ſint. Ibid.

172 *Si Epiſcopus Parochos dependentes a Monaſterio, vel loco, ubi Abbas generalis, aut Caput Ordinis ordinariam, ac principalem habet ſedem, non recte adminiſtrare agnoverit, inſtare poteſt, ac debet apud Superiorem Generalem, ut amoveatur.*

Immo implorare debet auctoritatem S. Sedis, ſi Generalis reluctans ſit, vel illis plus æquo faveat. Ibid.

173 *Poteſt Epiſcopus occaſione præſertim viſitationis, novo examini ſubjicere Parochos ſuper materia ſacrorum Rituum, Confeſſionis, aut alterius officii, ſi juſtam habeat ſuſpicionem.*

Am-

Amplia quoad Parochos regulares. Ibid.

174 *Quid a Perſonis Eccleſiaſticis inquirere debeat Epiſcopus viſitator.*

175 *Obligare poteſt omnes Eccleſiaſticos, exceptis non exiſtentibus in ſacris, ut Congregationibus, ſeu Conferentiis de caſibus conſcientiæ interſint.*

176 *Ipſos quoque, ſi juſta adſit cauſa, ſubjicere poteſt novo examini quoad doctrinam, ſacroſque Ritus.*

177 *Omnes Clerici ſæculares ſubjacent viſitationi Epiſcopi. non obſtantibus privilegiis.*

178 *Parochiani ſubſunt privative Epiſcopi viſitationi, atque correctioni, ſive a Sæcularibus, ſive a Regularibus regantur.*

179 *Exemptio in una re non probat exemptionem quoad aliam prorſus diſtinctam, in præjudicium Epiſcopi habentis juris aſſiſtentiam.*

180 *Quid inquirere debeat Epiſcopus in Parochianis.*

181 *Omnes Eccleſiæ Parochiales, & curatæ, in dubio præſumuntur Epiſcopo ſubjectæ quoad effectum præſertim viſitationis.*

182 *Ex quo Epiſcopus aliquam Eccleſiam non viſitaverit, inferri nequis, eam non eſſe illius juriſdictioni ſubjectam.*

183 *Abſurda ſunt omnino evitanda.*

184 *Actus, & decreta viſitationis Epiſcopi plenam fidem merentur, maximæque ſunt auctoritatis.*

185 *Amplia quoad confeſſiones, & declarationes in ſeriis, ac proportionatis Viſitationum actibus ab Epiſcopo emiſſas circa qualitatem præſertim Beneficiorum.*

186 *Prærogativæ, & qualitates Eccleſiarum, ac Beneficiorum diœceſeos præſumuntur, ac eſſe debent Epiſcopo perſpectæ.*

187 *Quæ in Paſtoralibus viſitationibus fiunt, eamdem habent auctoritatem, ſive ab Epiſcopo expleantur, ſive ab ejus Vicario, aliove legitime deputato.*

188 *Ut actus, & decreta viſitationis Epiſcopi in judicium allegari valeant, illius ſubſcriptio requiritur.*

189 *Si abſque tela, ſeu ordine judiciario edita fuerint, juri alteri quæſito nocere nequeunt.*

190 *Decretum latum abſque Partis citatione nullum erit, & irritum.*

191 *Nullamque poſſeſſionem manutenibilem præbere poteſt.*

192 *Epiſcopus neminem tenetur citare in iis, quæ morum correctionem, animarum ſalutem, & quid ſimile reſpiciunt.* Et ſub n. 196.

Ubi agitur de jure, & poſſeſſione tertii lædenda, deque infligenda pœna, juris forma ſervari debet. Ibidem, & n. 197.

193 *Si læſa pars conſenſerit, ſuſtinetur Epiſcopi decretum.*

194 *Quando ceſſet præſumptio præſtiti conſenſus, oſtenditur*. Et n.195.

196 *Male adminiſtrantes officio Epiſcopus privare poteſt.*

198 *Cenſuræ oretenus, & verbaliter fulminari nequeunt, ſed in ſcriptis, formalique citatione ad dicendam cauſam* Quare &c. & num.200.

199 *Parochus, aliuſve oretenus interdictus, ac ſuſpenſus non ſit irregularis, ſi non pareat, donec non conſtiterit, an ſit incurſus in cenſuras.*

202 *Contra Epiſcopi decreta tempore viſitationis circa morum emendationem, & ſimilia, non datur appellatio ſuſpenſiva, ſed devolutiva tantum.*

DUO ſunt, quæ ab Epiſcopo certis, ſtatiſque tempori-
1 bus peragi debent, Viſitationis Eccleſiarum genera.
Prima Viſitatio eſt ſeptem Romanæ Urbis Eccleſia-
2 rum; quæ *Sacrorum Liminum* nuncupatur, quam
Epiſcopi, aliique, de quibus infra, per ſe, vel per alium ad id
ſpecialiter delegatum, ſi legitime impediti fuerint, ſuſcipere te-
nentur, iſtaque occaſione Summo Pontifici, ſeu Sacræ Congrega-
tioni Concilii Tridentini negotiis præpoſitæ, ſtatum Eccleſiæ, &
3 Diœceſeos referre, ut ex reſponſionibus, atque monitis, quæ ab
Eminentiſſimis Patribus recepto deſuper ferent, ſatis ſuperque per-
cipiant, ſuper quibus debeant providere, ſic mandante Summo
Pontifice *Sixto V.* in ſua Conſtitutione 15. edita 20. *Decembris* 1585.
incipiente *Romanus Pontifex*. In quo concordat Sacra Congrega-
tio Concilii *in Carpentoratien.*, 19. *Februarii* 1759.

Non unum tamen, idemque temporis ſpatium ſingulis indi-
ſtincte præcipitur. Debent enim Epiſcopi, Archiepiſcopi, Pri-
mates, ac Patriarchæ hoc munus adimplere quolibet triennio, vel
4 quadriennio, vel quinquennio, vel decennio, juxta eorum ab Alma
Urbe reſidentiæ diſtantiam, quemadmodum aperte liquet in lauda-
ta *Sixtina Conſtitutione* §.6. ubi ſic legitur = *Ad hoc autem debitum
Viſitationis officium commode explendum ſupradicti omnes Patriarchæ,
Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Itali videlicet, vel ex Italicis
Inſulis, unde in Italiam commodius trajici poteſt, veluti Siculi, Sar-
di, Corſi, & alii adjacentium Provinciarum Italiæ, ac etiam Dalma-
tiæ, & Græcarum, quæ e regione ipſius Italiæ, & Siciliæ oris ſunt,
tertio anno, Germani vero, Galli, Hiſpani, Belgæ, Bohæmi, Unga-
ri, Angliſcoti, Iberni, & cæteri omnes, qui in Europa ſunt citra mare
Germanicum, & Balticum, ac omnium Inſularum maris Mediteranei,
quarto anno, & qui intra Europæ fines ſunt, his Provinciis remotio-
res, ac etiam Africani littoribus noſtris adverſi, ac Inſularum maris
Oceani Septentrionalis, & Occidentalis Europæ, & Africæ citra con-
tinen-*

tinentem novi Orbis, tam qui nunc ſunt, quam qui ad Catholicam Fidem per miſericordiam Dei aliquando redierint, quinto anno; Aſiatici vero, & qui extra Aſiam, & in aliis novis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in Inſulis, quam in continentibus, & denique in quibuslibet Mundi partibus, decimo anno iter ſuſcipiant, & Deo concedente perficiant. Idemque Inſtitutum tertio quoque, quarto, quinto, & decimo anno repetant, & obſervent. = Conſonat quoque hoc in propoſito reſolutio Sacræ Congregationis Concilii quoad Viſitationem quolibet quarto anno, in caſu, de quo agebatur, ſuſcipiendam, in *d. Carpentoracten.* 19. *Febr.* 1719. *ad dubium.*

Si vero contingat caſus, prout frequenter evenire ſolet, quo
Epiſcopus, Archiepiſcopus, Primas, aut Patriarcha, morte,
præventus, vel aliam ob cauſam tempus a Sixtina Conſtitutione
præſcriptum minime compleverit, tunc illius Succeſſori effluxiſſe
& excurriſſe intelligi debet, ut termino ipſo juxta Prædeceſſoris
ſui iusjurandum completo debitam Viſitationem quam primum 5
conficere teneatur: quemadmodum proſequitur laudatus Pontifex
in cit. §.6. Hujus autem triennii, quadriennii, quinquennii,
vel decennii a *Sixto V.* præſcripti initium, deſumi debet a die edi- 6
tæ Conſtitutionis Sixtinæ: quod Sacra Congregatio Concilii ad
amputandam omnem ambaginem declaravit, decrevit, atque
præſcribit in ſua encyclica epiſtola *ſub die* 16. *Novembris* 1676. ad
ſingulos Epiſcopos directa, & ab eadem confirmata in ſupradicta
Carpentoracten.

Hæc Sixti V. commendatiſſima Conſtitutio, ad publicum Eccleſiæ bonum, optimumque Chriſtianæ Reipublicæ regimen directa, digna profecto fuit Summi Pontificis *Benedicti XIV.* confirmatione, quemadmodum executioni demandatum fuiſſe legitur in Conſtitutione incip. *Quod ſancta*, §.4., *Tom.* 1. *ſui Bullar.*, ubi hæc notantur = *Nos igitur cupientes omnium Eccleſiarum utilitati, & animarum ſaluti, quantum in Domino poſſumus conſulere, ac providere, cum de omnibus, & quod tremendum eſt, etiam de unius Anima ante Tribunal Dei rationem reddituri ſumus, tum etiam volentes ea, quæ ſalubriter a Prædeceſſoribus noſtris inſtituta ſunt, exactius, diligentiuſque obſervari, ideo eaſdem literas Sixti V. Prædeceſſoris, & in eis contenta quæcumque ex certa ſcientia, & Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac etiam innovamus, omnibuſque Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis mandamus, & præcipimus, ut eas ſedulo, ac diligenter, & omnia in eis præſcripta obſervare, ac cuſtodire ſtudeant &c.*

Nulla autem mentio in præfatis Sixti V. litteris fuerat facta de Abbatibus, Prioribus, aliiſque juriſdictionem habentibus quaſi Epi-

Digitized by Google

-ſcopalem cum ſuo Territorio ab omni alia Epiſcoporum Diœceſi
8 omnimode ſeparato : hinc fiebat, ut dicti Abbates, aliique Præ-
lati inferiores *nullius* nuncupati, Beatorum Apoſtolorum Limina
nullo umquam tempore viſitarent, deque Monaſteriis, Eccleſiis,
& grege curæ ſuæ commiſſo ad Romanos Pontifices minime refe-
rent, non ſine maximo animarum detrimento, eo quod dictorum
Monaſteriorum, Eccleſiarumque ſtatus, atque conditio Apoſto-
licam Sedem lateret, atque mala frequenter ignorarentur, quibus
medendum erat, bonaque non paterent, quæ Apoſtolica ſolleci-
tudine, Paternoque ſtudio fovenda eſſent, atque amplificanda :
quemadmodum videre eſt in laudata *Benedicti XIV.* Conſtitutione.
Quod Sancta Sardicenſis §.3. *per totum*.

Quamobrem vigilantiſſimus Pontifex, ac Supremus Eccleſiæ
Paſtor ſcientia, & auctoritate Apoſtolica ſancivit, decrevit, at-
que mandavit, ut omnes, & quicumque Abbates, Priores, Præ-
poſiti, aliique quocumque nomine, ac titulo nuncupati, & qua-
cumque dignitate, etiam Cardinalatus honore inſigniti, ſæcula-
res, & quorumvis Ordinum Regulares, habentes juriſdictionem
quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato, quocumque jure, &
titulo, vel ex origine, vel ex præſcriptione, vel ex indulto, & pri-
vilegio Apoſtolico adquiſitam, eidem Viſitationis Sacrorum Li-
9 minum, ac Relationis ſtatus propriæ Eccleſiæ oneri ſubjicerentur,
quemadmodum Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſco-
pi ex Sixtina Conſtitutione jam obligabantur : ut legere eſt in dicta
10 Conſtitutione *Quod Sancta* §.5. 6. 7. & 11., ubi formula Jura-
menti ab iiſdem præſtanda de Viſitationis Sacrorum Liminum, &
Relatione ſtatus Eccleſiæ intra præſcriptum tempus complenda,
ab ipſo met Summo Pontifice ordinata, extenſaque proponitur.

Sed hic abs re non erit diſcrimen illud notare, quod interce-
dere noſcitur quoad tempus d. Viſitationis ſuſcipiendæ, implendæ-
que, inter Conſtitutionem *Sixti V.* de Patriarchis, Primatibus,
Archiepiſcopis, & Epiſcopis conceptam, & alteram *Benedicti XIV.*
ad Abbates quoque, alioſque Prælatos inferiores, ſeu nullius ex-
tenſam. Illi enim ad hujuſmodi officium implendum compellun-
tur quolibet triennio, quadriennio, quinquennio, aut decennio,
juxta locorum diverſitatem, de qua in laudata *Sixti V.* Conſtitu-
11 tione *Romanus Pontifex* §.6., iſti e contrario huic oneri implendo
ſubjiciuntur quolibet triennio, vel quinquennio in quibuſcumque
Provinciis, Regnis, & Terrarum Orbis partibus, & regionibus
exiſtant : juxta verba, quæ habentur in d. Conſtitutione *Benedi-
cti XIV.* incip. *Quod Sancta* §.7. ubi ſic legitur =„ Ad hoc autem de-
„ bitum Viſitationis, & Relationis ſuorum Monaſteriorum, &
„ Eccleſiarum officium opportune explendum ſupradicti omnes
„ Ab-

„ Abbates Præpoſiti, Priores, & quocumque alio dignitatis, vel „ officii nomine nuncupati, tam Regulares, quam Sæculares, „ Itali videlicet, vel ex Italicis Inſulis veluti Siculi, Sardi, Corſi, „ & alii adjacentium Provinciarum Italiæ tertio anno, reliqui ve- „ ro in aliis Provinciis, Regnis, & Terrarum Orbis partibus, & „ regionibus exiſtentes tam qui nunc ſunt, quam qui impoſterum „ erunt, quinto anno teneantur diligenterque pro viribus adim- „ plere &c. „ Quæ quidem per ſe adeo clara ſunt, ut quamcum-
que reſpuant tametſi minimam dubitationem, quæſtionemque, ad 12
Textum in L. Ille aut ille ff. de leg. 3., ac *Rota in Romana Læſionis* 11. *Aprilis* 1755. (impreſſa anno 1756.) §. 8. *coram Eminentiſſimo Elephantutio*.

Demum, quod attinet ad tempus quo initium hujus triennii, vel quinquennii ſit deſumendum, ſcire operæ pretium eſt, quod etiamſi initium triennii, quadriennii &c. quoad Patriarchas Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, pro Viſitatione Sacrorum
Liminum, & ſtatus Eccleſiæ propriæ Relatione, peti non aliunde 13
debeat, quam a die factæ publicationis Conſtitutionis Sixtinæ, ut ſupra jam demonſtravimus, initium tamen triennii, vel quinquennii quoad Abbates, Præpoſitos, Piores alioſque juriſdictionem quaſi E[illegible]ſcopalem habentes, ac Territorium ab Epiſcopi Diæceſi omnino ſeparatum, atque diſtinctum, dimetiri debet a die publicatæ Con-
ſtitutionis Benedictinæ: ſicuti legi poteſt in d. Conſtitutione *Quod* 14
Sancta Sardicenſis Synodus §. 8.

Hactenus de tempore, quo perfici debet iſtiuſmodi Viſitatio, nunc de modo loquamur, quo præd. Relatio propriarum Eccleſiarum ab Epiſcopis, aliiſque Ordinariis Sacræ Congregationi Concilii fideliter exhibenda ſit, occaſione Viſitationis Sacrorum Liminum. Hac in re juvat in medium afferre *Inſtructionem* illam,
quam Sacra Congregatio Concilii publici juris effecit, mandante 15
Benedicto XIII. in Synodo Romana celebrata anno 1725. in Baſilica Lateranenſi, incipientem *Summus Pontifex Sixtus V.*, quæ impreſſa legitur in *append. ad* 1. & 2. *Tom. Bull. Benedicti XIV. num.* 1. *ad Conſtit.* 7. *fol.* 19. *tom.* 1. ſequentis tenoris.

„ Summus Pontifex Sixtus Papa V., qui tempora ſtatuit quibus ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi Primates, & Patriarchæ per ſe ipſos, vel per eorum certum Nuntium viſitare tenentur Limina Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, antiquiſſimæ obſervantiæ inherendo, nedum voluit, ut ultra Sacrorum Liminum Viſitationem Romano pro tempore Pontifici de toto eorum Paſtorali officio, & de rebus omnibus ad ipſarum, quibus præſunt, Eccleſiarum Statum, ad Cleri, & Populi diſciplinam, Animarum denique, quæ illorum fidei creditæ ſunt, ſalutem, quovis modo pertinen-

tinentibus, rationem redderent, uti fuſius habetur in præd. Pontificis Conſtitutione, quæ incipit *Romanus Pontifex*, ſed in alia etiam Conſtitutione, quæ incipit *Immenſa æterni Dei*, Sacræ Congregationi præpoſitæ interpretationi Sacroſancti Concilii Tridentini, curam demandavit, prædictam rationem, quæ dicitur *Relatio ſtatus Eccleſiæ* perpendendi, & examinandi, ac poſtulatis in eadem proponendis reſpondendi.

„Sixtinæ hæ Conſtitutiones ſuo non caruerunt effectu, tum quoad Sacrorum Liminum Viſitationem, tum quoad Relationem ſtatuum Eccleſiarum, ſed cum nulla unquam edita fuerit Inſtructio pro dictis Relationibus exarandis, factum hinc eſt, ut aliquæ ex eis aliquando fuerint exhibitæ deficientes in neceſſariis; cumque ad hæc avertenda, in Synodo Romana hoc anno 1725. a Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIII. habita in Baſilica Lateranenſi, præſcriptum ſit, ut Inructio hactenus omiſſa, a Sacra Concilii Congregatione ederetur, hæc idcirco Inſtructio publici juris fit, ut in Relationibus ſtatuum ſuarum Eccleſiarum vel eamdem Sacram Congregationem in poſterum tranſmittendis, curent Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ, ipſi ſe conformare, & ſuas Relationes ad quævis diſtincta Capita reducere, quorum priorum ad ſtatum Eccleſiæ materialem: ſecundum ad Perſonam ipſius Referentis. Tertium ad Clerum Sæcularem: Quartum ad Clerum Regularem: Quintum ad Moniales: Sextum ad Seminarium: Septimum ad Eccleſias, Confraternitates, & Loca pia: Octavum ad Populum. Et ultimum denique referatur ad Poſtulata, quæ ab ipſo Referente Sacræ Congregationi proponuntur.

§. I.

De primo Relationis Capite, pertinente ad Statum Eccleſiæ materialem.

In hoc primo Relationis Capite ſequentia erunt exponenda.

I. Inſtitutio.

II. Confinia.

III. Privilegia, & prærogativæ Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, aut Patriarchatus.

IV. Numerus Civitatum, Oppidorum, aut Locorum, qui Epiſcopatui, Archiepiſcopatui, aut Patriarchatui ſubjecti ſunt.

V. Status Cathedralis, Metropolitanæ, aut Patriarchalis Eccleſiæ, una cum numero Canonicorum, & aliorum ſervitio Chori addictorum, & an erectæ fuerint Præbendæ Pœnitentiariæ, & Theologalis.

VI. Sta-

VI. Status Eccleſiarum Collegiatarum una cum numero pariter Canonicorum, & cæterorum, qui Choris earum interſit, & an in Collegiatis erecta ſit Præbenda Theologalis.

VII. Status, & numerus Eccleſiarum Parochialium, nec non aliarum Eccleſiarum, & Oratoriorum in Epiſcopatu, Archiepiſcopatu, aut Patriarchatu exiſtentium, referendo ſignanter, an Cathedralis, Metropolitana, ant Patriarchalis, & Collegiatæ, Oratoria, necnon Parochiales cæteræ Eccleſiæ, ſint ſacris ſupellectilibus inſtructæ, & quænam ex eis habeant redditus pro fabrica aſſignatos.

VIII. Numerus Monaſterium tam Virorum, quam Mulierum: exprimendo, an aliqua ex Monaſteriis Virorum ſint ſubjecta ſuæ juriſdictioni, & an, & quæ Mulierum Monaſteria ſibi ſubjecta ſint, vel Prælatis Regularibus.

IX. An adſit in Diœceſi Seminarium Clericorum, quot Clerici in eodem alantur, an fuerit ſtatuta taxa, & in qua quantitate, & an aliqua Beneficia fuerint eidem unita, & in univerſum quinam, & quot ſint redditus prædicti Seminarii.

X. Numerus Hoſpitalium, Collegiorum, Confraternitatum, & aliorum Locorum piorum, quæ ſunt in Epiſcopatu, Archiepiſcopatu, aut Patriarchatu, & quinam ſint eorum redditus.

XI. An adſint Montes Pietatis, & quot ſint: una cum aliis conſimilibus, ad ſtatum materialem Eccleſiæ ſpectantibus: cum advertentia tamen, ut plena ſtatus materialis Relatio in prima Relatione tantum, quæ fit ab Epiſcopo, Archiepiſcopo, aut Patriarcha exhibeatur: in ſubſequentibus etenim Relationibus ſatis erit, quod ipſi ſe referant ad primam, niſi aliquid novi, pertinens ad d. ſtatum materialem, contigiſſet, quod Referens notificandum Sacræ Congregationi exiſtimaret.

§. II.

De ſecundo Relationis Capite, pertinente ad ipſum Epiſcopum, Archiepiſcopum, Primatem, & Patriarcham.

In hoc Capite exponi debebit.

I. An reſidentiæ præceptum a ſacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Conſtitutione Urbana præſcriptum adimpleverit, & an aliquo, & quo tempore abfuerit, & an ultra menſes Conciliares, & an cum, vel ſine Sedis Apoſtolicæ licentia.

II. An, & quoties Diœceſis ſibi commiſſæ viſitationem expleverit.

III. An per ſe, vel per alium Epiſcopum ſacras ordinationes exple-

expleverit, & Sacramentum Confirmationis adminiſtraverit.

IV. An, & quoties Synodum Diœceſanam coegerit: & ſi Epiſcopus nulli Archiepiſcopo ſubjectus ſit, an ad Synodum Provincialem ejus Archiepiſcopi, quem ad tramites Tridentini eligere tenetur, ut ejus Synodo Provinciali interſit, acceſſerit, & ſi ſit Archiepiſcopus, an Synodum Provincialem habuerit, & quinam Suffraganei eidem interſuerint.

V. An verbum Dei per ſe ipſum prædicaverit, & an legitimo concurrente impedimento, viros idoneos aſſumpſerit ad hujuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum.

VI. An habeat Depoſitarium pœnarum, & mulctarum pecuniariarum, & an eædem fuerint piis uſibus applicatæ.

VII. Quænam taxa, & an Innocentiana in ſua Cancellaria obſervetur.

VIII. An aliquod habeat, quod ſibi obſtet circa exercitium Epiſcopalis Officii, Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, nec non tuendæ libertatis, & immunitatis Eccleſiarum.

IX. An aliquod pium opus peregerit pro Eccleſia, pro Populo, aut pro Clero.

§. III.

De tertio Capite ad Clerum Secularem pertinente.

In hoc Capite exponendum erit.

I. An Canonici, cæterique Choro addicti Cathedralis, Metropolitanæ, ſeu Patriarchalis Eccleſiæ, nec non Collegiatarum, Choro jugiter interſint.

II. An ultra Matutinum, Laudes, cæteraſque alias Horas Canonicas, quolibet die celebrent *M*iſſam Conventualem.

III. An quolibet die eam applicent pro Benefactoribus.

IV. An ſuas habeant Conſtitutiones, & eas perſonaliter obſervent.

V. An, qui obtinent Præbendam Pœnitentiariam, aut Theologalem adimpleant, quæ adimplenda ſunt, & quomodo.

VI. An Parochi in ſuis Parochiis reſideant.

VII. An librum Matrimonii, & Baptizatorum, alioſque libros, quos ad normam Ritualis Romani retinere debent, retineant.

VIII. An aliqui ipſorum indigeant aliorum Sacerdotum opera, ut Sacramenta Populo adminiſtrent.

IX. An iidem per ſe, vel per alios idoneos, ſi legitime impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus, ple-

plebes ſibi cömmiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem; juxta monitum Tridentini, & præcitati Concilii Romani.

X. An ſaltem Dominicis, & aliis feſtis diebus, in ſuis Parochiis, fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & Parentes, Pueros, cæteroſque hoc adjutorio indigentes, doceant, & an, & qui eis operam præſtent in hoc opere implendo, & an fructuoſe hoc opus adeo neceſſarium in ſingulis Parochiis proficiat.

XI. An ſinguli Parochi, cæterique curam animarum exercentes, ſingulis Dominicis, Feſtiſque de præcepto Miſſam applicent pro Populo eorum curæ commiſſo.

XII. An, & quæ præmittantur, antequam quis ad primam Tonſuram, & Minores Ordines admittatur, & an ſacris Ordinibus initiandi, ante cujuſcumque Ordinis ſacri receptionem, piis meditationibus, vulgo ſpiritualibus exercitiis vacent per aliquot dies in aliqua Domo Religioſa.

XIII. An omnes prædicti veſtes jugiter deferant Clericales, & an quoad fori privilegium, ſerventur diſpoſita a ſacroſancta Synodo Tridentina *ſeſſ.27. cap.6. de reform.*, & a Conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti Papæ XIII. in eodem Concilio Romana emanata.

XIV. An habeantur Conferentiæ Theologiæ Moralis, ſeu Caſuum conſcientiæ, & etiam ſacrorum Rituum, & quot vicibus habeantur, & qui illis interſint, & quinam profectus ex illis habeatur.

XV. Quinam ſint mores Cleri ſæcularis, & an aliquod in eo adſit ſcandalum, quod remedio indigeat potentiori.

§. IV.

De quarto Capite ad Clerum Regularem pertinente.

In hoc Capite exponendum erit.

I. An Regulares curam animarum exercentes, qui Epiſcopali juriſdictioni, viſitationi, & correctioni ſubſunt in iis, quæ ad curam pertinent, & adminiſtrationem Sacramentorum, munus ſibi commiſſum fideliter adimpleant, juxta ea, quæ in præcedenti Capite dicta ſunt de Parochis Sæcularibus.

II. An aliquis Regularis extra Monaſterium degat; an aliqui adſint in Diœceſi, a ſuis Superioribus, ſervatis ſervandis, ejecti, vel aliquis fuerit Regularis intra Clauſtra Monaſterii degens, ſed qui extra ea ita notorie deliquerit, ut Populo ſcandalo fue-

fuerit, & quomodo in hiſce caſibus in ſic delinquentes animadvertit.

III. An ſua juriſdictione delegata uſus ſit in explenda viſitatione Conventuum, & Granciarum Monaſterioram, in quibus Religioſi non aluntur in numero a Sacris Conſtitutionibus præfixo, & quinam ſint Religioſorum mores, in dictis Conventibus, & Granciis degentium.

IV. Denique, an aliquod habeat cum Regularibus offendiculum in exercitio juriſdictionis delegatæ in illis caſibus, in quibus eadem, ipſi tributa eſt a Sacro Concilio Tridentino, vel a Summorum Pontificum Conſtitutionibus, & ſignanter a Bulla Clementis Papæ X. quæ incipit *Superna*.

§. V.

De quinto Relationis Capite ad Moniales pertinente.

In hoc Capite exponendum erit.

I. An Moniales Epiſcopo ſubjectæ non ſervent Conſtitutiones.

II. An Clauſura in earum Monaſteriis inviolate cuſtodiatur.

III. An aliqui abuſus in iiſdem Monaſteriis irrepſerint, qui conſilio, aut auxilio Sacræ Congregationis indigeant.

IV. An, præter ordinarium Confeſſorem, alius extraordinarius ab ipſo bis, aut ter in anno fuerit oblatus.

V. An dictorum Monaſteriorum redditus fideliter adminiſtrentur, & Monialium dotes fuerint perſolutæ, & quomodo erogatæ.

VI. An in Monaſteriis Monialium, quæ ſunt Prælatis Regularibus ſubjectæ, curaverit, ut Clauſura dictarum Sanctimonialium fuerit exacte obſervata, & an contra inobedientes, & contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia proceſſerit.

VII. An harum Monialium Confeſſarii Regulares, ſive ordinarii, ſive extraordinarii, fuerint ab ipſo approbati, antequam earum confeſſiones exceperint.

VIII. An, adhibitis Superioribus Regularibus, ſingulis annis exegerit rationem adminiſtrationis ab his, qui adminiſtrarunt bona pertinentia ad hæc Monialium Monaſteria Regularibus ſubjecta: & an fideliter eorum redditus adminiſtrentur, & alia fuerint adimpleta, quæ præſcribuntur in Bulla Gregorii XV. quæ incipit *Inſcrutabili*,

§.VI.

§. VI.

De ſexto Relationis Capite, pertinente ad Seminarium.

In hoc Capite exponendum erit.

I. Quot ſint in Seminario Alumni.

II. An in Eccleſiaſtica diſciplina recte inſtituantur.

III. Quibuſnam ſtudiis vacent, & quo profectu.

IV. An Cathedrali, aut aliis locis Eccleſiæ, diebus feſtis inſerviant.

V. An cum conſilio duorum Canonicorum ſeniorum a ſe electorum, neceſſaria pro recto regimine ſtatuerit.

VI. An illud alipuando viſitet, & operam det, ut Conſtitutiones adimpleantur.

VII. An ſtatuta ſit taxa ad tramites Concilii Tridentini, eademque exigatur, & an aliqui ſint moroſi in ejus ſolutione.

§. VII.

De ſeptimo Capite ad Eccleſias, Confraternitates, & Loca Pia pertinente.

In hoc Capite exponendum erit.

I. An in Sacriſtiis omnium, & ſingularum Eccleſiarum expoſita ſit Tabella onerum Miſſarum, & Anniverſariorum, ad tramites Decretorum ſan. mem. Urbani VIII., & an eis punctualiter ſatisfactum ſit.

II. An in Confraternitatibus, Scholis, aliiſque Locis piis punctualiter executioni mandentur pia opera, a Teſtatoribus injuncta.

III. An quolibet anno ſibi fecerit reddi rationes ab horum Locorum Adminiſtratoribus.

IV. An Montem Pietatis, tum Charitatis viſitaverit; & an idem habeat redditus, qui ſuperabundent ſubſtentationi Miniſtrorum, aliiſque neceſſariis expenſis, & in quas cauſas redditus illi erogentur, & ſi quid exigatur ab illis, qui pecuniam, aut frumentum, ſi agatur de Monte frumentario, ab eo recipiunt.

V. An Infirmorum Hoſpitalia viſitaverit, reddituum rationes ab Adminiſtratoribus exegerit, & an Infirmis neceſſaria, quoad ſalutem animæ, & corporis, in eis ſubminiſtrentur.

§. VIII.

De octavo Relationis Capite ad Populum pertinente.

In hoc Capite exponendum erit.

I. Quinam ſint Populi mores, & an in pietate proficiat.

II. An aliquis irrepſerit abuſus, aut prava quædam in eodem inoluerit conſuetudo, quæ conſilio indigeat, & Sedis Apoſtolicæ adjutorio.

§. IX.

De ultimo Capite ad Poſtulata pertinente.

Ultimo loco Epiſcopi, Achiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ, qui ſuarum Eccleſiarum Relationes ad Sacram tranſmittunt Congregationem, ſi quæ habent Poſtulata proponenda pro ſuarum regimine Eccleſiarum proponere poterunt, cum clara facti, & omnium circumſtantiarum, expreſſione, & quatenus Poſtulata ſpectent ad negocia forenſia exponant, an ea ſint in aliis Tribunalibus introducta, an adſint ſuper iiſdem aliorum Tribunalium ſententiæ, ut omnibus mature penſatis poſſit Sacra Congregatio congruum ſuppeditare prædictis Poſtulatis reſponſum.

Et hæc ſunt, quæ opportuna viſa fuerunt, ut in hac Inſtructione inſerantur. Quod ſi aliqua fuerint, quæ Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ pro ſuarum indigentia Eccleſiarum, atque diœceſum, addenda exiſtimaverint, ſciant ſibi liberum eſſe addere, quæ ipſis addenda videbuntur, & ad notitiam Sacræ Congregationis deferre, quæ ex charitatis, & juſtitiæ norma per ſe expediet, quæ poterit, & majora ad Summum Pontificem deferret, qui Fratribus ſuis Epiſcopis, quantum cum Domino licet, gratificari ſemper exoptabit.

C. *Card. Origus Præfectus.*

Loco ✠ Sigilli.

P. Archiep. Theodoſiæ Secret.

E re maxima duximus præfatam S. Congregationis Concilii Tridentini negotiis præpoſitæ, *Inſtructionem* referre, Epiſcopis, aliiſque Ordinariis ſcitu, & obſervatu neceſſariam; in qua tamen, ut vidiſtis, ſola mentio fit de Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, atque Epiſcopis, nulla vero de Abbatibus, aliiſque Prælatis inferioribus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, ob eam præcipuam rationem, quia ab Emis Patribus d. Sacræ Congre-

gregationis Concilii ante *Benedicti XIV.* Conſtitutionem *Quod ſancta* publici juris facta fuit, ex mandato videlicet *Benedicti XIII.* anno 1725. in Concilio Lateranenſi illam præſcribentis ad normam *Sixtinæ Conſtitutionis* incip. *Romanus Pontifex*, & alterius *Conſtit.* incipientis *Immenſa æterni Dei*: quemadmodum legitur in eadem *Inſtructione* §. *Summus Pontifex*, *&* §. *Sixtinæ*. 16

Cum autem Abbates, aliique Prælati inferiores habentes territorium ſeparatum, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem huic oneri viſitandi ſacra limina certis, ſtatiſque temporibus, atque referendi ſtatum propriarum Eccleſiarum minime ſubjicerentur 17
ex præfatis Sixtinis Conſtitutionibus; quid Emis Patribus Sacræ Congregationis Concilii in memorata Inſtructione altum habentibus ſilentium de prædictis Abbatibus, ac Prælatis inferioribus, imputari merito poterit? Quod autem ita ſit, liquet apertiſſime ex laud. Conſtitutione *Benedicti XIV.* incip. *Quod Sancta Sardicenſis Synodus* §. 3. ubi ſic legitur = *Cum autem Abbatum, Priorum, aliorumque, qui ſpirituali juriſdictione, quaſi Epiſcopali in ſuis Monaſteriis, & Eccleſiis, eorumque territoriis ab omni alia Epiſcoporum diœceſi omnimode ſeparatis potiuntur, nulla mentio in præfatis litteris Sixti facta fuerit; hinc eſt, quod Abbates, aliique, qui hujuſmodi Eccleſiis, & Monaſteriis præerant, cum juriſdictione ſpirituali, & Territorio ſeparato, nunquam Beatorum Apoſtolorum limina viſitantes, de iiſdem Eccleſiis, & Monaſteriis, & grege curæ ſuæ commiſſo ad Romanos Pontifices referent, adeo ut hujuſmodi Monaſteriorum, & Eccleſiarum, quæ nullius dicuntur, ſtatus, & conditio Sedi Apoſtolicæ incognita eſſet, & ſæpe ignorarentur mala, quibus medendum eſſet, & laterent bona, quæ Apoſtolica cura, & ſtudio eſſent fovenda, & amplificanda* =.

Nunc vero, quemadmodum ex memorata *Conſtitutione Quod Sancta* a *Benedicto XIV.* Abbates quoque, aliique Prælati inferiores quocumque nomine, ac titulo nuncupati, & quacumque dignitate, etiam Cardinalatus honore inſigniti, habentes Territorium ſeparatum, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, omnimode ſubjiciuntur Viſitationi Sacrorum Liminum certis ſtatiſque temporibus peragendæ; Omnis ratio ſuadet, ut præd. Inſtitutio 18
19
S. Congregationis Concilii ſub *Benedicto XIII.* ad eoſdem pari modo extendatur: cum & ipſi, non ſecus ac Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchæ de ſtatu ſuarum Eccleſiarum, juxta earumdem qualitatem, teneantur referre: ſicuti legere eſt *in cit. Conſtit. Quod ſancta* §. *Præterea*: ubi tale onus ipſis quoque imponitur hiſce verbis = *Præterea ſcientia, & auctoritate prædicta, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione ſancimus, decernimus, & mandamus, ut omnes, & quicumque Abbates, Priores, Præpo-* 20

ſiti

ſiti. . . jurent, juxta formulam inferius deſcribendam, ſe Sacras Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli memorias perſonaliter, ac per ſe ipſos viſitaturos, ac inſuper Nobis, & Succeſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus, ſtatutis hac noſtra Conſtitutione temporibus, rationem reddituros de commiſſa ſibi Monaſteriorum, & Eccleſiarum procuratione &c.

Quoad Viſitationem Sacrorum Liminum mirabile illud eſt, quod legitur de *S. Johanne Cantio*, qui e Polonia quater ad Apoſtolorum Limina pedes, atque viaria onuſtus ſarcina Romam petiit: quemadmodum habetur in Lectione V. ejus Officii ſub die 20. Octobris, hiſce verbis = *Quater etiam ad Apoſtolorum Limina pedes, atque viaria onuſtus Sarcina Romam venit, tum ut Sedem Apoſtolicam, cui maxime addictus fuit, honoraret: tum ut ſui* (ſic enim ajebat) *purgatorii pœnas expoſita illic quotidie peccatorum venia redimeret. Quo in itinere a latronibus olim ſpoliatus, & num quid haberet præterea interrogatus, quum negaſſet, aureos deinde aliquot ſuo inſutos pallio recordatus, fugientibus hos etiam clamans obtulit latronibus, qui Viri ſancti candorem ſimul, & largitatem admirati, etiam ablatos ultro reddidere.*

Altera Viſitatio, in qua ſita eſt prima Animarum Cura, ex
21 Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de ref. cap. 3, de quo infra, Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 25. num. 26.*, ac Rota pluries apud *Piton. diſcept. 160. num. 17.*: quæque Paſtoralis, vel Diœceſana nuncupatur (de qua tamen noſtrum non eſt in præſentiarum integre, & ex profeſſo pertractare), eſt illa Eccleſiarum, aliorumque Locorum piorum,
22 ac ſimilium Civitatis, ac Diœceſis, *Can. decernimus cum 2. ſeqq. cau. 10. qu. 1., cap. 1. in fine cum 2. ſeqq. de cenſib. in 6.*, Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 3.* ubi ſic legitur = *Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam Diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitime impediti fuerint, per ſuum Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam propter ejus latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem majorem ejus partem, ita tamen ut toto biennio per ſe, vel Viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. A Metropolitanis vero, etiam poſt plene viſitatam propriam Diœceſim, non viſitentur Cathedrales Eccleſiæ, neque Diœceſes ſuorum Comprovincialium, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio provinciali, Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores, in iis Eccleſiis, ubi hactenus viſitationem exercere legitime conſueverunt, debeant quidem aſſumpto Notario, de communi Epiſcopi, deinceps per ſe ipſos tantum ibidem viſitare. Viſitatores etiam a Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur, ſed non ideo Epiſcopus, vel eo impedito, ejus Viſitator eaſdem Eccleſias ſeorſim ab his viſitare prohibeatur; cui ipſi Archidiaconi, vel alii inferiores, viſitatio-*

Digitized by Google

tionis facta infra menſem rationem reddere, & depoſitioes teſtium, ac integra acta ei exhibeantur: non obſtantibus quacumque conſuetudine etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuſcumque. Viſitationum autem omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamque doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortatiomibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera, prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ, ut facilius, feliciuſque ſuccedant, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, ut paterna charitate, Chriſtianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modeſto contenti equitatu, famulatuque ſtudeant, quam celerrime, debita tamen cum diligentia, viſitationem abſolvere.

Iſta Viſitatio fieri debet quotannis juxta Sacrorum Canonum,
atque Tridentini Concilii ſanctionem. In cit.enim *Can. Decerni-* 23
*mus cau.*10. *qu.*1. notanda ſunt illa verba = *annuis vicibus* = Et in
Can. Epiſcopum d. cau. & qu. illa = *ſingulis annis viſitare teneantur* = atque *in cit. cap.*3. *Trid. Concil.* illud verbum = *quotannis* =
ac Doctores, inter quos *Fagn. in cap. Cum venerabilis de cenſibus*.
Quemadmodum vero nonnullæ dantur Diœceſes, quæ vaſtæ, &
amplæ ita exiſtunt, ut uno anno viſitatio minime valeat adimpleri,
permittitur, ut intra biennium compleatur. *Concil. Trid. loco* 24
cit., *Fagnan. in cap. Procurationes n.*7. *de cenſibus*, *Zerol. in praxi part.*1. §.2., *Tuſc. de viſit. lib.*1. *cap.*1. *n.*12., *Pax Jordan. elucubrat. part.*2. *lib.*7. *tit.*1. *n.*39., *Ventrigl. in praxi part.*2. *annot.*24. §.1. *n.*23., *Catal. ad Pontific. Roman. tom.*3. *tit.*21. *in ordine ad viſitandas Parochias*, ubi plene, ac in folio S. Congreg. Concilii in *Senogalien. Procurationis* 15. *Decemb.*1765. §.*Præcipuum*.

Inter alia igitur officia, quæ Epiſcopis ex inſtitutione Divina
commiſſa, ac demandata ſunt, merito debet recenſeri hujuſmodi viſitatio, juxta illud *proverb.*27. = *Agnoſce vultum pecoris tui*, 25
tuoſque greges conſidera = *Extrav. Salvator de præb. inter comm.*, *Fagnan. in cap. Ex parte n.*39. *de Cleric. non reſidentibus*, *Catalan. d. tit.*21. *n.*1. Concordat, quod legitur in cit. folio S.C.C. §.*Præci-*
*puum, theſaur. reſolut. pag.*198. Sunt enim Epiſcopi Paſtores ovium 26
Chriſti Domini, juxta illud *Jo.*21. = *Paſces oves meas* = Quæ Salvatoris verba, tametſi Apoſtolorum Principi dicta ſolummodo fuerint, *cap. Significaſti de elect.*, non inde ſequitur ſoli D.Petro hoc onus fuiſſe injunctum, ſed ad cæteros quoque Apoſtolos, eorumque ſucceſſores directum fuiſſe, fatendum omnino eſt: cum Chriſtus Dominus ſoli Petro ſingulariter id injunxerit, quod omnibus erat communicandum, ut unitatem commendaret. *Cap. In novo diſt.*21., *Can. Loquitur cau.*24. *qu.*1., *D. Auguſtin. in lib. de Paſto-*
re

Digitized by Google

*re cap.*13. ibi = *Multi erant Apoſtoli, & uni dicitur: Paſce oves meas* = ſed clarius *D. Ambroſius in Paſtorali*, ubi hæc habet = *Nobis in verbis credita eſt diſpenſatio, gregemque Chriſti alendum ſuſcepimus ..... Repetitum eſt a Domino noſtro = Paſce oves meas = quas oves, & quem gregem, non ſolum tunc Beatus ſuſcepit Petrus, ſed nobiſcum iſtas ſuſcepit, & cum illo nos ſuſcepimus omnes. Juſſit Dominus; Paſce oves meas: per quem ad reliquos omnes poteſtas, & auctoritas paſcendi manat a Deo.*

Hoc viſitationis paſtoralis munus a D. Petro Apoſtolorum Principe, fideli fuit executioni demandatum, ubi in *actis Apoſtolorum* legitur, quod circuibat Civitates, ac vicos, ut confirmaret fideles: teſte *Catalan. d. tit.*21. *n.*1.; fuitque a variis Antiſtitibus
27 ſanctitate præclaris maximo fervore, atque incredibili charitate proſecutum, quemadmodum obſervat *Catal. d. n.*21. *n.*2. ubi duo refert exempla, unum a D. Baſilio Epiſcopo Cœſarienſe petitum, qui, ut refert *Socrates lib.*4. *hiſtor. Eccleſ. cap.*21., Urbes perluſtrans, languentes in fide confirmabat: alterum a D. Martino Epiſcopo Turonenſi excerptum, de quo *Severus Sulpitius in epiſt. ad Euſebium* hæc habet = *Cum ad Diœceſim quamdam pro ſolemni conſuetudine, ſicuti Epiſcopis viſitare Eccleſias ſuas moris eſt, media fere hyeme, Martinus veniſſet, manſionem ei in Sacrario Eccleſiæ* Clerici *paraverunt* = Unde mirum in modum congruit ſententia Patrum *Barbanenſis Synodi anno* 1609., *cap.*27., apud *Catal. d. tit.*21. *n.*4. ubi aſſerunt, quod, niſi gregem Epiſcopus inviſerit, quid in eo infirmum ſit, ignorabit, ac medicamina ægris applicare non poterit.

Cum ergo Clerus, & Populus, quibus Sacramenta admini-
28 ſtrantur, ſint oves præcipue, ac principaliter Epiſcopo commiſſæ, de quibus diſtrictam tenetur reddere rationem, quemadmodum argumentari optime licet ex iis, quæ habentur in laudata Conſtitutione *Benedicti XIV.* incip. *Quod Sancta in princip.*, ac in §.4., & in folio S. C. C. in *Melevitana Parochialis* 14. *April.* 1764. §. *Propterea*, ad eum, ut Parochum univerſalem Diœceſis, *Cap. Quoniam cap. Cum contingat de decim.*, *cap. Paſtoralis de iis, quæ fiunt a Prœl.*, *Pignatell. conſult.*76. *n.*9. *tom.*5., ac Rota *cor. Cerro in Calaguritana quartæ Funeralis de Naxera* 19. *Febr.* 1725. §. *Poſtremo*, ſpectat inquirere, & ſcrutari, an per inferiores Sacerdotes, ſive ſæculares, ſive regulares, rite, pie, ac diligenter populus ipſis commiſſus Divinis; atque ſacramentalibus pabulis mundetur, reficiatur, robo-
29 returque, *Card. de Luca de juriſd. diſc.*4. *n.*4. *verſ. Circa*, *& de Paroch. diſc.*13. *n.*4., *Pignatell. conſult.*58. *n.*5. *tom.*3., *Mareſcot. variar. reſolut. liq.*2. *cap.*15. *n.*7., Rota *deciſ.*198. *n.*14. *tom.*1., *& deciſ.*709. *n.*14. *tom.*3. *coram Molines*. Quæ vera, germanaque fue-

fuerunt cauſa ſubiiciendi juxta primævam Sacrorum Canonum inſtitutionem, jurisdictioni Epiſcopi perſonas ſingulas curam animarum in illius Diæceſi exercentes, ut præter Doctores, ac Rotam ſupra cit. ſentit *Spada conſ.57. n.6. lib.1.*

Proptereaque Epiſcopus velut Ordinarius viſitare poteſt, ac debet omnes Eccleſias tum ſæculares, tum regulares in iis, quæ 30
concernunt animarum curam, ex juris communis diſpoſitione, *Can.* N*ullus cau.16. qu.7.*, *cap.3.* §.*In Eccleſiis*, *cap. Cum Cappella 16. de privil.*,*cap.1. de Cappell. Monach.*, ac paſſim, & Concil. Trid. *ſeſſ.7. cap.7. de reform.*, *ſeſſ.25. cap.11. de Regular.*, *Fagnan. in cap. Grave de offic. ordin. n.14. 37. 64.*, *in cap. Cum dilectus de relig. domib. a n.41. ad 45.*, *Catalan. ad Pontific. Rom. d. tit.21. num.18.*, Concordant, quæ habentur in folio S.C.C. *in Novarien. Juriſdictionis 15. Decemb.* 1764. §. *Et licet pag.*161. Et in *Conſtantien. Juriſdictionis 31. Mart.* 1770. §. *Ad XXII. & ſeqq. pag.*94. 95., ac Rota *deciſ.*198. *n.*13. *cor. Molines*, *deciſ.6. n.1. &* 19. *cor.* Ssmo Domino *Clemente XIII.* tum in *Præmislien. Præpoſitur. ſuper Conventualitate 27.Febr.*1760., confirm. 22.*Jan. &* 3.*Julii* 1761., ac 15.*Febr.*1763. §.*fin.* in omnibus *cor. Ratta*.

Epiſcopus tamen non poteſt Parochiales Eccleſias, ac Beneficia curata, uno eodemque modo, ac jure viſitare. Vel enim Eccleſiæ ſunt ſæculares, & non exemptæ, & hoc in caſu, illarum viſitatio fit ab Epiſcopo indiſtincte in omnibus jure ordinario, per *Text. in cap. Omnes Baſilicæ cau.*16. *qu.*7., ac Rot. *deciſ.*771.*n.*35. 31
cor. Molines. Idemque dicas ſi Parochialis Eccleſia, vel Beneficia curata unita ſint Cathedralibus, Collegiatis, aliiſque Locis piis, Concil. Trid. *d. ſeſſ.7. cap.7, de reformat.*, *Garz. de beneſ. part.2. cap.2. n.12.*, *Ventrigl. in praxi part.2, annot.24.* §.1. *n.*8. Vel dictæ Eccleſiæ ſunt ſæculares, ſed exemptæ, & tunc Epiſcopus eas viſitare poteſt quoad omnia, jure tamen delegato, *Roſa de reſid. cap.4.* 32
ſect.6. n.161., Rota *deciſ.709. n.37. cor. Molines*, ubi refertur reſolutio S.C.C. in *Mediolanen. jurisviſitandi* 12. *Novembr.*1684., *& deciſ.710. n.43. cor. eod.* Vel demum ſunt Regulares, & tum poſſunt viſitari jure ordinario in iis tantum, quæ animarum curam reſpiciunt, Concil. Trid. *ſeſſ.25. de Regular. cap.11.*, *Fagnan.* 33
in cap. Dilectus n.41. in fine, *& n.43. 46. de relig. Domib.*; Concordant, quæ habentur in folio S.C.Conc. in *Palentina juris viſitandi 4.Jun.* 1763. §. *Advertendum in fine pag.* 124. atque Rota *dec.676. n.33, deciſ.709. n.38., deciſ.710. n.44., deciſ.771.n.18.cor. Molines.*

Quando enim Eccleſiæ Parochiales non ſunt, nec curatæ, pleneque Monaſteriis unitæ, ſeu vere Regulares, tunc ne delegato quidem jure viſitari ab Epiſcopo illæ poſſunt, ex notatis a *Tambur.* 34
de jure Abbat. tom.1. diſput.15. qu.7. n.10., *Barb. ad Concil. Trid.*

d.ſeſſ.7.cap.8. n.15. & 18. de reform., *Panimoll. deciſ.84. annot.1. n.20.*, præterea, quæ habentur in folio S.Congregat. Concilii in *Lycien. Viſitationis*, *& Cenſurarum* 18.*Decemb*.1723. §.*Additur, ac* 13.*Jul*.1725. §.*Hæc quoad Regulares*, tum in *Naulen. Viſitationis* 2.*Decembris* 1752. §.*Ex hac in fine, & ad dubium*, ubi ab Emis Patribus reſponſum fuit Epiſcopum Naulenſem viſitare non potuiſſe Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Ripa, vulgo Sancti Benedicti. Quin refragetur eadem Sacra Congregatio in memorata *Lycien. Viſitationis*, *& Cenſurarum* 29.*Jan*.1724., *&* 33.*Junii* 1725. *ad* 1. *dubium*, tum in *Placentina* 17.*Auguſti* 1726., atque 11.*Januar*.1727. *ad* 1. *dubium*, necnon in *Montis Regalis* 15.*Martii* 1727., ubi ab Emis Patribus reſolutum fuit poſſe ab Epiſcopo Eccleſias, de quibus agebatur, jure delegato viſitari. Etenim de ſubjectiva unione ibi minime conſtabat, quemadmodum obſervatur in d. folio §.*Ex hac cauſa verſ. Nam*.

Diximus Regulares Eccleſias Parochiales, vel Curatas viſitari ab Epiſcopo jure ordinario poſſe in iis, quæ Animarum curam, &
35 Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt. Id autem eſt indiſtincte tenendum, ablegato prorſus diſcrimine inter Monaſteria, ſeu Domus Virorum, ac Mulierum, quibus imminet Animarum cura perſonarum ſæcularium, cum hujuſmodi loca viſitari indiſtincte valeant ab Epiſcopo ordinaria auctoritate in iis, quæ, ut ſupra diximus, ad ipſam curam, ejuſque rectum, ac utile exer-
56 citum, & adminiſtrationem Sacramentorum pertinent, *Anton. variar. reſolut.17. lib.1.*, *Ricc. in praxi parte 1. cap.3. n.51. & ſeqq.*, *Ventrigl. in praxi d. annot.24. §.1. n.11.*, *Benedictus XIV.* in Conſtit. 109. incipiente *Firmandis* §.12.*tom.1.ſui Bullarii*, atque Rotale Auditorium *d. deciſ.771. num.12. coram Molines*. Idemque erit dicendum de quibuſcumque Eccleſiis Parochialibus, & Cura-
37 tis, unitis alicui Monaſterio ſive Virorum, ſive Mulierum, Concil. Trid. *ſeſſ.7. cap.7. de reform.* ubi injungit Ordinariis locorum viſitationem ſingulis annis repetendam, nulla habita delegationis Pontificiæ, ſeu S.Sedis mentione, ibi = *Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis locis, quibuſcumque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur &c.*

Conveniunt hac in re Doctores, ac præſertim *Barboſa ad d.cap.7. Concil. Trid.*, *Fagnan. in cap. Grave n.15. de officio ordin.*, *Alvin. de Epiſc. & Abbat. poteſt. cap.14. n.1. in fine*. Idque declaravit Sacra Congregatio Concilii in *Cæſenaten. Juriſdictionis* 23. *Septembris* 1690., ac omiſſis cæteris locis, in *Palentina juris viſitandi* 18.*Febr*.1765. *ad* 1. *dubium pag*.20. In Congregatione enim habi-

habita 4.*Jun.*1763. fuerunt duo dubia Emis Patribus propoſita, quorum primus ita erat conceptum = *An Parochialis Eccleſia Sancta Mariæ Magdalenæ unita Regio Monaſterio Benedictinorum, ſive regulari illorum Eccleſiæ ſub titulo Sancti Zolli in Villa de Carrion Ordinis Cluniacenſis, Ordinariæ juriſdictioni ſit ſubjecta, & Paſtorali illius viſitationi, omneſque actus Viſitationem ipſam reſpicientes ad Palentinum pertineant? Et quatenus negative*. Poſt libratas hinc inde rationes a ſapientiſſimo Patrum congreſſu, prodiit illorum reſcriptum: *Ad Eminentiſſimum Præfectum juxta mentem*: Renovata cauſa in Congregatione 28.*Januar.*1764. propoſitiſque iterum memoratis dubiis, nulla prodiit reſolutio. Tandem inſtantiis Palentini Epiſcopi, ejuſque contra Abbatem, & Monachos querelis delatis ad d.Tribunal, 18.*Februar.* 1765. fuit ad præfatum 1. dubium ab Emis Patribus reſponſum; *affirmative in iis, quæ curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt*. Concordat pari modo Rotale Auditorium in *d.deciſ.*771. ubi paſſim *coram Molines*, & in *Præmiſlien. Præpoſituræ ſuper Conventualitate* 27. *Februar.*1760., 22.*Jan.* & 3.*Jul.*1761., *ac* 15.*Febr.*1763.§.*finali* in omnibus *coram Ratta*.

Nec dignus eſt, qui audiatur *Murga de benef. qu.*5. *n.*8. ubi aſſerit, poſſe Epiſcopum jure tantum delegato viſitare Monaſteria, & Eccleſias iiſdem annexas quoad curam Animarum, & Sacramen- 38
torum adminiſtrationem in vim Tridentini Concilii *in ſeſſ.* 25. *de Regularibus cap.*11.; Multoque minus Rota, ex qua *d. Murga* de- 39
cipitur, *coram Cerro in deciſ.*858. *n.*7., atque *in deciſ.*886., ubi Regularium Eccleſias in iis, quæ Animarum curam concernunt, viſitari poſſe ab Epiſcopo aſſerit jure tantum delegato in vim Tridentini Concilii in *ſeſſ.*7. *de reform. cap.*7. Sententia enim dicti *Murgæ* falſo innixi ſuppoſito, eſt omnino contraria menti, ac diſpoſitioni Tridentinorum Patrum, immediatam Epiſcopis auctoritatem tribuentium, prout demonſtrat Rota *deciſ.*769. *n.*69., & *d. deciſ.*771. *n.*17. & 18. *coram Molines*. Neque Regulares Eccleſiæ, ut Rota opinatur *coram Cerrò*, *ut ſupra*, ſubjacent viſitationi Epiſcopi in iis, quæ Animarum curam reſpiciunt, in vim dicti *Concil. Trid. ſeſſ.*7. *cap.*7. *de ref.*, ſed vigore *cap.*11. *ſeſſ.*25. *de Regularib.*, ut explicat Rota *d. deciſ.*771. *num.*18. *coram Molines*. Quod cuique patebit attente conſideranti d.*cap.*7. *ſeſſ.*7. *de reform.*, & *d. cap.*11. *ſeſſ.*25. *de Regul.* Nam in illo, ubi de Eccleſiis, ac Beneficiis curatis, ut ſupra unitis, loquitur, juriſdictio Epiſcopis tribuitur viſitandi, nulla tamen facta mentione delegationis: In iſto, ubi de Monaſteriis habentibus curam Animarum diſſeritur, immediata auctoritas Epiſcopis tribuitur quoad curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem.

Quod autem ordinaria, non delegata juriſdictio Epiſcopo competat in hiſce viſitationibus, ſola ratio demonſtrat, atque evincit: Enim vero Tridentini Patres ne unum quidem verbum habent delegatæ auctoritatis *in d. cap.7.* ex quo ſtatim infertur, eorum mentem fuiſſe, ut ordinaria Epiſcopis competeret: pro-
40 pterea quia, ubi delegatam illis tribuere voluerunt, iſtam ſpecialiter expreſſerunt, ut *in cap.3.ſeſſ.6., cap.8.ſeſſ.7., cap.4.ſeſſ.14., cap.8.ſeſſ.21. de reform.*, atque alibi paſſim, ut obſervat *Rota d. dec.771.n.10.*, adeoque caſus omiſſus remanere debet ſub regula,
41 & diſpoſitione juris communis: per *textum in cap. Auditis de præſcript. & cap. Cum perſonæ* §. *Quid ſi tales de privil. in 6.*, *Rot. cor. Molin. dec.966. & 49. & dec.1168. n.27.* Quo jure communi attento etiam ante Concilium Tridentinum poterant Epiſcopi viſitare, non obſtantibus exemptionibus omnes Eccleſias curatas in
42 iis, quæ ad animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinebant. *Cap. Per exempt. de privil. in 6.*, *Fagnan. in cap. Cum dilectus n.42. de relig. domib.*, & apud eumdem Sacra Congregatio Concilii, tum *in Lycien. viſitationis, & cenſurarum 23. Jun.1725.* §.*Plurib. theſ. reſol. pag.279. & ſeq.*, *ac Rot. cor. Molines d. dec.771. n.10.* Unde facultas, qua de agimus Epiſcopis conceſſa, non eſt novæ juriſdictionis conceſſio, ſed veteris, ideſt
43 ordinariæ, confirmatio, & excitatio, juxta diſtinctionem deſumptam ex *cap. Licet in corrigendis de offic. Ordin.* communiter approbatam, ut patet ex deductis inter alios per *Salgad. de rec. Bullar. part.2. cap.27. n.16. cum ſeqq.*, *ac Rot. d. deciſ.771. n.11. cor. Molines.*

Atque huic ordinariæ Epiſcoporum juriſdictioni, atque viſitationi ſubſunt Eccleſiæ Parochiales, ſeu curatæ Regularium quo-
44 cumque in loco terrarum exiſtant: adeoque & illæ, quæ in Indiarum regionibus continentur, juxta literas Apoſtolicas *Clementis VIII.* in forma Brevis editas *ſub die 8. Novemb.1601.*, & *Benedicti XIV.* editas 8. *Idus Novemb.1744.* incip. *Firmandis*; quæ Conſtitutiones ab eodem Summo Pontifice in principio ſuæ *Conſtit.1.* incip. *Quamvis ad confirmandum*, referuntur, approbantur, confirmanturque *tom.3. ſui Bullarii*. Sed hic animadvertendum, quod ordinaria Epiſcopi juriſdictio, talem non habet vim, ut Epiſcopus parochiales Eccleſias Regularium ſolus viſitet, quandoqui-
45 dem peragi debet hujuſmodi viſitatio cum Abbate, aliove Superiore cumulative juxta doctrinam *Fagnan. in cap. Quanto n.31. & 32. de offic.*, *Facbin.*, *& in cap. Si privilegia n.40. de privilegiis*, & ſic declaravit Sacra Concilii Tridentini Congregatio in una *Calaguritana juriſdictionis 2. Jan.1698.*, juxtaque notata in alia ſpecie *in Leodien. Viſitationis 22. Januarii 1763.* §.*Et cenſet*; ac Rotale Audi-

Auditorium *cor. Molin. dec.769. n.69.*, *& cor. Barbadico in Burgen. Juriſdictionis, ſeu Viſitationis* 14. *Jan.* 1714. §.*Ubi prætermittenda*.

Neque dicas viſitationem cumulativam habere locum in Eccleſiis, quæ viſitantur jure delegato, non autem in parochialibus, curatiſque Regularium, quæ jure ordinario viſitantur in iis, quæ ad animarum curam pertinent: juxta decretum Trid. 46
Concilii *in d. ſeſſ*,25. *cap*.11. *de Regularibus*. Nam quamquam Epiſcopus vigore *dicti cap*.11. jure viſitet ordinario, non inde tamen ſequitur, quod jus Abbatis, aliuſve Regularis Superioris non cenſeatur amplius præſervatum quoad cumulativam viſita- 47
tionem cum Epiſcopo diœceſano. Numquam enim abrogata præſumitur auctoritas Superiori Regulari competens viſitandi Eccleſiam omnimodæ, ac plenariæ juriſdictioni ejuſdem ſubjectam, ut tradit *Fagnan.* de eodem decreto Tridentino loquendo *in cap. Quanto n.*31. *& ſeq. de offic. Ordin.*, ac *Barboſ. ad d. cap.*11. *n.*25. *& ſeq.*, *Monacell. formul. Eccleſ. part.*1. *tit.*5. *formul.*1. *n.*2., *Rot. cor. Barbadico in cit. Burgen.* §.*Non attenta*: nullam equidem implicantiam involvit, quod eadem Eccleſia parochialis, eademque animarum cura, quam Epiſcopus viſitat ratione juriſdictionis in populum, viſitetur quoque a Superiori Regulari tamquam domino Eccleſiæ, ubi cura animarum exercetur, & adminiſtratur *Rota* 48
cor. Card. Scotto in Burgen. Juriſdictionis, ſeu Viſitationis ſuper manutentione 1. *Aprilis* 1715. §.*Unde*.

Idque indiſtincte tenendum eſt, ſive Vicarii pro animarum cura deputati ſint Regulares, ſive ſint Sæculares. Nam etſi Ab- 49
bas, ſeu Superior Regularis nullam in populum juriſdictionem habeat, Vicarius tamen regimini deputatus, ab ejus pendet auctoritate, & juriſdictione in iis, quæ ad munus aſſumptum pertinent, ut præ cæteris docet *Pignatell. conſult.*21. *ante n.*4. *tom.*2. 50
Iſta enim viſitandi ratio eſt indefinita, comprehendens omnes tam Sæculares, quam Regulares Vicarios, omneſque parochiales Eccleſiæ eodem jure cenſendæ ſunt, & nulla inter eas eſt conſti- 51
tuenda differentia ob accidentalem Presbyterorum Sæcularium deputationem, ad regulam *textus in L. Illud*, ibique *Gloſſ. verb. Quod de uno ff. ad L. Aquil.*, *Rot. dec.*350. *n.*6. *part.*4., *& dec.*18. *n.*9. *part*,9. *recent.* & hoc inſuper intelligendum ſive habeat, ſive non habeat territorium ſeparatum, ex *Fagnan. in cap. Quanto* 52
*n.*31. *de offic. Ordin.*, *Nicol. in floſc. verb. Viſitatio n.*1., *Rota cor. Scotto in d. Burgen.* §.*Data*. Nam licet Abbas non habeat juriſdictionem in populum, eam tamen habet quoad perſonas eidem populo adminiſtrantes, veluti degentes, & inſervientes propriis Eccleſiis ſibi pleno jure unitis. *Card. de Luca de juriſd. diſc.*4. paſ- 53
ſim, ac *Rot. in d. Burgen.* §.*Neque*. Si

Si Parochialis Eccleſiæ collatio ad Abbatem pertineat, adhuc
locus erit ordinariæ Epiſcopi juriſdictioni, ac viſitationi quoad
54 eamdem Eccleſiam: cum hæc ſimplex collatio non ſit ſufficiens
titulus, ob quem Eccleſia eximi debeat ab Ordinarii juriſdictone,
per ea, quæ tradit *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 12. n. 5., & 14.*,
Rota cor. Molin. dec. 771. n. 40. Iſta enim Eccleſia, quæcumque ſit,
omnino ſæcularis eſt præſumenda, attenta juris diſpoſitione, per
55 quam Eccleſiæ parochiales per ſæculares ſunt gubernandæ. *Cap.
Extirpandæ §. Qui vero de præb., Rot. dec. 5. n. 2. part. 3. rec., &
d. dec. 771. n. 42.* Nulloque modo Regulares, ut melius ſuo loco
videbimus, admitti poſſunt ad parochiales Eccleſias adminiſtran-
56 das, niſi prævia Apoſtolica diſpenſatione, ut notat *Rota in Argen-
tina parochialium, 30. April. 1745. §. Nec difficultatem cor. Millino*:
Cum ipſi de jure ſint incapaces beneficiorum ſæcularium *Rota in
Viceu. beneficii 2. Jul. 1742. §. Cæterum cor. Emo Buſſio*. Quando
vero Eccleſiæ parochiales ſunt omnino Regulares; tunc collatio
pertinet ad Epiſcopum, & ad Abbatem ſola nominatio, ſeu præ-
57 ſentatio Vicarii pro curatæ Eccleſiæ regimine. *Cap. 1. de cappell.
Monach., cap. un. eod. tit. in 6., Concil. ſeſſ. 7. cap. 7. de reform.,
Pius V. in Conſtit. 47. Ad exequendum, Rota dec. 614. n. 2. cor. Anſal-
do*, ac alibi paſſim, ut ſuo loco.

Quod ſi Parochialis, curatave Eccleſia de menſa Abbatis ſit,
vel commendata, vel quomodolibet exempta, viſitari poterit ab
Epiſcopo, ut Sedis Apoſtolicæ delegato, ſi in illa non vigeat re-
58 gularis obſervantia, & regatur a Presbytero ſæculari, ex Concil.
Trid. *d. ſeſſ. 7. cap. 7. de reform.. & ſeſſ. 21. cap. 11.*, pariter *de re-
form., Fagnan. in cap. Grave de offic. Ordin. n. 17. §. Si vero, cap. Nul-
lus de paroch. n. 35., cap. Dilectus n. 43. de relig. domib., Ventrigl.
in praxi part. 2. annot. 24. §. 1. n. 10.*, & Sacra Congreg. Concilii
*in d. Lycian. Viſitationis, & Cenſurarum 23. Jun. 1725. §. Hæc quo-
ad Eccleſias regulares*, ac *Rota cor. Molin. dec. 710. n. 30.* In iis au-
tem, quæ ad curam animarum non pertinent, non poterit Epi-
ſcopus ſe ſe ingerere; adeoque ſe abſtinebit in exquirendis fabricæ
libris, rationumque redditionibus, cum hæc, & ſimilia non con-
59 cernentia curam animarum, ad jus privativum Abbatis perti-
neant. *Fagnan. in d. cap. Grave n. 18., Peyrin. ad conſtit. 2. Sixti IV.
§. 1. n. 18., Pignatell. conſult. 39. n. 6. tom. 1.* Neque in iis, quæ ad
60 teſtamenta legata, aliaque pia opera pertinent, ut declaravit
*Rota in Burgen. Viſitationis de Onna ſuper novis attentatis 24. Ja-
nuar. 1727. §. Primo loco cor. de Gamaches.* Neque Altaria viſitare
poterit, præter illud, ut infra demonſtrabimus, in quo cuſtodi-
61 tur Sacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ut proſequitur *Rot.
in d. Burgen. §. Ita pariter*. Nec Cappellanias, Hoſpitalia, & alia
hujuſ-

Digitized by Google

hujuſce generis, ut eadem Rota docet *in cit. Burgen.* §. *Quintum*. In quo tamen Sacra Congregatio Concilii non conſentit, ut infra melius videbimus. 62

Sunt e contrario nonnullæ Parochiales Eccleſiæ, quæ viſitari ab Epiſcopo nequeunt jure ordinario, ſed tantum delegato: cujuſmodi cæteris ommiſſis illæ ſunt, quæ ad Milites Melitenſes S. Jo: Baptiſtæ, ſeu ad inclytam Religionem Hieroſolymitanam 63
pertinent, ex *Conſtit.* 136. *D. Pii V. in ſuo Bull. tom.* 2. confirmata a *Gregorio XIII. Conſtit.* incip. *Conſuevit*, & a *Gregorio XIV. Conſtit.* 5. Quod Sacra Congregatio Concilii pariter declaravit in *Vulturanien. Juriſdictionis* 19. *Novemb.* 1729. §. *Quo vero*; tum in celebri cauſa *Guardien.* 23. *Febr.* 1741. *theſ. reſol. pag.* 20., ubi in §. *At adverſus*, variæ afferuntur reſolutiones ejuſdem Sacræ Congregationis favore Epiſcoporum pro juriſdictione, ac viſitatione Eccleſiæ parochialis S. Mariæ Eſther, nempe 7. *Septemb.* 1693., 18. *Jan.* 1695., 12. *April.* 1730., & 13. *Novemb.* 1736.; ac paſſim Rota, ſed præſertim *cor. Molines dec.* 769. *n.* 60. Tum etiam Altaria, veſtimenta, vaſa ſacra, ſupellectilia, & ſimilia, *Card. de* 64
Luc. de juriſd. diſc. 4. *n.* 6., *Barb. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 2. *n.* 35., & *de jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 21., ubi varias refert Sacræ Congregat. Concilii reſolutiones: quod pariter deducitur in citata *Vulturanien.* §. *Quo vero pag.* 368.

Nec refragatur decretum *Eugenii IV. in cap.* 1. *de verb. ſignif.*, ubi tribuit huic Militiæ, ſeu Religioni Hieroſolymitanæ poteſtatem, & juriſdictionem in omnes ſuas Eccleſias, etiam Parochiales. Nam hoc decretum, & privilegium fuit correctum a dicto *Divo Pio* in cit. Conſtitntione, ad eximendas, quæ frequenter 65
oriebantur inter Epiſcopos, & dictos Milites, controverſias, declarando Epiſcopum, ut Sedis Apoſtolicæ delegatum poſſe viſitare omnes Eccleſias, ac beneficia, quibus imminet animarum cura, in iis, quæ ad eam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, quemadmodum eruitur ex d. Sacra Congregatione Concilii *in Vulturanien.* reſpectu Prioris Baruli, fruſtra contendentis habere in oppido Alberoniæ juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum territorio ſeparato, & vera *Nullius* qualitate, ut *Card. de Luca* in ſenſu veritatis ſcribens, quoque probat *in diſc.* 3. *de juriſd. n.* 3., relat. in *d. Vulturanien.* §. *Stante d. theſ. reſol. pag.* 367., *ac Rota in dec.* 391. *n.* 2., & 3. *part.* 13., *dec.* 120. *n* 7. *cum ſeqq. part.* 18. *tom.* 1. *rec.*, & *cor. Molin. d. dec.* 769. *n.* 66. Cæterum etſi quoad viſitationem dictæ Parochiæ, habeat tantum Epiſcopus juriſdictionem delegatam, attamen quoad Clerum, & popu- 66
lum, ſeu Parochianos in tali Parochia, ſeu Commenda exiſtentes, fruitur ordinaria, ut a Sacra Congregatione Concilii fuit

fuit reſolutum in *d. Guardien.* 25. *Februarii* 1741., *theſ. reſolut. pag.*20,

Hæc Epiſcopi juriſdictio in viſitatione Parochiarum, ac beneficiorum curatorum ad Religionem Hieroſolymitanam perti-
67 nentium, non eſt privativa, ſed cumulativa: ut liquet ex laud. Conſtitutione *D. Pii V.* §.7. ibi = *Nolumus itaque per præſentes ullum adferre præjudicium juri viſitandi dictas parochiales Eccleſias, & omnia beneficia curam animarum habentia, quod antea Religioni, & Militibus prædictis competebat* = quemadmodum ſacrum quoque Auditorium declaravit apud *Card. de Luca de juriſd. diſc.*1. *n.*2., & *diſc.*4. *n.*5., relat. in *d. Vulturanien.* §. *An autem*, ſed præſertim *cor. Molines dec.*76. *n.*12. Non enim implicat, ex jam ſuperius demonſtratis, quod una, eademque Eccleſia a duobus Superioribus ſub diverſis tamen reſpectibus viſitetur: adeoque ab Epiſco-
68 po jure delegato, & a Superiore ſuo, jure ordinario, Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*3., *Fagnan. in cap. Nullus de Paroch. n.*30., *Card. de Luca d. diſc.*4. *n.*4. *verſ. Circa*, *ac Rota d. dec.*76. *n.*12. Cum ejuſmodi cumulatio nihil adimat de juriſdictione, ſed tan-
69 tum operetur, quod utrique competat exercitium, *Rot. d. deciſ.*76. *num.*15,

Sed hic velim animadvertatis, quod Epiſcopus jure delegato viſitans, debet in actu viſitationis declarare ſe uti facultate dele-
70 gata, non autem ordinaria, ut tradunt *Fagnan. in cap. Cum dilectus n.*43. *de relig. domib.*, *cap. Nullus n.*32. *de Paroch.*, *cap. Quoniam n.*33. *de offic. deleg.*, *Monacell. in formul. legal. part.*3. *tit.*3. *formul.*6. *n.*5., & pluries a Sacra Congregatione Concilii fuit reſolutum, ſed præſertim *in Caſſinen.*, de menſe *Febr.*1588. *lib.*6. *Decret. pag.*97., *in Veronen. juriſdictionis* 29. *Jul.*1628., *in Guardien. juriſdictionis* 7. *Septemb.*1693., *in Meliten.* 17. *Novemb.*1703, Quibus reſolutionibus conſona eſt Rotalis deciſio *in Juvenacen. juriſdictionis ſuper juriſdictione delegata* 3. *Febr.*1736. §. *In hoc*, *cor. Carolo Rezzonico*, poſtea *Clemente XIII.*, inter ejus impreſſ. *dec.*254. *n.*4.

Cæterum ſi de Parochiali, curata, aliave Eccleſia ſermo inſtituatur, quæ juripatronatus ſubjiciatur ad inclytam Hieroſolymitanam Religionem, ſeu Militiam pertinenti, nullum erit dubium, quin hoc in caſu privilegia a Summis Pontificibus, ac
71 præſertim *D. Pio V.* illi impertita, ſint omnino amandanda, atque conticeſcere debeant in hac qua de agimus materia, iuxta ea, quæ notantur a Sacra Rota *coram Cornelio in Ratisbonen. juriſdictionis* 28. *April.*1762. §.8. & *ſeqq.* Idemque erit dicendum de illis Eccleſiis, ſive Parochialibus, ſive non Parochialibus, quæ unitæ proponuntur, quoad redditus tantum temporales, & fructus,

ctus, ut ſic inopiæ alicujus Commendæ d. Religionis conſuleretur. Tunc enim in ſupradictis, aliiſque ſimilibus caſibus, reſervata omnino ſunt cætera Ordinariorum jura, ac per conſequens viſitari poterunt jure ordinario, & ab illis procuratio peti, de qua ſuo loco differemus, quemadmodum proſequitur Rotale Auditorium in *d.* §.7. ubi hæc leguntur = *Voluit ſiquidem Vicarium in Zell. a Commendatore pro tempore nominandum ſua ordinaria auctoritate eſſe inſtituendum, illumque ſibi plene ſubjectum ad inſtar aliorum omnium ſuæ diœceſis Sacerdotum, eumdemque præterea tum Cathedratico, tum Procurationi, cæteriſque ſimiliter omnibus oneribus ab Epiſcopo indigendis obnoxium eſſe declaravit* =. 72

Quod ſi Eccleſia ſpectans ad Commendam S. Joannis Baptiſtæ Hieroſolymitani Ord., parochialis, curatave non fuerit, nullo jure poteſt ab Epiſcopo viſitari, tametſi ab Anteceſſoribus, vel ab ipſo 73
quandoque fuerit viſitata, juxta reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii in cauſa *Manutentio juriſdictionis* 17. *Jun.* 1690., *in d. Guardien. juriſdictionis* 5. *Septemb.* 1693., *in Aſculana viſitationis* 4. *Martii* 1719. Hinc Spoletanus Epiſcopus viſitare non potuit Eccleſiam olim ſub titulo S. Jacobi, ſpectantem ad Commendam d. Ordinis Hieroſolymitani, a Commendatario de conſenſu Magni Magiſtri conceſſam Patribus S. Philippi Nerii, qui eam e terræmotu concuſſam e fundamentis ædificarunt ſub titulo S. Philippi, ſtante eorumdem pacto in conceſſione appoſito, quod ſemper remaneat ſub pleno dominio Ordinis Hieroſolymitani, ut *in Spoletana viſitationis* 28. *Jul.* 1713. *ad* 1. *dubium*. Quo dubio repropoſito, ſic inſtante Epiſcopo, 16. *Decemb. d. anni* Sacra Congregatio ſtetit in deciſis, quoad materiale d. Eccleſiæ, & conſequenter viſitationem Epiſcopi quoad hanc partem fuiſſe attentatam reſpondit.

Si ſermo habeatur de Eccleſiis, Confraternitatibus, Hoſpitalibus, aliiſque locis piis ad Capitulum Lateranenſe ſpectantibus, iſta ab ordinaria Epiſcoporum juriſdictione, & viſitatione eximuntur ex *Conſtitutione* 16. *Sixti V.* incip. *Si cuncta* 74
per quam reſtituit, ac renovavit ſub certis modificationibus antiqua indulta *Bonifacii IX.*, quæ *Pius IV.* revocaverat, ut videre eſt *cor. Lancetta* in deciſione Rotali 1386. *n.* 4. Animadvertendum tamen eſt, quod tale exemptionis privilegium habet locum tanmodo in iis Eccleſiis, Confraternitatibus, aliiſque lociis piis, 75
quæ revera fundata ſunt, & extructa in ſolo Lateranenſi, non vero ſi extra illud, ut eadem Rota declarat *in d. n.* 19.

Duæ hic recenſentur præcipuæ exceptiones, per quas Epiſcopus nec ordinario, nec delegato jure viſitare poteſt Eccleſias parochiales, ac beneficia curata. Prima eſt, quando Eccleſia paro-

76 parochialis, vel beneficium curatum immediate pertinet ad illum locum, ſeu Monaſterium, ubi Abbas generalis, aut Caput Ordinis ſedem ordinariam tenet principalem. Tunc enim Epiſcopus ratione reſpectus, ac reverentiæ dicto Superiori debitæ, neque in Parochos, quicumque ſint, neque in ea, quæ ad animarum curam pertinent, ullam poteſt exercere auctoritatem,
77 juriſdictionemquæ: juxta Tridentinum decretum *in ſeſſ.25.c.11. de Regularibus*, ubi ſic legitur: *Exceptis etiam iis Monaſteriis, ſeu locis, in quibus Abbates generales, aut Capita Ordinum ſedem ordinariam principalem habent = Barb. de offic. & poteſt. Epiſc. part.3. alleg.74. n.14., Gavant. in manual. verbo viſitare n.12., Pax Jord. lucubr. part.2. lib.7. tit.6. n.4., ac Bened.XIV. in ſua Conſtit.*109. incip.*Firmandis* §.3. *tom.1. ſui Bull.*

Solet in nonnullis Tridentini Concilii codicibus inter illa duo verba *Abbates generales* apponi diſtinctionis nota, ſeu virgola,
78 ſed iſta omnino eſt expungenda: tum quia non reperitur in authentico exemplari actorum ipſius Concilii, quod in Archivio Sedis Apoſtolicæ in Arce Sancti Angeli aſſervatur, teſte d. Summo Pontifice in laudata *Conſtitutione* 109. §.13. *in fine*, tum etiam quia illius retentio in cauſa eſſet, ob quam Tridentini Patres *in cit. cap.*11., aliiſque pluribus ſibimet adverſarentur: quod non eſt dicendum. Si vero Abbas generalis non habeat primariam, ordinariamque ſedem, tunc Epiſcopus non arcetur a viſitatione parochialium, ac curatorum beneficiorum, dictis Monaſteriis,
79 & Conventibus, etſi Ordinum Capiti, unitorum: quia tunc ceſſat ratio reſpectus, & reverentiæ, de qua ſupra, ut ratiocinantur *Barb. loco cit.*, *Gavant. ſub d. n.14.*, teſtantes ita fuiſſe a Sacra Congregatione decretum, ac *Pax Jord. ſub n.4. verſ. Hac tamen*, & *Bened.XIV. in cit.* §.13.

Diximus data opera = *Si Abbas generalis non habeat primariam, ordinariamque ſedem* = ut intelligatis, quod ad effectum obtinendi hujuſmodi exemptionem ab Epiſcopali juriſdictione, ac viſitatione, ſufficit, quod aliquod Monaſterium, ſeu aliqua Domus ſit ordinaria, & principalis Sedes Superioris generalis,
80 quamquam non ſit totius Ordinis Caput, quemadmodum *Bened.XIV.* obſervat *in cit. Conſtit.*109. §.14., ubi Sacræ Congregationis Concilii decretum refert, atque confirmat, addita inſuper ratione in hoc poſita, quod verba Tridentini Concilii *in d. cap.*11. de Capitibus Ordinum loquentis, non ad loca, ſed ad perſonas Præſulum Regularium in iis reſidentium referantur.

Sedes autem ordinaria, & principalis ad effectum quo de agi-
81 mus, illa dicitur, quæ ab ipſis Ordinum Conſtitutionibus, vel ab inveterata conſuetudine præſcribi dignoſcitur: ut declarat idem Pon-

Digitized by Google

Pontifex *in d. Conſtit.*109. §.17., ubi addit, quod hoc tantum Mo-
naſterium, non vero aliud, in quo quacumque de cauſa Superior
generalis commoratus fuerit, pro ordinaria Generalis ſede haberi 82
debet: tametſi ipſe Generalis actu non reſideat: Nec etiam illud
Monaſterium, in quo Abbas generalis fixe non moratur: cum hæc
Generalis præſentia non debeat pro ſede ordinaria conſiderari;
quod rectæ rationi, & Tridentini Concilii verbis, ac ſenſui plane 83
adverſaretur. Sunt enim clariſſima Tridentini Concilii verba in
*d.cap.*11.: *Sedem ordinariam principalem habent*: adeoque ad alium
ſenſum minime trahi poſſunt, quando in propria, & naturali ſigni- 84
ficatione ſatis commode poſſunt accipi, *ad Leg. Non aliter ff. de
leg.*3., *Leg.Labeo* §.*Id Tubero ff. de ſuppell. Leg.*, *Ramon.conſ.*100.
*n.*27., *Palm. Nep. alleg.*104. *n.*6. *& ſeqq.*, *Card. Pereir. in ſuo Vo-
to in Cauſa Cajetana Spolii* §.*Quarto,* impreſs. *in fine tom.*2. *theſ. re-
ſol.*1713., *Rot. cor. Molin. dec.*130. *n.*6. *& cor. Canilliac in Bono-
nien. Attentatorum ſuper ædificiis* 29. *Martii* 1751. §.*finali*.

Quandoque contingit, ut nullæ reperiantur Conſtitutiones,
nullaque conſuetudo, qua demonſtrari valeat ſedes ordinaria, &
principalis Abbatis generalis: & tunc illud Monaſterium pro ſede
Generalis ordinaria haberi debet, quod ſemel ipſe Superior gene-
ralis, ſeu Caput Ordinis initio Generalatus elegerit pro ſua ſtabi-
li reſidentia, ac Officialium, ſeu Miniſtrorum, quos in Ordine re- 85
gendo ſocios habet: juxta commendatiſſimam dicti Summi Ponti-
ficis doctrinam in cit. *Conſtitut.*109. §..18. Cum autem ordinaria
ſedes Generalis, aut Capitis Ordinis debeat eſſe fixa, & ſtabilis, nul-
liſque obnoxia localibus mutationibus, hinc eſt, quod ſi poſt factam 86
electionem prædictam, eandem poſtea variare præſumpſerit, tunc
neque prius, neque alterum Monaſterium, etſi cum ſua Curia
ſe eo tranſtulerit, pro ordinaria, & principali Generalitia ſe-
de erit habendum: ut expreſſe declarat d.*Benedictus XIV. in fine
dicti* §.18,

Evenire inſuper poteſt caſus, in quo talia Monaſteria, ſeu loca
reſidentialia Superiorum generalium ſubjaceant Epiſcopi juriſdi-
ctioni, ac viſitationi, quando videlicet Epiſcopus eſt in jure, ac
poſſeſſione ea viſitandi in iis, quæ ad Animarum curam pertinent: 87
d.Bened. XIV. in cit. *Conſtit.* §.19. Nil enim magis eſt æquitati,
ac rationi conſantaneum, quam, ut Epiſcopus in ſua, in qua extat,
poſſeſſione viſitandi parochiales præſertim Eccleſias, ſit illæſus om-
nino manutenendus, juxta reſolutionem Sacræ Congregationis 88
Concilii in. *Nolana* 20.*Jun.*1750., *&* 14.*Decemb.* 1754. *ad* 1. *du-
bium*, ac præter Summum Pontificem in citat. §.19., id confirmat
Rota in alia facti ſpecie cor. *Clem. XIII. deciſ.*6. *paſſim*, & in *Auxi-
mana Manutentionis* 5.*Maii* 1745. §.*Anno cor. Card. Elephantutio*.

Si Eccleſiæ Parochiales unitæ reperiantur hiſce Monaſteriis reſidentialibus Superiorum generalium , iſtæ nulla gaudent exem-
89 ptionis prærogativa , ſive a Sæcularibus , ſive a Regularibus gubernentur , quemadmodum a Sacra Congregatione Concilii fuit reſolutum , teſte *Benedicto XIV. in fine* §.15., ubi tales reſolutiones confirmat , ibi = *Id ipſum Nos prædictæ Congregationis reſolutionibus inhærentes, decernimus, & confirmamus* .

Iſta autem exemptio a Tridentinis Patribus,& a Summis Pontificibus impertita , cum localis ſit , ſeu ad illum locum unice
90 reſtricta , ubi modo ſupra demonſtrato Generalis reſidet , plano veluti alveo profluit , quod etiam ſi Rector hujuſce Eccleſiæ reſi-
91 dentialis exemptus ſit a viſitatione , & correctione Epiſcopi, Epiſcopus tamen plenam , ac privativam juriſdictionem in Parochianos, de quibus infra , exercet : quemadmodum ſtatuit *Bened.XIV.* in cit. *Conſtit.*109. §.16. Idque jure , meritoque : cum verſemur in materia privilegiorum jus commune penitus lœdente , ac propterea uti odioſa, ſtrictæque interpretationi ſubjecta de uno ad
92 alium caſum , de una ad aliam conceſſionem minime extendenda, juxta tradita a *Rota in Imolen. Executionis Inſtrumenti* 23. *Junii* 1755. §.7. & 10. *coram Figueroa* , & *in Placentina Præeminentiarum ſuper bono jure* 3. *Jan.*1756. §.5. *in fine cor.Figueroa* .

Altera exceptio , per quam Epiſcopus impeditur a viſitatione Parochialium Eccleſiarum , aliorumque beneficiorum curam Animarum habentium , eſt quando Abbas , vel alius Superior Regularis juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem , & temporalem in
93 Parochos , & Parochianos : ita ut Epiſcopus jure ne delegato quidem a Sancta Apoſtolica Sede ullam valeat in hæc loca , vel Monaſteria explicare juriſdictionem , ac viſitationem peragere : juxta Concilii Tridentini ſanctionem in *cit. cap.*11. *ſeſſ.*25. *de Regularibus* , ubi ſic legitur = *Atque aliis Monaſteriis, ſeu Domibus , in quibus Abbates , aut alii Regularium Superiores juriſdictionem Epiſcopalem , & temporalem in Parochos , & Parochianos exercent* = Quod *Benedictus XIV.* confirmavit in cit. ſua Conſtitutione 109. §. 12., *tom.*1. *ſui Bullarii* ; ubi Sacræ Congregationis Concilii decretum memorat , approbatque contra nonnullos Epiſcopos ſaltem delegatam ſibi juriſdictionem vindicantes .

Caſus tamen ſemper erit excipiendus , quando Epiſcopus ſit
94 in jure , & poſſeſſione exercendi in hæc quoque loca majorem juriſdictionem , ex juxta cauſa , ſeu titulo adquiſitam , ut concludunt Tridentini Patres in *cit.cap.*11. ibi = *Salvo tamen eorum Epiſcoporum jure , qui majorem in prædicta loca , vel perſonas juriſdictionem exercent* = Quod a *Benedicto XIV.* confirmatur in *cit.* §.12. ubi tamen aſſerit majorem juriſdictionem contra Abbatem , aliumve

Præ-

Prælatum inferiorem eſſe ab Epiſcopo concludenter probandam, 95
juxta decretum Sacræ Congregationis Concilii ab eodem confirmatum.

Pari quoque modo, imo fortiori jure, ordinaria, abſolutaque Epiſcopalis, ac temporalis in Clerum, & Populum juriſdictio Abbatis, aliuſve Prælati inferioris, debet plene, ac concludenter pro- 95
bari, ad hoc, ut Epiſcopus a viſitationis exercitio excludatur: ut eruitur ex Sacræ Congregationis Concilii reſolutione in ſupra cit. *Vulturanien. Juriſdictionis* 19.*Novemb.*1729., tum in *Nolana* 20. *Jun.*1750., & 14.*Decemb.*1754., *theſ. reſol. pag.* 43. & 105. *ad* 1. *dubium*, ac *Rota in Sancti Angeli Lombardorum* 11.*Febr.* 1757.*fere per tot.* ſed præſertim *in* §.2. & *ſeq. cor. Emo Buſſio*.

Infelici autem exitu per obtentum paſſivæ exemptionis privilegium conceſſa intelligeretur juriſdictio activa. Si v.g. Summus 97
Pontifex Abbatem cum Clericis, & Laicis ejus obſequio mancipatis, & ſervitio addictis, eximeret a juriſdictione, & viſitatione Ordinarii, fruſtra per hoc intelligeretur translata in Abbatem juriſdictio ordinaria, & Eccleſiaſtica, ſeu temporalis in Clerum, & Populum illius loci, & oppidi, prævia ſeparatione d. loci, ac oppidi a reliqua Ordinarii Diæceſi, quemadmodum ſapientiſſime ſtatuit *Benedictus XIV.* in Conſtit.75. incip. *Apoſtolicæ* §.10. & *ſeq. tom.*1. *ſui Bullarii*: Cui conſonat Rotale Auditorium *deciſ.*709. *n.*17. *cor. Molines*, & *deciſ.*6. *n.*29. *cor. Clemente XIII*: Male enim confundi- 98
tur juriſdictio cum territorio ſeparato: eo quod illa ſine iſto dari poſſit, ut ait *Piton. alleg.*41. *n.*12., ac Rota *de offic. Ordin. deciſ.*9. *n.*30. *cor. Falconerio*: itaut exercens actus juriſdictionales in aliena Diæceſi, acquirat juriſdictionem relative ad perſonas, non vero ad locum, juxta doctrinam Canoniſtarum in *cap. Cum contingat in princ. verſ. Capitula de for. comp.*, *Piton. d. alleg.*41. *n.*12., *Card. de Luca diſc.*1. *n.*8. 9. *de juriſd.*, & *diſc.*3. *num.*7. *de judic.*, ac Rota *deciſ.*740. *n.*7.8. *coram Emerix Juniore*, ac *deciſ.*9. *ſub n.*30. *coram d. Card. Falconerio*.

E contrario ſine juriſdictione dari nequit territorium ſeparatum a reliqua Diæceſi: cum iſtud favore Prælati inferioris con- 99
ceſſum in ſe neceſſario contineat juriſdictionem in Clerum, & Populum, in Eccleſias, & loca, ut tradit *Benedictus XIV. d. Conſtit.*76. §.6., ac per conſequens, quamvis a vera *Nullius* qualitate ad jus exercendi omnes actus juriſdictionales, valeat argumentum, hoc 100
tamen fallit ſi vices vertantur: propterea quia non omnes actus juriſdictionis, ſive unus, ſive plures, dant territorium ſeparatum, ſeu univerſam juriſdictionem, ſed privilegii metam non excedunt, per quod in Prælatum inferiorem transfuſa cenſetur aliqua juris Epiſcopalis pars cohærens, & conſentanea ſoli exceptioni paſſivæ,

& in

& in majus illius incrementum ceſſura, ut ratiocinatur laud. *Benedictus XIV.* in ſua decretali epiſtola in Cauſa *Converſana Juriſdictionis 6. Martii* 1742. §. *Longe autem in fine*, ac Rota *cor. Falconer. deciſ.9. n.30. de offic. Ord., & coram Molin. deciſ.966. a n.28. ad* 33., tum *coram Eminentiſſimo Buſſio in Sancti Angeli Lombardorum Juriſdictionis 4. Febr.* 1766. §. 17.

Ex iis, quæ hactenus diximus, nemo non concipit, qui, & quot eſſe poſſint Prælati Epiſcopo inferiores. Rem tamen ſic me-
101 lius explanabo. Prælatorum inferiorum Epiſcopo tria genera a noſtris conſtitui ſolent, de quibus *Card. de Luca de Juriſd. diſc.* 1. *ſub n.7. verſ. Hinc*, *Card. Petra ad Conſtit.6. Alexandri III. n.*1. *tom.2., & ad Conſtit.5. Calixti III. ſect.*1. *n.6. tom.5.*, juncto folio Sac. C. C. in *Aquilana Juriſdictionis* 21. *Jun.* 1760. §. *Aquilana pag.*110. Primum genus illorum eſt, qui præter exemptionem mere paſſivam, aliqua pollent juriſdictione non plenaria quidem in Clerum, & Populum, ſed certis duntaxat in cauſis, vel quaſdam
102 in perſonas intra ſepta alicujus Collegii, Monaſterii, vel ſimilis degentes, *Card. de Luca d. diſc.*1. *ſub n.7. &* 8., ac *diſc.*25. *a n.*4., *Card. Petra ad Conſtit.6. Alexandri III. d. n.*1., *& ad d. Conſtitut.*4. *ſect.*1. *n.6.* atque Sac. Congr. Concilii *in d.* §. *Aquilana*.

Alterum genus illorum eſt, qui exemptionis jure gaudent, certumque habent Clerum, & Populum ordinariæ ſuæ juriſdictioni ſubjectum, nulla autem Diæceſi ab illa Epiſcopi diſtincta donan-
103 tur cum abſoluta independentia, *Card. de Luca d. diſc.*1. *n.*9., *& diſc.96. a n.*12., ac *in Miſcell. diſc.*1. *n.*2. 88. 96. *cum ſeqq.*, *Card. Petra, ut ſupra*, & Sacra Congregatio Concilii *in cit.* §. *Aquilana*. Iſti, de quibus loquimur, Prælati ſolent quandoque nuncupari Prælati, ſeu Abbates *Nullius*, ideſt Nullius Diæceſis, ſed improprie, & abuſive, ut declarat Sacra Congregatio Concilii *in Aquilana* 21. *Jun.*1760. §. *Ideoque*, *ut in theſ. reſolut. pag.* 112., atque Rotale Auditorium in *Sancti Angeli Lombardorum* 11. *Febr.* 1757. §. 4., confirmata 13. *Jan.* 1758. §. 16. *cor. Eminentiſſimo Buſſio*. Quin aliquid negotii faceſſat decretum Sacræ Congregationis Concilii in *Caputaquen. Juriſdictionis* 11. *Decembris* 1756. ubi propoſito dubio: *An Monaſterium Sancti Honuphrii, nuncupatum Maſſa diruta,*
104 *ſit Nullius?* reſponſum fuit ab Eminentiſſimis Patribus: *Negative*: Non enim intelligi poteſt de Monaſterio ſubjecto Abbati, ſeu Prælato vere, ſed improprie *Nullius*: Cum huic decreto contrarium ex diametro ſit illud, quod anterioribus temporibus in ſimili ſpecie editum fuerat a Sac. Congregatione Epiſcop., & Regular. 5. *Septembris* 1692. *in Tuſculana*, ubi reſolutum fuit: *Procedendum eſſe ad remotionem lapidis cum inſcriptione* Nullius. Quemadmodum docet, & explicat Sacra Rota in d. *Sancti Angeli Lombardorum Juriſdictionis* §. 16.

Ter-

Tertium genus illorum eſt, qui ordinariam Epiſcoporum inſtar juriſdictionem exercent in Clerum, & Populum, atque in loco, & territorio a Diæceſi Epiſcopi diſtincto, & ſeparato, cum abſoluta ab Epiſcopo independentia, *Card. de Luca d.diſc.1. num.* 10., *diſc.16. ſub n.1., diſc.18. n.7. de jurid., Card. Petra in locis citatis.* Et dicuntur, ac ſunt Prælati, ſeu Abbates vere proprieque *Nullius*, ut in d. §. *Aquilana*; cum ex ſola qualitate vere *Nullius* totalis profluat juriſdictio in Clerum, ſeu ordinaria, ac quaſi Epiſcopalis auctoritas cum ſuis juribus, quemadmodum ait Rota *in dicta Sancti Angeli Lombardorum Juriſdictionis* 4.*Febr.*1756. §.17. Eccleſiæ autem, atque Loca ſæcularia *Nullius*, quando viſitari debent ex peculiari cauſa, fieri debet viſitatio ab Epiſcopo viciniore, juxta Tridentini Concilii ſanctionem *in ſeſſ.24. de reform. cap.9.* Concordant *Fagnan. in cap. Grave n.22. de off. Ordin.*, *in cap. Nullus num.29. de præb.*, *Barb. de poteſt. Epiſc. alleg.74. n.27.*, *Pignatell. conſult.82. n.63. 66. tom.7.*, *Piton. diſcept.160. n.17.* Sacra Congregat. Concilii *in Caputaquen.* 12.*Jul.*1760. §.*Docet. tom.* 29. *theſ. reſol. pag.*135., atque Rota *deciſ.*397. *n.1. par.1. deciſ.*501. *ſub n.5. part.2.*, *deciſ.*552. *n.19. par.4.*, *deciſ.*340. *num.*10. *part.*15. *Recent.* 105 106

Antequam Epiſcopus ſuam incipiat Paſtoralem Viſitationem, ſolet præmittere in ſingula Diœceſos viſitanda loca Apoſtolicos Sacerdotes, qui ante ipſius adventum prædicatione verbi Divini, & adminiſtratione Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ promovere ſtudeant ſpiritualem populorum profectum, animarumque ſalutem, ubi poſitus eſt præcipuus Paſtoralis Viſitationis ſcopus: quemadmodum declarat *Benedictus XIV.* in ſua Conſtit. 109. incip. *Firmandis* §.5. Qua de re videri quoque poſſunt, quæ a Tridentinis Patribus traduntur in *ſeſſ.7. de reform. cap.7.*, *ſeſſ.21. de reform. cap.8. & ſeq.*, *ſeſſ.24. de reform. cap.3.* Iſti autem Apoſtolici Miniſtri a Parochis tum Sæcularibus tum Regularibus libenti animo ſuſcipi debent in propriis Eccleſiis, propriiſque Domibus, ut illi valeant ab Epiſcopo injuncta ſaluberrima officia, atque munera liberum, felicemque ad exitum perducere, juxta decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium 31.*Aug.*1668., a laudato Pontifice *Benedicto XIV. in d.*§.5. confirmatum. 107 108

Olim ſolebant nonnulli Antiſtites, ac præcipue Beneventani Archiepiſcopi, dum ſuam viſitarent Diæceſim, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ante ſe deferre, quemadmodum eruditiſſimus *Rocca* Apoſtolici Sacrarii Præfectus, & Epiſcopus Tagaſtenſis in ſuo Commentario *de SacroſanctoChriſtiCorpore Romanis Pontificibus iter conficientibus præferendo*, teſtatur ex Manuſcripto Codice in Archiepiſcopio Beneventano aſſervato; & ait hanc conſuetudinem 109

nem uſque ad annumDominicumMCDLXIV.duraviſſe:cujus Roccæ teſtimonium refert,& ſequitur *Catalanus ad Pontificale Roman. tom.2. tit.18. de benedictione Tabernaculi, ſeu Vaſculi pro Sacroſanctæ Euchar. conſervanda num.12.* ibi = *Archiepiſcopum Beneventanum dum ſuam Diœceſim viſitaret, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ante ſe deferre conſueviſſe; eamque conſuetudinem uſque ad annum Domini MCDLXIV. duraſſe, ex Ms. Codice in Archiepiſcopio Beneventano aſſervato teſtatur laudatus Rocca, qui etiam eundem ritum ab aliis quoque ſervatum docet.*

Summi autem Pontifices longum iter peragentes hodiernis quoque temporibus Euchariſticum Sacramentum præferre ſolent:
110 Iſtamque veterem conſuetudinem demonſtrat variis exemplis *Rocca* in d. Commentario *de Sacroſancto Chriſti Corpore Romanis Pontificibus iter conficientibus præferendo*, ut apud *Catalanum ad Pontificale Romanum dicto tit.18. num.12.*, ubi ait nec deeſſe exempla, quibus Sanctiſſimum Chriſti Corpus delatum fuiſſe compertum eſt, ubi Imperatores, Reges, & alii iter conficiebant ibi = *Eſt quidem vetus Romanæ Eccleſiæ mos, ut Summis Pontificibus longum iter conficientibus Sacroſanctum Chriſti Corpus præferatur: multiſque exemplis oſtendit eruditiſſimus Angelus Rocca Apoſtolici Sacrarii Præfectus, & Epiſcopus Tagaſtienſis in ſuis Commentariis de Sacroſancto Chriſti Corpore Romanis Pontificibus iter conficientibus præferendo. At nec deſunt exempla, quibus Sanctiſſimum Chriſti Corpus delatum fuiſſe compertum, ubi Epiſcopi, Imperatores, Reges, & alii iter conficiebant.*

Quando Epiſcopus ad Civitatem, vel Oppidum accedit, vi-
111 ſitationis peragendæ gratia, progreditur ſolemni pompa, ſeu, ut ajunt proceſſionaliter, Clerusque illi tenetur occurrere, ut videre eſt *Catalan. ad Pontif. Rom. tom.3. tit.20., & §.1.*, juxtaque Sacræ Congregationis Concilii declarationem in *Albinganen. Proceſſionis, & nullitatis Interdicti 11.Julii 1750.* Difficultas verſari poſſet circa Regulares. Etenim cogi iſti nequeunt ad intervenien-
112 dum proceſſionibus, niſi publicis, juxta decretum *Urbani VIII.*, de quo *Matthæuccius in offic. Curiæ Eccleſ. cap.40. n.2.* Concordat Trid. Concil. *in ſeſſ.25. de Regul. cap.13.* ibi = *Exempti autem omnes tam Clerici Sæculares, quam Regulares, quicumque etiam Monachi ad publicas Proceſſiones vocati accedere compellantur: iis tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo vivunt:* Atque *S.Congr.Concil. in una Albanen. 23.Septemb.1617.* relata in *Conſtantien. Juriſdictionis 31.Mart.1770. §.Et Sacra Congregatio pag.92. 93.*, ac plene Rotale Auditorium *in Melevitana Proceſſionum ſuper 2. dubio 18. Mart.1743. §.Demonſtrato coram Card. Calcagnino*, & in *Melevitana Proceſſionum 24.Jan.1757. §.2. 7.11. coram Card. Paracciano*, con-

Digitized by Google

confirm.14.*Febr.* & 22.*Jun.* 1759. §.2. *coram Herreros*: a quo tamen Rotali Tribunali aliæ adducuntur Regularium exemptiones, de quibus nos alio loco diſſeremus, agentes de functionibus Parochialibus.

Proceſſiones autem publicæ non videntur, quæ fiunt ab Epiſcopo Viſitationis occaſione, quippequæ ad honorem Dei minime directæ, ſed ad ſolam Epiſcopi reverentiam, ex notatis in folio *d. Conſtantien. Juriſdictionis* §.*Verum* ubi aſſertur reſolutio S.Congregat. Concil. in una *Ferrarien.* 23.*Sept.* 1709., & 29. *Novemb. d. anni*, ubi reſponſum fuit publicas Proceſſiones, de quibus Concil. Trid. *in ſeſſ.*25. *cap.*13. *de Regul.*, eas tantum intelligi, quæ indictæ fuerunt pro bono publico, vel publico honore. Sunt quoque inſolitæ, atque extraordinariæ hujuſmodi Proceſſiones, ad quas proinde intereſſe non tenentur, per *Textum in cap. Nimis prava de exceſſ. Prælat.*, *ibique Abb. n.*3., *Anchar. n.*4., *Peyr. de privil. Minimi. in addit. ad Conſtit. Sixti IV. cap.*2. *n.*29., & *ad Conſtit.*8. *Pii V.* §.29. *n.*25., *Urſaya diſcept. Eccleſ. tom.*9. *part.*2. *diſcept.*24. *n.*28., *Panimoll. deciſ.*84. *adnot.*1. *n.*48. *part.*3., ubi refert definitionem Sacræ Congregationis *in Anagnina Proceſſionis* 9.*Decemb.* 1662. cui jungenda *d. Ferrarien.* citata *in d.* §.*Verum*, ubi reſponſum fuit publicas Proceſſiones intelligi, quæ ſolitæ ſunt, & conſuetæ.

113

114

Verum circa has, aliaſve ſimiles proceſſiones, tenenda eſt regula, non poſſe Regulares ab Epiſcopo obligari, ſed prius monendum, ac intimandum, ut iis interſint: ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *d. Albanen. Proceſſionis*, & *Nullitatis interdicti* 11.*Jul.*1760., ubi propoſito dubio: *An Patres Dominicani*, & *Capuccini* (quos Epiſcopus primo ictu interdicto ſuppoſuerat, quia defuerunt proceſſioni) *Terræ Tobiæ teneantur intervenire ad proceſſionem fieri ſolitam occaſione primi ingreſſus Epiſcopi &c.*: Et *An interdictum ſuſtineatur in caſu &c.*: Reſponſum fuit; *Ad* 1. *Affirmative*, *prævia intimatione facienda nomine Epiſcopi*: Ad 2. *negative*, & *amplius in omnibus*, = ut videre eſt in *theſ. reſol. pag.*52. Requidem vera, ut Regulares corrigantur ſi hiſce proceſſionibus minime interſint, eſt neceſſaria inobedientia, & contumacia: de qua conſtare minime poteſt niſi antehabita legitima, formalique monitione, ut tradit *Matthæuccius ut ſup. Quoad proceſſion. cap.*26. *n.*4., *Peyrin. ad Conſtit.*2. *Sixti IV.* §.11. *n.*57., ut in folio Sac.Congreg. Concilii *in d.Albinganen.* §.*Diſpoſitioni*.

115

116

Sed hîc notandum, quod in locis inſignioribus recipi debet pontificaliter non extra portam, ſed in limine ipſius, in locis vero minoribus cum rocchetto, & mozzetta, oſculata Cruce in porta Eccleſiæ viſitandæ, cumque incenſatione illi præſtanda a digniori 117

Digitized by Google

illius Eccleſiæ, pluviali induto, ut melius videre in Pontificali, & in Cœremoniali Epiſcoporum *lib.1.cap.2.*, & apud *de Luca ad Ventrigl. annot.24.* §.1.*n.3.*, *Epiſcop. Comen. in Manual. viſit. lib. 1.*, *Pacem Jordan. lucubr. lib.7. tit.1. ſub num.1. verſ. in locis*, ac præſertim *Catalan. ad Pontific. Rom. d. tom.3.tit.3.* Completa oratione ab Epiſcopo ante Altare majus in loco ſibi parato, populoque ſolemniter benedicto, ac reliquis expletis, quæ videri poſſunt apud *Catalan. d. tit.3.* §.2., *& ſeq.*, debet Clerum ad oſculum manus excipere juxta Pontificalem, ac Doctores citatos, ſed præſertim *Pacem Jordan. d.tit.1.n.2.& 3.*, A quo reverentiæ, & ſubjectionis ſuo Paſtori debitæ teſtimonio, & actu, eximi Clerus haud qua-
118 quam poteſt: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Nullius Montis Caſini* 19. *Novembris* 1727., ut in *theſaur. reſol. pag.*82. *& ſeq.*

Imo ad continendum in officio Clerum ſuum, poteſt Epiſcopus Clericos, & Sacerdotes ne dum in actu viſitationis, ſed etiam extra, compellere ſub pœna interdicti, aut pecuniaria, ut certo, ac determinato tempore ſe ſe ad eum transferant pro hac illi præſtanda obedientia, juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in d.Nullius Montis Caſini ad* 4. *dubium*, ubi cum quæreretur
119 an Presbyteri Civitatis Sancti Germani compelli poſſent ab Abbate Montis Caſini vera *Nullius* qualitate donato, ad accedendum quotannis ad Montis Caſini Cœnobium pro obedientia illi præſtanda, ſub pœna interdicti, vel pecuniaria, juxta formam edictorum, & decretorum, reſponſum fuit a ſapientiſſimo Patrum conſeſſu: *Affirmative*, *moderata tamen pœna ad duos carolenos tantum*: ut in *theſ. reſolut. pag.*83. Ex quo nemo non intelligit, an recipienda ſit ſententia illorum, qui defendunt, non poſſe Epiſcopum ad hujuſmodi effectum evocare Clericos, & Sacerdotes e ſuis Domibus, eoſque ad accedendum, ubi ipſe eſt, compellere, quos inter Doctores ita ſentientes recenſentur *Fagnan. in cap.Procurationes n.20. de cenſibus*, *Archidiac. in cap.Romana n.1. verbo de pluribus eod. tit. in 6.*, *Pax Jordanus elucubr. Canon. d.lib.7. tit.8.n.14.*, quorumque auctoritatibus inani exitu uſi ſunt exadverſoScribentes in d.Cauſa *Nullius Montis Caſini*.

Cæterum, ut ego loquar, quemadmodum ſentio, quamquam non raro magis multæ, quam monitiones, aliaque ſimilia
120 juvent, juxta mentem, & doctrinam *Petri Bleſenſis in ſua epiſtola* 79., atque *Benedicti XIV.*, tunc Eminentiſſimi *Proſperi Lambertini* Archiepiſcopi Bononienſis in ſua *notificatione*, ſeu *Inſtit.*9. §. *Ed il tutto tom.*4. *edit. Bonon.*, in medium adducentis illud *Satyrici*

Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris;

Non

Non cohibent ſacra verba malum, majore tumultu
Planguntur nummi, quam funera . . . .

Dicam tamén, debere Epiſcopum in infligendis cenſuris, præſcribendiſque mulctis, caute, prudenter, atque diſcrete procedere: cum alia pro eodem conſequendo fine efficaciora non deſint remedia. Idque præ oculis ſemper habuerunt Eminentiſſimi Patres Sacrarum Congregationum tum Tridentini Concilii, tum Epiſcoporum, ac Regularium negotiis præpoſitarum, qui in controverſiis de hujuſmodi materia exortis, ſub certis modificationibus, vel ſub abſolutis circumſcriptionibus, rem definire conſueverunt. Cujus rei gratia, cæteris ſilentio præteritis, videre facile eſt exemplum, quod habetur apud *Vrſayam diſcept. 16. tom. 5. part. 2.*, ubi per extenſum refertur Epiſtola Sacræ Congregationis Epiſcoporum ſcripta ab Epiſcopum Callienſem in executionem reſcripti editi in celebri Cauſa *Callien. Synod. 20. Jan. 1719.* inter ſuum Promothorem Fiſcalem, atque Clerum Civitatis Callienſis.

Poſt quam enim prudentiſſimi Patres in memorata epiſtola incipiente = *Diſeritaſi in Sacra Congregazione* = numero plurima 121
ab Epiſcopo in Synodis condita decreta cum cenſurarum, mulctarumque impoſitione, vel modificarunt, vel circumſcripſerunt, hiſce verbis concludunt = *Vien però V. S. incaricata dalla Sagra Congregazione, che tutte le pene tanto pecuniarie, quanto di cere ſopra deſcritte, le debba inviolabilmente applicare ad uſi pii a ſuo arbitrio: e finalmente le ricorda, che per l'avvenire Ella non ſia tanto facile a preſcrivere pene ſpirituali di cenſure, e ſoſpenſioni, e pecuniarie, ma che ſi ſerva d'altri mezzi canonici, e più diſcreti* =.

Nunc vero fingamus Parochiales Eccleſias, atque loca viſitanda, ita eſſe conſtituta, ut ad ea valde difficilis, atque incommodus habeatur acceſſus: hoc in caſu, nullum eſt dubium, quin Epiſcopus Viſitator in Caſtro, & loco commodiori permanens, ad loca contermina Viſitatores valeat deputare, & ad ſe nedum Clericos, verum etiam Laicos convocare, ut cum ipſis, & de 122
ipſis ſtatuat, quod in Domino expediens judicaverit: juxta *cap. Romana 1. de cenſ. exact. & procur. in 6.* ubi hæc habentur = *Si commode, vel abſque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad uſum congruum Clericos, & Laicos ſtudeat convocare, ne in illis viſitatio poſtponatur* = atque *Barb. in Summ. Apoſtol. deciſ. collect. 727. n. 9.*, *Pacem Jordan. tom. 2. elucubr. lib. 7. tit. 1. n. 46.*, *Piton, tom. 4. diſcept. 157. n. 14.* nec non S. Congreg. Concil. *in Peruſina Viſitationis 16. Jun. 1770.* §. *Peruſina*, ibi = *Cum ſacram ageret viſitationem Epiſcopus Peruſinus in Caſtro Caſtilionis filiorum Fuſci, nec conferre ſe poſſet ad contermina loca Petræfictæ, Collisbaudi, Gaicorum, Grippoleſchieti, Terræ, Mauretorum, &* Au-

Aurei propter itineris incommoda, & congruæ inveniendæ habitationis difficultatem, ſatius duxit Viſitatores deputare, qui eadem loca perſonaliter inviſerent; dum ipſe in Caſtro Caſtilionis quinque dierum ſpatio permanens, non deſtitit, quoad fieri potuit, ea omnia peragere, quæ præſens adimplere non potuiſſet =.

In §.*Verum* hæc leguntur =*Verum Parochus Deſiderius Giuſti, apud quem Epiſcopus permanſit, quique de expenſis reintegrari poſtulat ex alia parte contendit, jure potuiſſe Epiſcopum ad Caſtrum Caſtilionis convocare Clericos, & Laicos aliorum locorum, ad quæ commode accedere non poterat... idque a Prædeceſſoribus Epiſcopis Peruſinis factum fuiſſe, ut ex libris ſacrarum viſitationum deprehenditur* =. Concordant, quæ habentur præſertim in §.*Epiſcopus*, ubi ſic legitur =*Epiſcopus de more auditus ait, licere Epiſcopo viſitanti permanere in aliquo loco, ſi ad alia difficilis, atque incommodus habeatur acceſſus .... Cum autem Recurrentium Caſtra invia fere ſint: eorumque aliqua in aſpero montium culmine poſita, domuſque prorſus inhabiles ad ipſum, ejuſque comitatum recipiendum, idcirco neceſſitate fuiſſe compulſam, ut in Caſtro Caſtilionis moram traheret. Propter hæc addidit conqueri recurrentes non poſſe de inutili mora*. Dicto enim quinque dierum intervallo ſeptem Curatæ viſitatæ fuerunt Eccleſiæ, & viginti ſeptem filiales, nonaginta ſex recogniti libri, alii Parochiales introitus, exituſque Societatum alii, & Chriſmatis Sacramentum collatum &c.

Hinc in ſequenti Congregatione *ſub die 7. Julii d. anni* 1770. repropoſito dubio = *An, & quomodo Parochi recurrentes teneantur ſolvere Procurationem, ita ut ſit locus reintegrationi favore Parochi Caſtilionis filiorum Fuſci, in caſu &c*. Eminentiſſimi Patres libratis hinc inde rationibus ab utraque Parte adductis in folio 16.*Junii*, reſponderunt: *Affirmative ad formam decreti*; quemadmodum videre eſt *in theſ. reſolut. tom.*39.*pag.*171. Sed de hujuſmodi Procuratione Epiſcopo viſitatori perſolvenda alio in loco a nobis erit agendum, Parochorum onera expendentibus.

Recepto Clero ad manus oſculum, ſi tempus patiatur, debet Epiſcopus celebrare, vel Miſſam audire, & in ea ſermocinari,
123 proponendo ea, que a Rubrica recenſentur, nimirum cauſas ſuæ viſitationis. Si ſermonem per ſe habere nequeat, curare debet, ut per alium adimpleatur, eo quod amitti nequeat, *Gavant. in Manual. Epiſcop. verbo Viſitatio n.*39., *Genuen. in Manual. Paſto. cap.*134. *n.*2., *Pax Jordan. d. lib.*7. *tit.*18. *n.*4. Indulgentiæ quoque in Cœremoniali præſcriptæ publicandæ ſunt: quæ tamen publicatio per parochum perfici poteſt: ut docet *Gavant. dict. verbo Viſitatio n*,39. In ipſa Miſſa poteſt ſacra Communio diſpenſari, niſi ad opportuniorem diem, vel horam differri Epiſcopus pru-

prudenter arbitretur, *Pax Jordan d. n.*4. Cæteris omiſſis, quæ videri poſſunt in Rubrica Pontificalis, & apud *Gavant. in praxi viſit.* §.8., alioſque DD. hac de re differentes, ac præſertim apud *Catalan. ad Pontific. Roman. tit.*21., ſeu in Ordine ad viſitandas Paròchiales Eccleſias.

Indutus albi coloris pluviali, vel ſaltem cum ſtola ſupra rocchettum, duobus intorſtitiis accenſis, ac thuribulo ter incenſari debet, anteaquam viſitationem incipiat, *De Luca ad Ventrigl. annot.*24. §.1. *ſub n.*5. *verſ. Præfata*. Sed non ab re erit diſtinguere Eccleſiam parochialem Regularem ab Eccleſia parochiali ſæculari. Si enim primum, tunc Epiſcopus viſitare tantum poteſt ea, quæ ad curam animarum, & ad Sacramentorum adminiſtrationem pertinent: quemadmodum ſupra jam diximus, præſertim *n.*33. 35. At e contrario ſi ſecundum reſpicias, videlicet parochialem Eccleſiam conſideres ſæcularem, hoc in caſu poteſt Epiſcopus illam viſitare quoad omnia, ex ſupra jam demonſtratis præcipue *n.*31. 124 125

Quæ cum ita ſint Epiſcopus, ſeu ordinarius indiſiinćte, ſive ſæcularis, ſive regularis Eccleſia parochialis exiſtat, viſitare poterit Altare majus, in quo Sanctiſſima Euchariſtia aſſervatur, vel aliud, in quo dictum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſervetur, tum ſacrum ipſum Tabernaculum, *Ventrigl. part.*2, *in prax. d. annot.*34. §.1. *n.*31. *cum* 3. *ſeqq.*, *Pax Jord. d. part.*2. *lib.*7. *tit.*1. *n.*109. *& ſeq.*, *Bened. XIV. in ſua Conſtit.*109. *Firmandis* §.7. *tom.*1. *ſui Bull.* Omnia vaſa ſacra, quibus vel particulæ conſecratæ ſervantur, vel ſacra Olea ſive in baptiſmo, ſive in extrema unctione adhibenda, vel aqua baptiſterii, vel alia rite benedicta, quæ pro ingredientium aſperſione ad Eccleſiæ fores poni conſueſcit. *Ventrigl. d.* §.1. *n.*36., ibique *De Luca n.*7., *Pax Jord. d. tit.*1. *n.*114., *Bened. XIV. d.* §.7. Fontem baptiſterii. *Ventrigl. d.* §.1. *n.*35., ibique *De Luca n.*6.. *Pax Jord. d. tit.*1. *n.*102. 113., *Barb. in ſum. Bull. verb. viſitare poſt med.*, *Bened. XIV. d.* §.7. 126 127

Pari modo viſitare poteſt Epiſcopus Confeſſionale, in quo Parochus ad audiendas ſacramentales confeſſiones ſolet reſidere *Bened. XIV. d.* §.7. Pulpitum Eccleſiæ, a quo Parochus verbum divinum populo annuntiat, *Bened. XIV. cit.* §.7. Sacrarium Eccleſiæ, & loca, in quibus ſacra ſupellectilia aſſervantur pro Sacramentis tam intra, quam extra Eccleſiam decenter adminiſtrandis. *Ventrigl. d.* §.1. *n.*96. *& ſeqq.*, *Pax Jord. d. tit.*1. *n.*175. *per tot.*, ſepulchrum excipiendis Parochorum corporibus addictum, ac cœmeterium Parochianorum, humandis cadaveribus deſtinatum. *De Luca ad Ventrigl. ſub n.*9. §. *De viſitatione cœmeterii*, *Pax Jord. ut ſup. n.*173., *Bened. XIV. d.* §.7. Reliquias. *Ventrigl. d.* §.1. *n.*137. 128 129 130

uſque

uſque ad 42., ibique *De Luca n.*8., *Pax Jord. d. tit.*1. *a n.*115. *ad* 146.;
ac Sacra Congregatio Concilii *in Viterbien.* 17. *Jan.* 1627. *lib.*13.
*decret. pag.*283. Turrim campanariam; dummodo in ea ſint cam-
131 panæ ad Parochiam proprie ſpectantes *Ventrigl. loco cit. n.*49., *Pax*
*Jord. ut ſup. n.*174., *Bened. XIV. cit.* §.7. *circa finem*. Illa autem
campana, quæ inſcriptum habet titulum parochialis Eccleſiæ, ad
hanc pertinet, tametſi alteri Eccleſiæ addicta ſit, & alieno ære
132 conflata, ut jam demonſtravimus *in* 1. *part. tit.*8. *de erectione pa-*
*rochialium Eccleſiarum n.*122.

In aliis vero Eccleſiis non regularibus, viſitare poteſt Epiſco-
133 pus etiam cætera Altaria, ut tradunt *Ventrigl. d.* §.1. *n.*43., *&*
ſeq., ibique *De Luca n.*9., *Pax Jord. ut ſup. n.*171. Idemque dicas
134 de ſacris Imaginibus, *Pax Jord. in cit. lib.*7. §. *De viſitatione ſacra-*
rum Imaginum. Tum de corpore Eccleſiæ, tecto, pavimento, pa-
135 rietibus, aliiſque id generis. *Ventrigl. ut ſup. n.*45., ibique *De Lu-*
*ca n.*9., *Pax Jord. loco cit. n.*172., nec non de domo Eccleſiæ, ſeu
de domo parochiali, *Ventrigl. loco cit. n.*50., deque aliis domibus
136 ad eamdem Eccleſiam pertinentibus, ut tradit *Pax Jord. d. tit.*1.
*n.*177. *&* 178.

Quoad vero parochialium præſertim Eccleſiarum viſitatio-
nem, dum eas Epiſcopus viſitat, curabit diligenter inquirere, op-
ſervareque, num optimo in ſtatu ſint, nitidæ, mundæ, ſacriſque
ſupellectilibus, & quidem decentibus inſtructæ: quemadmodum
137 enixe Epiſcopis commendat *Bened. XIV.* in ſua epiſtola encyclica
occaſione imminentis Anni Sancti 1750. ad Epiſcopos per ditio-
nem eccleſiaſticam conſtitutos ſcripta, *Conſtit.*3, *de cultu, & ni-*
tore Eccleſiarum, incip. *Annus, qui hunc vertentem annum inſequi-*
*tur, tom.*3. *ſui Bull.* Non exigit laudatus Pontifex *in cit. Conſtit.*3.
§.1. ſupellectilium pretioſitatem, non ſomptuoſitatem, non ſa-
crorum Templorum magnificentiam requirit, ſed decentiam,
atque munditiem tantum, quas nemini licet detrectare: cum hæc
138 omnia cum paupertate bene poſſint convenire, atque componi.
De hiſce malis dolebat Ven. Card. Bellarminus, apud d. Sum-
mum Pontificem loco cit., hiſce verbis = *Omitto, quod alicubi vaſa*
ſacra, & veſtes, quibus myſteria celebrantur vilia, ac ſordida inve-
niantur indigna prorſus, quæ ad tremenda myſteria adhibeantur. At
forte, qui hæc adhibent, pauperes ſunt. Id quidem fieri poteſt, ſed ſi
pretioſa non ſunt ſaltem munda, & nitida =.

Summus Pontifex *Benedictus XIII.*, cujus labores pro eccle-
ſiaſtica diſciplina vel ſervanda, vel reſtituenda, ac pro Eccleſia-
rum decore procurando, notiſſimi ſunt, ſolebat Patrum Cappuc-
139 cinorum Eccleſias in exemplum proponere: teſte *Benedicto XIV.*
in

Digitized by Google

in cit. §.1. verſ. Quamobrem. Adeſt enim in illorum Eccleſiis ſumma quidem paupertas, ſed tamen æqualis mundities omnium oculis ſpectanda ſeſe offert. De Eccleſiarum nitore loquens *Drexel. in tom.*17. ſuorum Operum Monachii impreſſorum, *in tractatu*, cujus titulus eſt: *Gazophylacium Chriſti part.*2. *cap.*2. *pag.*153. hæc habet = *Primum, ac potiſſimum, quod Templis debetur, eſt mundities. Non tantum adſint, quæ ad uſus ſacros neceſſaria, ſed etiam quantum fieri poteſt mundiſſima ſint* = Ac jure merito invehens contra eos, qui domos bene ornatas habent, & cultas, Eccleſias vero in ſquallore, ac ſordibus relinquunt, hæc habet = *Sunt etiam, qui domos habent inſtructiſſimas, & ornatiſſimas in eorum Templis, & Sacellis ſquallent omnia. Aræ a frontibus nudæ, vix laceris, & ſordidis pannis inſternuntur: in cæteris omnibus vix confuſio, & ſquallor* =.

Nil igitur refert, pauperes ſint, an divites Eccleſiæ, dummodo in ipſis nitor, decentia, ac mundities effulgeat: quemadmodum haud obſcure indicavit *D. Hieronymus in epiſt. ad Demetriadem*, hiſce verbis= *Alii ædificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita, pretioſum ornamentum non ſentientia: ebore, argentoque valvas, & gemmis aurata diſtinguant Altaria: non reprehendo, non abnuo; melius eſt hoc facere, quam repoſitis opibus incubare*= Multo autem magis eos laudat, qui Eccleſias mundas retinent, ut videre præſertim eſt *in Nepotiani epitaphio*, quod S. Doctor *ad Heliodorum* miſit, ubi ſummis laudibus commendat d. Nepotianum, quia diligens, ac ſollicitus fuit in nitore, & munditie Eccleſiarum, atque Altarium curanda, cujus verba legi poſſunt apud *Benedictum XIV. in cit. Conſtit.*3. §.1. *poſt med. verſ. At vero*, ibi = *Erat ergo ſollicitus ſi niteret Altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pavimenta terſa, ſi janitor creber in porta, vel ſemper in hoſtiis, ſi Sacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes cæremonias pia ſollicitudo diſpoſita; non minus, non majus negligebat officium* =. 140

Caveant tamen Epiſcopi ne contingat alteri, quod ſibi contigiſſe narrat Ven. Card. Bellarminus *in cit. Conſtit.*3. §.1. *in fine*, ubi ſic legitur = *Ego cum aliquando ex itinere apud Epiſcopum nobilem, & prædivitem hoſpitarer, vidi aulam vaſis argenteis ſplendidam, & menſam omni genere præſtantium ciborum refectam; mappas quoque, & reliqua omnia nitida, & odorum ſuavitatem ſpirantia: Sed cum die ſequente ſummo mane ad Eccleſiam Palatio contiguam deſcendiſſem, ut ſacris operarer, inveni omnia contraria, ideſt vilia, & ſordida, ut vix auderem in tali loco, & cum tali apparatu Divina myſteria celebrare.* 141

Si in Eccleſia, quam Epiſcopus viſitat, erectæ inveniantur Confraternitates, debent & iſtæ ab Epiſcopo viſitari, ac tenentur officiales

142 ciales rationes reddere, eoſque poteſt Epiſcopus in caſu renuentiæ cenſuris compellere. *Concil. Trid. ſeſſ.22. de reform. cap.8. & 9., Rota deciſ.673. n.16., & deciſ.749.* prioris confirmatoria *cor. Molines*. Nec refert, quod erectæ reperiantur in Eccleſiis Regularium: cum Epiſcopus impediri nequeat a viſitationis exercitio, ita ut ſi Regulares prohibeant, ne Epiſcopus viſitet, poſſit Epi-
143 ſcopus eos cenſuris Eccleſiaſticis innodare, per *Text. in cap. Ex officiis de præſcript., cap. Cum nuper de Cenſib., cap. Dilecto §. Quidem de ſent. excommun. in 6., Fagnan. in cap. Procurationes a n.27. de Cenſibus*. Quod Sacra Congregatio Concilii adprobavit *in Murana Viſitationis 21. Jun. 1732. ad 1. dubium*, ubi reſponſum fuit excommunicationem latam ab Epiſcopo contra Guardianum Cœnobii Fratrum Minorum S. Franciſci Oppidi S. Felicis, ſuſtineri, ut videre eſt *in theſ. reſol. pag. 359.*

Hæc autem viſitatio Ordinarii intelligenda eſt circa ea tan-
144 tum, quæ Confraternitatum adminiſtrationem, ejuſque redditionem rationis reſpiciunt; *Barb. de jure Eccl. univ. lib. 1. cap. 14. n.30., Ventrigl. d. §. 1. part. 1. annot. 24. n. 4.*, quibus concordat Sacra Congregatio in una *Imolen. apud Navar. nov. jur. Pontific. concl. tit. de viſit. concl. 5. alias 121. n. 4.*, & eadem Sacra Congregatio in *d. Murana*. Et hoc modo intelligi poſſet auctoritas Sacræ Rotæ in *Burgen. Juriſdictionis, ſeu Viſitationis ſuper Manutentione 1. Jul. 1715. §. Quintum cor. Emo Scotto*.

At ſi Confraternitati incumbit onus manutenendi Altare, &
145 illius Cultum, poteſt Epiſcopus viſitare circa ea, quæ reſpiciunt d. manutentionem, & cultum, & ornamenta Altaris, ſeu Cappellæ, onera miſſarum, divinorum officiorum, & ea, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent, ut pluries Sacra Congregatio Concilii declaravit, ſed præcipue in *Nucerina Paganorum 23. Jun. 1629., in Urbanien. Viſitationis Cappellæ 23. Sept. 1690., in Firmana Juriſdictionis 4. Aug. 1714. ad 1. dubium, in Spoletana juris Viſitandi 20. Sept. 1730., in Ravennaten. Viſitationis 7. Aprilis 1731., in d. Murana ad 2. dubium*, ubi cum quæreretur = *An Epiſcopus viſitare poſſit Altaria SS. Roſarii, & S. Franciſci exiſtentia in Eccleſia Patrum Minorum Conventualium Oppidi S. Felicis, in caſu &c.* = prodiit reſolutio = *Affirmative, ad formam reſolutionis in Nucerina Paganorum* = quæ ſupra jam citata fuit, ut in *theſ. reſol. 1732. pag. 360.*

Poteſt Epiſcopus in actu præſertim Viſitationis requirere a Be-
146 neficiatis titulum Beneficii, quod poſſident, necnon diſpenſationem in cujus vigore incompatibilia retinent, ex Trid. Concil. *ſeſſ. 7. de reform. cap. 5.*, illiuſque Sacra Congregatione *in Amalphitana 17. Jan. 1761. §. Actus*, ut in *theſauro reſolut. tom. 30. pag.*

11. &

Digitized by Google

11. & 12. Ubi vero Epiſcopus juſtam habeat dubitandi cauſam de diſpenſationis efficacia, debet Sacram Congregationem, ſeu Apoſtolicam Sedem conſulere, juxta monitum *Textus in cap. Ordinarii §.Si vero de offic. Ordin. in 6.*, uti legitur in folio *in d. Amalphitana §.His præſuppoſitis, pag.13. d.tom.30.*

Pari etiam modo Beneficiati, & Cappellani exhibere debent viſitanti Epiſcopo libros antiquos, atque novos continentes legata, & bona Eccleſiæ, vel Cappellæ relicta, juxta reſolutionem Sa- 147
cræ Congregationis Concilii *in Calaguritana Viſitationis 4. & 18. Jun.1701. ad 1. dubium, lib.52. decretorum, pag.306. & ſeq.* Item libros continentes Anniverſaria, aliaque onera, ac pia legata in eadem Eccleſia vel Cappella fundata, *d.Calaguritana ad 2.dubium*. Tum fundationes Beneficiorum, & Cappellaniarum, necnon fundationum inſtrumenta, *Ibidem ad 3, dubium*. Similter notulam eorum, qui poſſident Cappellanias, aliaque in ſua Eccleſia, & illorum, qui debent anniverſaria, piaque opera adimplere. *Ibidem ad 5. dubium*, Item notulam bonorum relictorum Eccleſiæ, vel Cappellæ, ac reſpective noviter adquiſitorum, atque inſtrumentorum, ac ſcripturarum, illaque etiam, quæ eaſdem alienationes, adquiſitioneſque reſpiciunt, ut *in d. Calaguritana* reſolutum legitur *ad 5. dubium*: quæ ſingula videri commode poſſunt in *theſauro reſolut. anni 1740. in ſupplem. pag.128. & ſeq.*

Parochi, quemadmodum ſuperius diximus, aliique Animarum curam exercentes Epiſcopi juriſdictioni, atque viſitationi, 148
ſive ſæculares, ſive regulares exiſtant, in iis, quæ Animarum curam concernunt, ſubeſſe debent ex *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap.11.*, ac *Bened.XIV.* in ſua Conſtit.109. incip. *Firmandis §.2.*, *tom.1. ſui Bull.*, *& in Conſtit.1.* incip. *Quamvis §.Sane, tom.2. ſui Bullar.*, ac S.Cong. Concilii in *Palentina Juris Viſitandi 4.Junii 1763. §.Advertendum pag.124., & 18.Febr.1765. ad 2. dubium.* Qua de re videri quoque poteſt *Gregorius XV.* in ſua Coſtitutione, cujus initium *Inſcrutabili* edita *nonis Febr. 1622.*, in qua Ordinariorum viſitationi, atque correctioni ſubiicit Regulares curam Animarum ſæcularium exercentes, aut quoquo modo Sacramenta adminiſtrantes, ſpecialiter, & expreſſe de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, integre derogando quibuſcumque Conſtitutionibus,& ordinationibus ſuorum Prædeceſſorum: Tum *Innocentius X.* in ſuis Litteris Apoſtolicis *anno 1647.* incip. *Cum ſicut*, item *Clemens X.* in ſua Conſtitut. *Superne*, 11. *chal.Jun.*1670., atque *Innocentius XII.*in ſua Conſtit. *Speculatores pridie nonas Novemb.*1694., 149
quæ a *Benedicto XIV.* in laudatis locis confirmantur. Idemque a' Sacra Congregatione Concilii declaratur præſertim *in Olomucen. Juriſdictionis 7.Jun.1755. ad 1. dubium*, ut videre eſt *in theſ. reſo-*

*lut.pag.*48. *& ſeq.*, & in *Conſtantien. Juriſdictionis* 31.*Mart.*1770. §.*Item pag.*95.

In hoc pari etiam modo concordant, quæ a Rotali Auditorio paſſim traduntur, ſed præcipue in *Præmiſlien. Præpoſituræ ſuper Conventualitate* 27.*Febr.*1760., 22.*Jan.*, *&* 3.*Jul.*1761., *ac* 15. *Febr.*1763. §.*fin. in omnibus coram Ratta*, ubi notanda ſunt illa verba = *Conſtito hinc de Conventualitate unicæ Parochialis, ac Præpoſituralis Eccleſiæ, de qua hic agitur, plane inde profluebat eandem Ordinariæ Epiſcopi juriſdictioni minime ſubiici, attentis Apoſtolicis privilegiis Univerſo Ordini Canonicorum Regularium Sancti Sepulchri competentibus, dummodo tamen excipiantur ea, quæ reſpiciunt Animarum curam, & adminiſtrationem Sacramentorum, quorum ratione Præpoſitum Regularem, utcumque ex obedientiæ votis Superiori Ordinis obtemperare obligatum, Epiſcopi tamen Juriſdictioni ſimul ſubeſſe non dubitatur*.

De Parochis præſertim Regularibus curam Animarum in In-
150 diarum regionibus exercentibus, videri poteſt decretum *Clementis VIII.* per ſuas literas in forma Brevis *ſub die* 8. *Novemb.* 1601. incip. *Religioſorum*, ubi ſuorum Anteceſſorum privilegia reprobat, confirmatque decreta Sacræ Congregationis Epiſcoporum, ac Regularium, quibus cavebatur, ut in concernentibus Animarum
151 curam Ordinario loci ſubeſſent: in reliquis vero ſuis Superioribus, de quorum licentia extra clauſtra poterant degere. Tum Synodus Mexicana *anno* 1585. ſub Archiepiſcopo Moja de Centenas ab Apoſtolica Sede *anno* 1589. confirmata, in tit. *de Viſitatione propriæ Diœceſis* §.3. *verſ.Viſitant*, & in titulo *de Regularibus, ac Monialibus* §.19. ubi hæc habentur = *Juxta id, quod a Concilio Tridentino decretum eſt, & per ſchedulam Regiæ Majeſtatis diſquiſitum, Regulares, qui Indorum Curam gerunt ab Ordinariis viſitari eiſdemque ſubditi eſſe debent; tam quoad doctrinam edocendam, quam quoad Sacramenta adminiſtranda* = Quibus addi poteſt *Benedictus XIV.* in ſua Conſtit. *Quamvis* §.*Quamvis*, *& ſeqq.* ubi Concilii Trident. decreta, & Conſtitutiones de hac re editas in omnibus Indiarum
152 Orientalium regionibus, locum habere decernit, & ſub hac ſua diſpoſitione Regulares cujuſcumque Inſtituti comprehendit.

Hæc Epiſcopi Diœceſani correctio, viſitatio, atque juriſdictio
153 in ſingulos Regulares Animarum Curam exercentes, non eſt delegata, ſed ordinaria, eodem modo, quo de Eccleſiis jam ſupra diximus, *Concil. Trid. ſeſſ.*25. *de Regul. cap.*11., *Bened.XIV. in dicta Conſtit.*109. *Firmandis* §.12. *tom.*1. *ſui Bull.*, ac S.C.C. in *Palentina Juris Viſitandi* 4.*Jun.* 1763. §.*Advertendum in fine*. Non enim fuit per Concilium Tridentinum ſublata, ſed potius roborata, ut *in dicto cap.* 11. ubi nullum verbum fit delegatæ juriſdictionis, ac

Rota

Digitized by Google

Rota *coram Molin. deciſ.678. num.* 40. : Adeoque cum expreſſe
non legatur hæc delegatio Apoſtolica,confirmata cenſetur ordina-
ria juriſdictio: argumento ducto a diſcretivo modo loquendi ,
quod validiſſimum eſt in interpretatione legum , & conſtitutio-
num , per *Text. in L.Prætor ff. de Judic., Rot. deciſ.*174. *n.*48., *de-* 154
*ciſ.*549. *n.*9. *part.*18. *Recent., ac deciſ.*679. *n.*42. *cor.Molin.*; Verba
enim ſimpliciter prolata, ſimpliciter ſunt intelligenda, & in potiori
ſignificatu,per*Text.inL.*1.*Si quis ſimpliciter ff.de verb.ſignific.,Tuſch.* 155
*lit.V.concl.*92.,*& concl.*101.*per tot., Barb.axiom.*212.*n.*25.*& ſeq.*

Id pari modo deducitur ex verbo illo *immediate* , quo utuntur
Patres Tridentini *in cit. cap.*11. quod verbum omnino delegatam 156
excludit juriſdictionem , ut obſervant *Franc. Florenſ. ad lib.*1. *de-
cret. de offic. Jud. Ordin. in princ., Barb. de offic.* , *& poteſt. Epiſcop.
part.*3. *alleg.*92. *n.*96. , *Rota cor.Molin. d.deciſ.*769. *n.*43. Acce-
dat, quod Parochi Regulares in iis, quæ Animarum curam , & ad-
miniſtrationem Sacramentorum reſpiciunt, æquiparantur abſolute
Parochis ſæcularibus in *cit. cap.*11. ibi : *Perſonæ tam regulares ,
quam ſæculares hujuſmodi curam exercentes ſubſint immediate in iis* , 157
*quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent ,
juriſdictioni , viſitationi , & correctioni Epiſcopi , in cujus Diœceſi
ſunt ſita*(Monaſteria ſeu loca Religioſa). *Rota d.dec.*679.*n.*46. Unde
quemadmodum Epiſcopi utuntur ordinaria juriſdictione in Paro- 158
chos ſæculares Animarum curam exercentes etiam in Eccleſiis
Regularium, ita & in Regulares propoſitos regimini Eccleſiarum
Parochialium, ut ratiocinantur *Ugol.de offic. & poteſt. Epiſc.cap.*20. 159
*n.*1., *Vulp. prax. for. Eccleſ. cap.*42. *n.*6. , *ac Rota dicta deciſ.*979.
*n.*46. *& ſequenti* .

Nec dicas huic *Capiti* 11. *ſeſſ.*25. *de Regularibus* derogatum
fuiſſe a *Gregorio XV.* in ſua Conſtitutione *Inſcrutabili* , ubi delega-
tam juriſdictionem Epiſcopis tribuit . Hæc enim, quæ a *Fagnano* , 160
tunc Sacræ Congregationis Concilii extenſa fuit, videtur inappli-
cabilis noſtro caſui , cum illius diſpoſitio reſtringenda ſit ad Regu-
lares non Parochos Sacramenta adminiſtrantes : ut legi poteſt apud
undem *Fagnanum in cap.Grave n.*37. *de offic. Ordin.*, *& in cap.Cap-
pella de privil.* , ubi totius rei , ac controverſiæ , ob quam edita fuit
d.Conſtitutio, narratur hyſtoria, tum apud *Karg. in pace relig.* ,
*decad.*6. *cap.*10. *per tot.* , ubi tenor *Bullæ Gregorianæ* refertur ; ac
etiam *in d. deciſ.*679. *cor.Molin. ſub n.*62. *verſ.Nec dicatur* uſque
ad 65. incluſive . Sed ut liberaliores ſimus , data etiam hypotheſi ,
quod ſola juriſdictio delegata eſſet Epiſcopis tribuenda in Parochos
ſive curam Animarum vere exercentes , ſive aliquod tantum Sa-
cramentum adminiſtrantes , jam neminem latet *d. Gregorianam* 161
Conſtitutionem in irritum prorſus eſſe ceſſuram, utpote quam abro-

gatam a *Benedicto XIV.* in ſupra laudata *Conſtitutione* 109. incip. *Firmandis* §.12. *tom.*1.*ſui Bullarii*, ubi indiſtincte ordinariam Epi-
162 ſcopis tribuit non vero delegatam. Juris enim noſtri in controverſum principium eſt, leges, & conſtitutiones priores per poſte-
163 riores eadem de re editas penitus abrogari, per *Text. in Leg.* 1. *ff. ad d. Aquil.*, *Rot. deciſ.*1084. *n.*4. *cor. Molines*, *& in Faventina Onerum Cameralium*, *ac Communitativorum* 11. *Febru.* 1754. §.14. *cor. Figueroa*.

Velint itaque, nolint, tenentur Parochi, aliique Animarum curam quomodolibet exercentes, viſitationem Epiſcopi ſubire: ita
164 ut ſi Epiſcopum, ne viſitationis officium complere poſſit, impedire auſi fuerint, poſſint ab eodem, vel ejus legitimo Delegato excommunicationis gladio inſigi, *Ventrigl. in praxi part.* 2. *annotat.*24. §.1. *n.*11. *in fine*: prout etiam Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Nolana* 20. *Jun.* 1750., ubi ad dubium ibi propoſitum, reſponſum fuit, ſuſtineri excommunicationem a Conviſitatoribus Epiſcopi contra Parochum de Certono fulminatam, ut videre eſt in *theſauro reſolut. pag.*44., tum in *Nolana* 14. *Decembris* 1754. *ad* 2. *dubium*, ubi excommunicatio lata contra Archipresbyterum Eccleſiæ S. Petri impedientem Epiſcopi viſitationem, fuit valida declarata, ut legitur *in theſ. reſol. pag.*105.

Omnis enim æqui, bonique ratio expoſtulat, ut Epiſcoporum ju-
165 riſdictio juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem libere ad exitum perducatur: unde juſtiſſimum eſt, quod talis juriſdictionis exercitium turbantes per cenſuram animadvertantur, *Cap. Dilecto de ſent. excomm. in* 6., *Bened. XIV.* in *Conſtit.*14. incipiente *Paſtorarali Romani Pontificis vigilantia* §.16. *tom.*1. *ſui Bull.*, ac *Rota cor. Card. Buſſio, in Barchinonen. Juriſdictionis ſuper Attentatis* 28. *Mar-*
166 *tii* 1757. §.5., ubi tamen id limitat in turbantes de jure, ideſt juſta cauſa, juſtaque ſub opinione, quod Epiſcopus nullam haberet juriſdictionem: ſecus in turbantes de facto, ideſt nullo juris fundamento. Huc referri poſſe videtur illa facti ſpecies, quæ habetur apud Sacram Congregationem Concilii in cauſa pluries repetita *anno* 1759. *&* 1760., tandem reſoluta 26. *Jun. d. anni* 1760. in *Derthunen. Viſitationis*, ubi ad 24. *dubium*, in quo quærebatur: *An Confratres ceciderint in cenſuras ob aſſertum ſpretum Interdicti in caſu &c.*: fuit ab Emis Patribus reſponſum: *Negative*: quemadmodum videre eſt in *tom.*29. *theſ. reſolut. pag.*22. Si autem caſus contingat, quo turbantes Epiſcopi juriſdictionem eo temeritatis de-
167 veniant, ut oſtium Epiſcopo, ne viſitet, claudant, tunc libere, & abſolute ille poteſt ulla abſque monitione ad oſtii effractionem devenire, ſibique aperire aditum, ſicuti præ cæteris tradit *Ventril. in praxi part.*1. *annot.*49., & *part.*2. *annot.*24. §.1. *num.*11. *in fine*. In

In Viſitatione Parochi Regularis, exceptis iis, quæ ad Regularem diſciplinam pertinent, peraget Epiſcopus ea omnia, quæ 168
ab iſto in ſui officii executionem debet exquirere, ut docet *Benedict. XIV.* in cit. *Conſtit. Firmandis* §.10. *in princ.* Quapropter a Parocho tum Regulari, tum Sæculari exquiret, & examinabit, an Animarum curam legitimo titulo exerceat: an reſidentiæ lex ab eo fuerit obſervata, & obſervetur; an ad Synodum vocatus iverit: an conferentias ſuper caſibus conſcientiæ haberi ſolitas frequentet: an onera, quæ ſecum fert Animarum cura adimpleverit: an Miſſam pro populo diebus feſtis de præcepto applicaverit: an iiſdem diebus feſtis omnia præſtiterit, quæ a Sacro Tridentino Concilio præſcripta ſunt, inſtruendo populum verbi Dei prædicatione, & pueros in fidei rudimentis, Chriſtianæque doctrinæ præceptis: an ſtatis diebus excipiendis fidelium confeſſionibus vacet: an ægrotantibus, & in extremo vitæ agone laborantibus debita ſpiritualia ſubſidia ſedulo præſtet, & Sacramenta Eccleſiæ tempeſtive conferat.

Exquiret inſuper, an pueros, puellaſque ante Sacramenti confirmationis ſuſceptionem, tum etiam ante primam eorum communionem, opportunis inſtructionibus erudierit: an prius quam fideles ad matrimonia in faciem Eccleſiæ celebranda admittat, debitas inquiſitiones adhibuerit, atque adhibeat, quibus tuto deprehendere poſſit nullum inter contrahentes impedimentum exiſtere, eoſdemque libere matrimonio conſentire, ac demum in doctrina Chriſtiana, maxime vero in præcipuis Religionis noſtræ myſteriis illos inſtructos eſſe: an apud ſe recte ordinatos retineat libros Baptizatorum, ubi Eccleſia ſit baptiſmalis, tum Sacro Chriſmate confirmatorum, libros etiam matrimoniorum, ac ſtatus animarum: tum etiam libros mortuorum. De quibus omnibus videre eſt *Benedictus XIV.* in cit. ſua Conſtitutione 109. §.9., præter ea, quæ habentur apud *Ventrigl. in part.2. annot.24.* §.1. *n.*51., ſed præcipue apud *Pacem Jordanum part.2. lib.7. tit.6.*

Vitam quoque morumque honeſtatem Parochi diligenter ſcrutabitur Epiſcopus viſitationis occaſione: Utque hac de re certior evadat loci incolas interrogabit, an hæc, & ea omnia, de quibus modo diximus, a Parocho peragantur: quod ſi quid correctione dignum invenerit, corrigere debet, ut notant *Barb. de jure Eccl. verb. univ. lib.*1. *cap.*14. *n.*47., *Ventrigl. ut ſupr. ſub n.*51. *verſ. Deinde*. Quibus addi poſſunt de hac materia cumulate agentes, *Fuſeb. de viſit. lib.*2. *cap.*2., *Piaſec. in praxi part.*2. *cap.* 3. *a n.*16., *Baſſ. in ſuis particul. libris de officio Curati*: Idemque dicas de Parocho Regulari, juxta declarationem *Bened. XIV.* in citat. *Conſtit.*109. §.10. *in principio*. Quamvis enim Epiſcopus inquirere nequeat in iis, quæ ad obſervantiam proprii inſtituti regularis 170
ſpe-

ſpectant, attamen poteſt, ac debet illius morem, ac vitam ſcrutari quamquam ſit Regularis: quatenus ea, quæ extra clauſtrum prodierint, Rectoris animarum exempla plurimum conferre ad populi ædificationem, vel contra eidem obeſſe maximopere poſſunt, juxta Sacri Concilii Congregationis decretum relatum, approbatumque a *Benedicto XIV.* in cit. *Conſtitut.* 109. §.8. Immo res eo progreditur quoad Religioſos extra Clauſtra degentes, ut ſi Ordinarius Religioſum aliquem in Rurali domo manentem invenerit tempore Viſitationis, poſſit, quotieſcumque id expediens judicaverit, ab eodem exigere, fideliter exhibendam, licentiam ſui Superioris extra clauſtra permanendi: quemadmodum Sac. Congregatio Concilii declaravit *in Toletana Viſitationis Oratorii* 8. *Martii* 1762. *ad quintum dubium*, ubi prævio receſſu a deciſis ſub *die Jan. d. anni*, reſolutum fuit teneri Religioſum degentem in Rurali domo de Valpedenas exhibere Eminentiſſimo Archiepiſcopo Toletano licentiam ſui Superioris Regularis permanendi extra Clauſtra, in ſolo tamen actu viſitationis, ibi = *Ad V. prævio receſſu a deciſis, affirmative, in actu Viſitationis tantum*: quemadmodum legere melius eſt in *tom.*31. *theſ. reſol. pag.*83.

Hic tamen notetis, quod Parochorum præſertim Regularium viſitatio, atque correctio cumulativa eſt cum Regulari Abbate: ut *Bened. XIV.* declarat *in citato* §.10. Nec ſolum Abbas poteſt cum
171 Epiſcopo Parochum ſuum Regularem viſitare, atque corrigere, ſed etiam ea condere decreta, quæ expedire judicaverit: ita tamen, ut illius decreta, ſi Epiſcopi decretis contraria fuerint, debeant illis Epiſcopi omnino cedere, juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii, *in Veronen.* 29. *Jul.*1628., *lib.*13. *decret. pag.*490. *a tergo*, relat. in folio *Lycien. Viſitationis & Cenſurarum* 23. *Januar.*1725. §. *Ad hæc in fine*, ut in *theſ. reſol. pag.*179., *& ſeq.*: Quod a laudato Summo Pontifice in ſæpe citata *Conſtit.*109. §.10. comprobatur: juxtaque Rotam *coram Molines in dec.*76. *n.*15.

Si ſermo ſit de Parochis vel Sæcularibus, vel Regularibus dependentibus ab illo Monaſterio, vel loco, ubi Abbas generalis, vel Caput Ordinis ordinariam, ac principalem habet Sedem, & Epiſcopus hoſce Parochos etiamſi ad nutum amovibiles, non recte adminiſtrare agnoverit, poteſt, ac debet pro ſui Paſtoralis officii munere inſtare apud Superiorem generalem, ut dictos Parochos amoveat, etiam implorata, ſi opus fuerit, Sedis Apoſtolicæ au-
172 ctoritate, ſi nempe Generalis reluctans fuerit, aut hiſce Parochis plus æquo faveat: ut docet *Bened. XIV.* in cit. *Conſtit.*109. §. 16., *tom.*1. *ſui Bullar.*

Poteſt Epiſcopus occaſione præſertim viſitationis novo ſubiicere examini Parochos, ſuper materia Cœremoniarum, vel confeſſio-

feſſionis, vel alterius officii, dummodo tamen juſtam habeat, rationabilem, atque vehementem ſuſpicionem, quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Pampilonen.* 22. *Sept.* 1680, *lib.*26. *decret. pag.*108., *in Cajetana* 19. *Novemb.*1684. *lib.*34. *decret. pag.*338. *a tergo*, ut videre eſt *in Legionen. Viſitationis Sacrorum Liminum*, 15.*Decemb.* 1725. §.*Rurſus*, *in theſ. reſol. pag.*246. Idemque dicas de Parochis Regularibus, ut reſolutum fuit ab eadem Sacra Congregatione in *Nullius* 13.*Jan.* 1685. *lib.*15.*decret. pag.*146. *a terg-*, relata in *d.Legionen.* §.*Aliæ d. pag.*246. in qua *Legionen.*, cum quæreretur, ita Epiſcopo Legionenſi inſtante = *An*, *& quomodo ſit providendum in caſu &c.* = Reſponſio prodiit = *Quoad examen Parochorum dentur decreta* = ut legere eſt *d. theſ. reſolut. pag.*248. 173

In viſitatione perſonas Eccleſiaſticas reſpiciente, inter alia inquirere poteſt Epiſcopus, an decreta ſua, vel Anteceſſorum præſertim in Synodis Diœceſanis circa ipſas facta, debitæ demandentur executioni, præcipue, quod attinet ad frequentiam Congregationum, vulgo Conferentiarum de caſibus conſcientiæ habitarum: 174
cum Epiſcopus omnes Eccleſiaſticos, exceptis non exiſtentibus in ſacris, obligare poſſit, ut hiſce Congregationibus interſint: quemadmodum Sacra Congregatio Concilii declaravit in *Larinen. Decretorum Synodalium* 30.*Aug.* 1732. *ad* 1.*dubium*, ut in *theſ. reſol. pag.*387. 175
Ipſos pari modo, ſi juſta, atque rationabilis cauſa id ſuadeat, adſtringere poteſt, ad ſe ſubiiciendos examini, occaſione ſacræ viſitationis, tam ſuper literatura, quam ſuper Miſſarum cœremoniis, juxta reſolutionem d.Sacræ Congregationis in *Caſſanen. Viſitationis* 14.*Jun.* 1749. *ad* 7. *dub. theſ. reſol. pag.*47. 176

Epiſcopi viſitationi ſubjacebunt omnes Clerici ſæculares non obſtante quovis privilegio: ut Tridentini Patres decreverunt in *ſeſſ.*6. *cap.*3., *& ſeſſ.*14. *can.*4. *de reform.*: Idque Doctores ſuſtinent, ac præcipue *Catal. ad Pontific. Rom. tom.*2. *tit.*21. *n.*19.. Quod ſi Epiſcopus illos proprio muneri defeciſſe compererit, poteſt meritas in eoſdem pœnas ſtatuere. *Tridentin. Concil. in citatis locis*, *Ventrigl. dicta annot.*24. §.1. *num.*22. Idemque intelligas de Regularibus extra Monaſterium degentibus: ut ſtatuunt iidem Tridentini Patres *in citat. cap.*3., ac ſentiunt *Barb. de jur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*14. *n.*32. *& ſeqq.*, *Ventrigl. d.n.*22., ac latiſſime *Pax Jord. d.lib.*7. *tit.*14. *a n.*51. *ad* 95. 177

Quod attinet ad Parochianos, iſti ſubſunt immediatæ, ac privativæ Epiſcopi viſitationi, atque correctioni, ſive a Sæcularibus, ſive a Regularibus dirigantur: cum nulla Superioribus Regularibus in hujuſmodi ſæculares Parochiæ ſubditos competat juriſdictio, juxta *d. Conſtitut. Benedicti XIV.* §.10. *in fine*. etiamſi 178

iſti

iſti Parochiani ad illam pertineant Parochiam, ſeu ad illud Monaſterium, ubi Abbas, vel alius Superior generalis, aut Caput Ordinis principalem, ac ordinariam ſedem retinet: ut idem Summus Pontifex declarat in d. *Conſtit.*109. §.16., ut ſupra jam demonſtravimus. Exemptio enim in una re non probat exemptio-
179 nem quoad aliam prorſus diſtinctam, ac ſeparatam, in præjudicium Epiſcopi, habentis in omnibus juris aſſiſtentiam, juxta doctrinam *Panormit. in cap. Inter alia num.*15. *de Immunit. Eccleſ.*, *Rip. in cap. Eccleſia Sutrina n.*95. *verſ. Quinto de cauſa poſſeſſ.*, *Rotæ deciſ.*377. *n.*24. *& ſeq. par.*13., *deciſ.*85. *n.*22. *par.*15. *Rec.*, *& coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente XIII. deciſ.*6. *n.*12. Eaque propter in horum Parochianorum mores inquiret Epiſcopus, ac, ſi
180 quæ inter ipſos ſcandala oborta fuerint, auditis proborum virorum relationibus de iis cognoſcet, eaque opportunis reſecabit, reformabit remediis, ut laudatus doctiſſimus Pontifex tradit *in citat.* §.10.

Hæc circa Parochialium præſertim Eccleſiarum Viſitationem ſatis, ſuperque ſufficiat dilibaviſſe. Non nulla tamen pro hujuſce Tituli complemento, a nobis erunt adnotanda, quorum notio non modicam poterit adferre lectori utilitatem. Primum itaque ſciendum, quod omnes Eccleſiæ Parochiales in dubio ſemper præ-
181 ſumuntur Epiſcopo ſubjectæ quoad effectum præſertim viſitationis, *ex Concil. Trident. ſeſſ.*7. *cap.*8., *ſeſſ.*24. *cap.*10. *de reform.*, *ſeſſ.*25. *cap.*11. *de Regularibus*, *Rota coram Clemente XIII. dicta deciſ.*6. *n.*15. *necnon coram Calcaguino in Nullius*, *ſeu Celſonen. Jurisdictionis ſuper Attentatis*, 19. *Novemb.*1734. §. *Perperam*, juxtaque notata *cor. Eminentiſſimo Buſſio*, *in Ratisbonen. Jurisdictionis* 8. *Maii* 1756. §.3., confirm. *cor. Borrull.* 28. *Martii* 1757. §.4., nec non *cor. Cornelio* 26. *April.*1762. §.2.

Quod ſi fortaſſe contingat, ut Epiſcopus aliquam Eccleſiam
182 velut Parochialitatis privilegiis deſtitutam, minime viſitaverit, non poteſt exinde inferri, quod hæc Eccleſia ſuæ juriſdictioni haud quaquam ſubjaceat, quemadmodum monet *Rota deciſ.*746. *num.*8. *coram Lancetta*. Ex hac enim admiſſa illatione, ſtatim ſequeretur,
183 quod Eccleſia non Parochialis ab Epiſcopo non viſitata, illius juriſdictioni non ſubjaceret, quod eſſet abſurdum, ac proinde omnino vitandum, ad *Textum in Leg. Sive hæreditaria* 22. *in fine de negot. geſt.*, *Leg. Ait Prætor* 7. §. *Quid ſit de jure delib.*, *L. Filius fam.* §.14, *ff. de Leg.*1., *Rot. cor. Emo Caprara in Romana petitionis hæreditatis* 6. *Jun.*1755. §.11.

Secundo actus, atque decreta viſitationis Epiſcopi plenam ſibi
184 promerentur, atque conſtituunt fidem, *Rota cor. Bichio dec.*463. *n.*4. *& ſeq.*, *cor. Canilliac. in Olaritana juris intereſſandi* 10. *Aprilis*

lii 1759. §.*Ad hæc*, *cor. Cortada in Cracovien. decimarum ſuper bono jure* 27. *April.*1757. §.13., maximæque ſunt auctoritatis, ut docet Rotale Auditorium *cor. Em̃o Buſſio in Civitatis Caſtelli Vicariæ* 26.*Jun.*1747. §.*Fortius*. Atque in materia præſertim Beneficiali, ſi Epiſcopus in ſeriis, ac proportionatis ſuarum viſitationum Paſtoralium actibus ingenue pandat confeſſiones, atque declarationes circa Beneficiorum proprietates, qualitateſque, habent hæ 185
confeſſiones, ac declarationes maximam vim, & efficaciam, valdeque illis eſt deferendum, docente *Rota cor. Borrull. in Sedunen. Parochialis ſuper Jurepatronatus* 10. *Januarii* 1757. §.5. *in fine*. Qua in re videri poſſent, quæ ſupra diximus præſertim *in* 1.*parte tit.*7.*de Collegial. Eccleſiar. a n.*147.

Nulli enim melius, quam Epiſcopo prærogativæ, qualitateſque Eccleſiarum, Dignitatum, ac Beneficiorum propriæ diœceſis præſumuntur, ac eſſe debent perſpectæ, & notæ, juxta ob- 186
ſervationem Rotalem *in Tranen. proceſſionum* 28. *Febr.*1752. §.13., & 19.*Jun. d. anni* §.4. *cor. Canilliac.*, & *in Firmana Cappellaniæ* 15.*Martii* 1754. §.10. *cor. Borrull.*, & *in Montis alti celebrationis feſtorum* 6. *Decemb.*1765. §.17. *cor. Zelada*.

Si viſitatio non ab Epiſcopo, ſed ab ejus Vicario generali, aliove in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto facta perhibeatur, tunc quidquid in Paſtorali viſitatione fit, ac deſcribitur ab hujuſmodi Delegato ſpecialiter cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis, maximam habet, eamdemque auctoritatem, perinde 187
atque ſi ab eodem Epiſcopo expleta fuerit dicta viſitatio, quemadmodum Rotale Auditorium declaravit *in Cracovien. decimarum quoad menſam Epiſcopalem*, *ſeu Parochum Zborovecen.*25.*Jan.*1756. §.7. *cor. Em̃o Caprara*, confirmata 22.*Jan.*1759. §.6. *cor. Em̃o Elephantutio*.

Verum, ut viſitationis Epiſcopalis actus in judicium ſint allegabiles, ejuſdem Epiſcopi ſubſcriptionem requirunt, ut docet 188
*Card. de Luca de Judic. diſc.*29. *n.*24., atque Rotale Tribunal *deciſ.*1369. *n.*99. *cor. Coccino*, & in *Caputaquen. præeminentiarum* 25. *Jun.*1756. §.16. *cor. Stadion*. Nec ſuæ viſitationis decreta juri alteri quæſito præjudicium inferre poſſunt, quotieſcumque abſque tela, ut ajunt judiciaria fuerint edita, monentibus *Pace Jordan.* 189
*tom.*2. *lib.*8. *tit.*1. *n.*67., *Criſpin. in tractatu viſit. Paſtoral. part.*1. §.17. *n.*37., ac Rota *in d. Caputaquen.* §.16. *in fine*. Et ſic decretum ab Epiſcopo latum viſitationis tempore abſque alterius Partis citatione, nullitatis vitio erit infectum, ut ait Rota *in Turraconen. manutentionis* 5.*Jul.*1762. §.5. *coram Ratta*, atque conſequen- 190
ter per hujuſmodi decretum nullitatis vitio infectum, tueri non poterit alterius poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio: cum tale decretum

191 nullam præbere valeat manutenibilem poſſeſſionem, ex doctrina *Poſth. de manut. obſerv.17. n.55.*, & Rotæ *in Piſauren. Vallatorum ſuper manutentione 27.Martii 1716. §.Nec cor.Gamaches*, & in ſpecie *in d. Tarraconen. manutentionis* §.4. & 5.

Verum enim vero, quamquam Ordinarius, ſeu Epiſcopus neminem citare teneatur in iis, quæ morum correctionem, & ſpiritualem animarum ſalutem ſimpliciter reſpiciunt; nihilotamen
192 ſecius, quotieſcumque agitur de jure, & poſſeſſione tertii lædenda, deque pœna infligenda, tenetur ſervata juris forma procedere, ut ratiocinatur Rotale Auditorium *in cit. Tarraconen. manutentionis* §.5. In quo concordat Sacra Congregatio Concilii *in Panen. executionis decretorum Sacræ viſitationis 22. Novembris 1760. §.Verum*, confirm. 8.*Febr.*1761., & 30.*Maii d.anni*, prout legere eſt *in theſauro reſolutionum pag.*38. & 105. Quod ſi læſa Pars conſenſerit, tunc valere, ſeu reviviſcere poterit dictum Decretum
193 ab Epiſcopo latum, ex notatis *in d. Tarraconen.* §.6. *in principio*.

Ceſſat autem, ex animadverſis a *Rota in cit.* §.6., quælibet præſtiti conſenſus præſumptio, conjectura, & allegatio, ex quo
194 læſa Pars extrajudiciales querelas illico poſt editum Decretum ad Ordinarium promoverit. Idque pari modo eſt intelligendum, ſi lis, dicta Parte in irritum cedente, fuerit conteſtata, & acerrime
195 per eam proſecuta: cum id ſatis valido ſit argumento, quod læſa Pars ſuam, quam alter turbare pertentaverat, poſſeſſionem conſtanti ſemper animo retinuerit, dum ad illam protuendam neceſſarium facti, juriſque remedium adhibuerit, ut obſervat Rota *in cit. Tarraconen.17.Martii* 1761. §.5. *coram Herreros*, confirmata 5.*Jul. d. anni* §.6. *coram Ratta*.

Quare, ſi Epiſcopus in actu viſitationis aliquem male adminiſtrantem invenerit, non ſolum poteſt eum corrigere, verum etiam, quando id expedire judicaverit, officio proprio privare.
196 Hæc autem privatio, ut ſuo non careat debito effectu, fieri debet prævia citatione, per adducta a *Card. de Luca diſt.5. ſub n.5. verſ. Verum in annot. ad Trid. Concil.*, *Panimolll. dec.*10, *n.*17., & *ſeqq.*, *Thomat. concluſ.*179. *n.*1., *Rota coram Molin. dec.*284. *n.*5. Etenim quemadmodum ſupra diximus, quamvis Epiſcopus in morum correctione, & extrajudicialibus proviſionibus de plano, ut ajunt, ac ſummarie valeat procedere, id tamen non militat in formali privatione; ubi more Judicis, & in forma Judicii eſt
197 procedendum, ubi neceſſaria præcedere debet citatio, circa quod Sacrorum Canonum diſpoſitio minime apparet innovata, ut *Rota loco citato* proſequitur, & ratiocinatur, juxtaque notata in folio Sacræ Congregationis Concilii Tridentini *in Dertbonen. viſitationis*

Digitized by Google

nis 12. *Jun.* 1768. §. *Quoad alterum*, ac alibi, *Tom.* 29. *theſ. reſolut. pag.* 4.

Tertio, ſi contra inobedientes, & contumaces, ſuæque juriſdictionis liberum exercitium *de facto* impedientes, vel aliam ob cauſam, cenſuras Epiſcopus inflixerit, iſtæ cenſuræ excommunicationis, ſuſpenſionis, ac interdicti, non poſſunt ab ipſo, vel ejus legitimo Delegato fulminari tantum oretenus, & verbaliter, ſed omnino requiritur, ut in ſcriptis, atque formaliter redigatur quidquid ipſe decreverit, quemadmodum Sacra Congregatio Immunitatis declaravit *coram Mareſuſco in Parmen.* 28. *Auguſt.* 1708. §. *Oppoſuerat*: Ita ut Parochus ex: gr., vel alius quicumque ab Ordinario oretenus, & verbaliter interdictus, & ab officio ſuſpenſus, donec non conſtiterit, an ſit incurſus in cenſuras irregularis minime efficiatur, tametſi non pareat, juxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Tudertina Cenſurarum*, *& Irregularitatis* 19. *Auguſti* 1752. *ad* 2. *dubium*, ut *in theſauro reſolut. pag.* 86. Quod ſi cenſuræ latæ fuerint ſine prævia monitione, interpellatione, atque citatione ad dicendam cauſam: *Quare non debeat declarari excommunicatus*, *ſuſpenſus*, *interdictus*, erunt omnino nullæ, & irritæ, eo quod ſine illa minime valeant relaxari, ex ſupra demonſtratis, & ex reſolutione Sacræ Congregationis Concilii *in Albiganen. Proceſſionis*, *& Nullitatis interdicti* 11. *Jul.* 1750. *ad* 2. *dubium*, *theſ. reſol. pag.* 50. *& ſeqq.*

198
199
200

Conſulto, dataque opera adjecimus illa verba = *de facto impedientes* =. Etenim, ut cenſuræ ab Epiſcopo viſitatore inflictæ ſortiri valeant effectum ſuum, non requiritur ſuæ juriſdictionis exercitii perturbatio *de jure* facta, ideſt juſto ex fundamento, juſtaque de cauſa, ſed neceſſaria eſt illa, quæ *de facto* dicitur, ideſt, quæ juſto fundamento, juſta, ac debita cauſa deſtituitur, ex Rotali doctrina *in Barchinonen. juriſdictionis ſuper attentatis* 23. *Martii* 1757. §. 1, *coram Eminentiſs. Buſſio*. Qua in re videri poſſunt, quæ ſupra diximus a *n.* 164. 201

Quinto, & ultimo, ſi Epiſcopus ſuæ viſitationis tempore aliquid decreverit, præſertim ad morum emendationem, ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtaurationem, vel obſervantiam, ad Divini cultus augumentum, aliaque ſimilia pertinens, atque ab hujuſmodi decretis facta fuerit appellatio, hæc minime poterit illa vel impedire, vel ſuſpendere; propterea quia hiſce in caſibus Appellatio tantum devolutiva, non vero ſuſpenſiva admittitur, juxta doctrinam, & mentem Tridentinorum Patrum in *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 10. 202

Sic enim legitur *in præd. cap.* 10. = *Epiſcopi*, *ut aptius quem regunt populum*, *poſſint in officio*, *atque obedientia continere in omni-*

 bus

bus iis, quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, jus, & poteſtatem habeant, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, juxta Canonum ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum ſuorum emendatione, ac diœceſis ſuæ utilitate neceſſaria videbuntur. Nec in iis, ubi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut nulla inbibitio, appellatio, ſeu querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, executionem eorum, quæ ab bis mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoque modo impediat, aut ſuſpendat.

Hac in re uno ore conveniunt Doctores, ac præſertim *Anton. Dadin. in ſuo opere = Eccleſiaſticæ juriſdictionis vindiciæ &c. cap.18. in fine, Scacc. de appellat. qu.17. limit.26. n.1., Barb. ad Concil. Tridentin. d. cap.10. n.2., & ſeſſ.23. cap.1. de reform. n.5., Card. de Luca de Regul. diſc.22. n.2., & in miſcell. diſc.1. n.73., ac in annot. ad Concil. Trid. diſc.5. n.5.* Iſtudque ad propoſitum videri poſſunt ea, quæ habentur in folio S. Congregationis Concilii Tridentini negotiis propoſitæ in *Nullius S. Mariæ in Lamis Parochialis* 14.*Decemb.*1743. §.*Nec mutare, theſaur. reſolut. pag.*219.

Hæc ſatis ſuperque dicta ſint circa viſitationem Eccleſiarum præſertim Parochialium: reliquum adhuc eſſet, ut a nobis ageretur de illa Procuratione, quæ juxta ſacrorum Canonum, atque Conciliorum diſpoſitionem Epiſcopo, aliive viſitatori debetur: hac tamen de re copioſe pertractabimus eo in loco, ubi Parochorum, cæterorumque Beneficiatorum onera expendemus. Interea, dum huic Titulo, atque Tractatui finem ponimus, cum D.*Bonaventura in fin. lib.2.ſent.* hiſce verbis concludamus; *Si quis aliquid in boc opere invenerit approbatione dignum, aget gratias Deo largitori bonorum; in aliis vero locis ſi invenerit vel falſum, vel dubium, vel obſcurum, ſcribentis inſufficientiæ benigne indulgeat, qui abſque dubio (teſte conſcientia) vera, aperta, & communia dicere concupivit.*

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

APPEN-

APPENDIX
AD PRIMAM PARTEM
TRACTATUS
DE RE PAROCHIALI.

AD TITULUM VI.
De Matricitate Parochialium Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

1 *Impropria Matricitas Eccleſiarum nedum utilis, ſed etiam neceſſaria.*

2 *Impropria Matricitas de jure ſoli Cathedrali ineſſe dicitur, tamquam Parochiæ, & Eccleſiæ Epiſcopi.*

3 *Ex identitate rationis ineſſe quoque dicitur Eccleſiæ Collegiatæ, ubi Cathedralis, & Parochiali Eccleſiæ, ubi Collegiata deſideratur.*

Publicæ, & ſolemnes proceſſiones indicantur a ſola Matrice, juxta Rituale Rom. perficiendæ. Ibidem.

5 *In re dubia ſemper eſt reſpondendum pro libertate Eccleſiarum præſertim Parochialium.*

6 *Exercitium nonnullorum actuum Parochialium impropriam Matricitatem indicare poteſt, non vero propriam, & rigoroſam.*

Nudum, ac ſimplex jus Parochiale longe diſtat a dominio. Ibid.

7 *Capitulum Lateranenſe, cujus Baſilica fruitur impropria Matricitate in reliquas Eccleſias Urbis, & Orbis, excipere nequit Sum. Pontificem in acceſſu* ad ſcalas ſanctas.

Hujuſmodi jus privative ſpectat ad Præpoſitum, & Collegium Sixtinum. Ibid.

8 *In odioſa, ac præjudiciali materia ab uno actu ad reliquas actuum ſpecies, ab una ſervitute ad reliquas omnes ſervitutes, ad dominium, & omnimodam juriſdictionem non eſt admittenda illatio.*

9 *Quando nova Parochialis Eccleſia ex redditibus antiquæ erigitur, abſque totali diſmembratione, Eccleſia antiqua eſt vera Matrix Eccleſiæ ſic noviter erectæ.*

10 *Argumentum deſumptum a ſolo jure nominandi Rectorem, ineſſi-*

efficax eſt ad demonſtrandam veram Matricitatem Eccleſiæ.
Id enim competere poteſt antiquæ Eccleſiæ, ex cujus redditibus nova fuit erecta. Ibid.

11 *Ut conſtet de vera Matricitate manifeſte conſtare debet, ita unionem factam fuiſſe, ut una ſuperior, & principalis evaſerit, altera vero ſubjectiva, & acceſſoria.*

12 *In dubio, utrum unio æque principalis ſit, vel ſubjectiva, pro libertate Eccleſiæ, & Matricitatis excluſione reſpondendum.*

13 *Rotalis deciſio affertur, in* Tarraconen. Matricitatis 23. Jun. 1766. cor. Zelada *pro unione æque principali, atque Matricitatis excluſione.* Et ſub n. 14. *ubi ratio aſſignatur.*

14 *Quod a propoſita quæſtione alienum eſt, a Rotali Auditorio definiri non ſolet.*

15 *Quæ ſub mera hypotheſi a Rotali Auditorio adducantur, ob id dici nequeunt in concreto caſu definita.*
Eccleſia filialis non tenetur contribuere pro reædificatione, vel reſtauratione Eccleſiæ Matricis, cujus commodo non fruitur. Ibid.

16 *Obſervantia valde juvat ad indicandam qualitatem Eccleſiæ, atque controverſam Matricitatem.* Et ſub n. 23.

17 *In Beneficialibus antiqua obſervantia vices fundationis gerit, illiuſque locum tenet.*

18 *Quando Eccleſia matrix alteri fuit unita, tunc Eccleſia filialis diſtincta, ac ſeparata, retinet ſtatum collativum, ſalva dependentia quoad jura Matrici competentia.*

19 *Rotalis deciſio adducitur in* Colonien. Vicariæ 9. Jun. 1766. cor. Pergen. *pro unione ſubjectiva, & excluſione Juriſpatronatus: & datur ratio.*

20 *Quando Eccleſia matrix unitur Monaſterio, vel alii loco pio,* cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, *unita quoque, & incorporata intelligitur Eccleſia filialis, & acceſſoria.*

21 *Probata unione ſubjectiva ceſſat quæcumque prætenſio tituli collativi.*

22 *In judicio executionis litterarum Apoſtolicarum, & ſimplicis manutentionis, ultimus, vel penultimus ſtatus attenditur.*
In judicio, & examine petitorii titulus requiritur. Ibid.

23 *Unicus actus etiam ſine exceptione, inducere nequit obſervantiam tituli productivam, contra illum præſertim, qui pro ſe habet centenariam, vel bis centenariam annorum, quæ initium deſumat a tempore, ac re, de qua diſputatur.*

24 *Vera Matricitas probatur ex inſtrumentis poſſeſſionis, & ex enunciativis ab antiquiſſimo non ſuſpecto Codice extractis,*

25 *Probatur ex ſeriis confeſſionibus*

bus Ordinariorum occaſione viſitationis, vel inſtitutionis datæ Presbyteris per obitum, vel ad nutum nominatis.

26 *Cum ad Ordinarios ſpectet vindicare libertatem Eccleſiæ, nulla melior ſubjectionis probatio dari poteſt, quam, quæ ab eorum confeſſionibus reſultat.*

27 *Nemo præſumitur magis inſtructus, quam Ordinarius de ſtatu, & qualitate Eccleſiarum propriæ diœceſis.*

28 *Advenæ, & forenſes non habentes fixum domicilium, tenentur a Cathedrali, vel Collegiata, vel Parochiali Matrice ſuſcipere Sacramenta præſertim Paſchalia: ibique ſepeliri, ſi ſine ſepulturæ electione deceſſerint.*

Id tamen impropriam tantum Matricitatem per ſe poteſt indicare: & ratio aſſignatur. Ibidem.

29 *Vera, & rigoroſa Matricitas probatur, ſi incolæ, & ſubditi recentis Parochiæ adhuc a Parocho antiquo Sacramenta præſertim Paſchalia recipiant.*

Sacramenta præſertim Paſchalia a ſolo, veroque Parocho debent miniſtrari. Ibid.

30 *Pœna contra non adimplentes Præcepta Paſchalia.*

31 *Præceptum Paſchale SS. Communionis adimpleri debet in propria Parochiali Eccleſia, tamquam jus mere Parochiale.*

32 *Sæculares Præcepto Eccleſiaſtico non ſatisfaciunt per Communionem in Eccleſiis Regularium receptam.*

33 *Licentia Parochi variis in caſibus neceſſaria, ut quis Paſchali tempore in aliena Eccleſia confiteatur.*

34 *Parochi debent eſſe faciles in concedendis hujuſmodi facultatibus.*

35 *Sacerdotes ſæculares, vel regulares a Sum. Pontifice, vel ab Epiſcopo generatim, & ſine ulla reſtrictione approbati, audire poſſunt Confeſſiones etiam Paſchales ſine Parochi licentia.*

36 *Sacerdos Regularis a ſuo dumtaxat Superiore approbatus audire poteſt Confeſſiones aliorum ſuorum Religioſorum, & ſæcularium continuo commenſalium.*

37 *Secus vero illas aliarum perſonarum.*

38 *Sacerdos Sæcularis, vel Regularis ab Epiſcopo non approbatus, audire, & abſolvere nequit a peccatis etiam venialibus tantum.*

39 *Sacerdotes Sæculares, vel Regulares quamvis ab Epiſcopo generatim approbati ad audiendas Confeſſiones, illas Monialium ſine ſpeciali approbatione audire nequeunt.*

Matri-

MAtricitatem Eccleſiarum, ſi de impropria loquamur, nedum utilem eſſe, ſed omnino neceſſariam, ſatis
1 commode cognoſci poteſt ex iis, quæ abunde attulimus *in* 1. *parte hujus Tractat. de Re Parochiali tit.*6. *de maricit. Parochial. Eccleſiar.* Iſta impropria Matricitas de ſui natura, ſoli Cathedrali Eccleſiæ ineſſe dicitur: tamquam Pa-
2 rochiæ, & Eccleſiæ Epiſcopi: juxta auctoritates allatas in *cit.* 1. *parte tit.*6. *n.*5., quibus addi poteſt, quod notatur in folio S.Cong. Concil. in *Faventina Præeminentiarum*, *& Funer.* 2. *April.*1761. §.*Parochi*, & a Rotali Auditorio in *Barchinonen. Parochialium ſuper Quartas*, *& Oblationes* 9. *Jun.*1732. *coram Card. Aldrovando*, confirm. 2.*Decemb.*1735. *coram Clemente XIII.* tunc *Carolo Rezzonico* inter ejus impreſſ. *deciſ.*240.

Ex identitate autem rationis ineſſe quoque dicitur Eccleſiæ Collegiatæ, ubi Cathedralis, & Parochiali Eccleſiæ, ubi Colle-
3 giata deſideratur; argumento dicto, ut reliqua omittamus, ex iis, quæ a Rituali Romano præſcribuntur circa publicas, atque ſolemnes Proceſſiones indicendas, perficiendaſque in feſto v. g. SS̃mi Corporis Chriſti, occaſione Rogationum, aliave ſimili; de quibus *Nicol. elucubr. canon. tom.*2. *lib.*13. *tit.*41. *ſub n.*24. *verbo* Proceſſio, *Card. de Luca de Paroch. diſc.*37. *n.*14., Synod. Tuſcul. an. 1763. *par.*3. *art.*4. *cap.*9. *n.*4., S. Cong. Concil. *in Aſculana Proceſſionum* 13.*Febr.*1753. §.*Aſculana*, & *ad dubium*, atque Rota in *Caputaquen. præeminent.* 25.*Jun.*1756. §.24. *cor. Stadion.*, & *in Mileten. Proceſſionis* 14.*Febr.*1759. *ac* 22.*Jun. d. anni cor. Herreros*.

Si vero agatur de propria, & rigoroſa Matricitate, quæ ſubjectionem, ſervitutem, & totalem dependentiam alterius Eccleſiæ importat, in dubio numquam præſumitur, ſed eſt probanda argu-
4 mentis undique concludentibus, *d. tit.*6. *n.*37. *& ſeq.*, atque Rota *in Tarraconen. Matricitatis* 23.*Jun.*1766. §.3., & paſſim *cor. Zelada*. Ea enim eſt Eccleſiarum præſertim Parochialium indoles, atque
5 natura, ut in re dubia pro illarum ingenita, atque juridicâ libertate reſpondeatur: *d. tit.*6. *n.*38., atque Rota in *Colonien. Vicariæ* 9.*Jun.*1766. §.3. *cor. Zelada*, ubi hæc notantur: *Quum in quovis dubio pro libertate Eccleſiæ ſit reſpondendum*: & in *Leodien. Parochialis de Peer* 15.*Jan.*1770. §.4. *cor. Cornelio*, ibi = *Id enim, vel in primis ſuadebat juris præſumptio militans favore libertatis Beneficii, ejuſque ſtatus collativi* =.

Quin refragetur, quod Eccleſia, de qua agitur, nonnullos actus Parochiales exercuerit: id enim indicare tantum poterit impropriam, non vero propriam, & rigoroſam Matricitatem,
6 verumque dominium, ex notatis a *Monacello in ſuo formul.*18. *n.*4. *tit.*10. *tom.*1., *Urſaya diſcept.*23. *n.*39. *&* 40. *tom.*3. *part.*1.,

atque

Digitized by Google

atque Rota in *Romana jurium honorificorum ſuper bono jure* 13. *Martii* 1765. §.7. *cor. Herreros*, ubi in caſu, de quo agebatur, ita loquuntur ſapientiſſimi Patres; *Capitulo igitur non aliud competebat, quam nudum, ac ſimplex jus Parochiale, quod a dominio longiſſime diſtat*: Capitulum enim Lateranenſe, cujus Baſilica fruitur impropria Matricitate in reliquas Eccleſias Romanæ Urbis, & Orbis Catholici: quemadmodum abunde oſtendimus *in cit. tit.6.*, contendebat ſibi competere jus excipiendi Summum Pontificem in acceſſu *ad Scalas ſanctas*; ſed deciſum fuit, tale jus proprium eſſe 7
dumtaxat Præpoſiti, & Collegii Sixtini, proindeque Rmum Capitulum Lateranenſe ab hujuſmodi actu juriſdictionali eſſe arcendum. Equidem in odioſa, ac præjudiciali materia ab uno actu ad reliquas omnes actuum ſpecies, & ab una ſervitute ad univerſas ſervitutes, ad dominium, ac omnimodam juriſdictionem non eſt 8
ferenda illatio: ex Rota *d. Romana jurium honorificorum* §.3., atque in *d. Leodien. Parochialis* §.4. ubi præter verba ſuperius indicata, notanda ſunt iſta = *Nec diverſum evincebant Epiſcoporum viſitationes de hujuſmodi controverſia Parochiali expletæ, in quibus unice mentio habetur de Jurepatronatus* =.

Fingamus igitur novam Parochialem Eccleſiam rite, recteque ab Ordinario fuiſſe inſtitutam ex redditibus antiquæ Parochiæ: hoc in caſu, quotieſcumque non appareat de totali diſmembratione, nullum eſt dubium, quin Eccleſia antiqua ſit vera Matrix alterius ſic noviter erectæ. *ad textum in cap. Ad audientiam de Eccleſ. ædific.*, Concil. Trid. *ſeſſ.21. de reform. cap.4.* in quo ita legitur = 9
Epiſcopi, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, in omnibus Eccleſiis Parochialibus, vel Baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiunt ad Sacramenta exhibenda, & cultum Divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem, Parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & Divina officia audienda accedere non poſſunt, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Conſtitutionis Alexandri III. quæ incipit; Ad audientiam *conſtituere poſſint. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Eccleſiis noviter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad Eccleſiam Matricem quomodocumque pertinentibus; & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam &c.*

Concordat Rotale Auditorium in *dec.7. n.7. & ſeqq. part.18. recent.*, *in Nullius Putiniani praeminentiarum* 23. *Jan.*1736. §.18.

cor.Card. Calcagnino, & in *d.Tarraconen.Matricitatis* 23.*Jun.*1766. §.2. *cor. Zelada*, ubi hæc habentur = *Et ſane non in ea hic verſamur hypotheſi, in qua ex duabus Eccleſiis altera antiquior ſit, altera vero recentior erecta ex illius redditibus, quo in caſu dubium non eſt, quin Eccleſia antiqua Mater habeatur, & ſit nova* = Hac in re videantur, quæ attulimus in *ſupracit. tit.*6. *a n.*41., ubi demonſtravimus, quod argumentum deſumptum a ſolo jure nominandi Rectorem novæ Eccleſiæ, inefficax eſt ad comprobandam veram, &
10 rigoroſam Matricitatem: propterea quia hujuſmodi jus competere poteſt antiquæ Eccleſiæ Parochiali, ex cujus redditibus nova fuit erecta: ad Rotam in *Leodien. Parochialis de Peer* 15.*Jun.*1770. §.4. *cor. Cornelio*, & 11.*Jan.*1771. §.11. *cor. Riccio*.

Si nova Parochialis Eccleſia ſuis cum redditibus erecta fuerit, alterique Eccleſiæ unita; ad hoc ut Eccleſia, de qua agitur, alterius ſic erectæ vera Matrix judicari valeat, manifeſte debet con-
11 ſtare, ita unionem factam fuiſſe, ut ipſa ſuperior evaſerit, & principalis, altera vero inferior, & acceſſoria; juxta *Carpzov. Juriſp. Conciſt. lib.*1.*tit.*11.*defin.*186. *n.*1., *Anton. Fab. de Relig. regen. lib.*3. *cap.*27.*n.*25., *Slevoyt. ad union.Eccl.*, & *Beneſ. ſect.*3. *cap.*1. *n.*8., *Hert. de Eccleſ. filial.* §.2., Rotale Auditorium *d.Tarraconen. Matricitatis* 23.*Jun.*1766. §.3. *cor. Zelada*. Ita tamen ut, ſi ex quocumque capite dubium videatur, utrum unio ſubjective, vel æque principaliter facta fuerit, hujuſmodi ambiguitas ſatis ſit,
12 ut pro libertate Eccleſiæ, & per conſequens pro Matricitatis excluſione reſpondeatur, ex Rota *dec.*137. *n.*4. *cor. Creſcentio*, *in Comen. Funerum* 17. *April.*1752. §.13. *cor. Card. Matthæjo*, & *d. Tarraconen.* §.3.

In cauſa autem, de qua controvertebatur, in *d. Tarraconen.* nulla erat dubitatio, quin unio æque principaliter facta fuerit, ac reſpective prætenſa Matricitas excludenda foret, quemadmodum
13 a ſapientiſſimo Auditorio fuit excluſa. Cujus rei gratia ſciendum eſt, quod de Eccleſia Parochiali Oppidi *Maſricart*, cui altera Oppidi *della Canonia* unita fuerat, jam ante dubitari contigerat, num Matrix eſſet iſtius judicanda. Argumenta in utramque partem retulit Deciſio Rotalis *in Tarraconen. reædificationis*, & *reſtaurationis Eccleſiarum* 19. *Jun.*1761. *cor. Zelada*, quæ a nobis indicatur *in* 1. *parte hujus Tractat. de Re Parochiali tit. ult. ſeu* 13. Nihil tamen ibi deinde fuit conſtitutum. Sacrum enim Tribunal moribus utens, & inſtitutis Majorum, merito ab hujuſmodi definitione abſtinendum cenſuit; propterea quia hæc nihil proderat ad
14 eam, quæ tunc habebatur, decidendam quæſtionem: num Incolæ Villæ *della Canonia* quidquam contribuere tenerentur in reædificatione Eccleſiæ Oppidi *Maſricart*. Quoniam vero Maſricartenſes

ſes ſibi expedire putarunt, ut quid hac in re juris eſſet, ſtatueretur; ſic die 23. *Jun.* 1766. referente R. P. D. Zelada, deciſum fuit: *Non conſtare de Matricitate Eccleſiæ d. Oppidi de Maſricart*; quemadmodum videri melius poteſt in *d. Tarraconen. Matricitatis in principio*.

Eccleſia enim *della Canonia* æque antiqua erat, ac altera Oppidi *del Maſricart*: neque fundata fuit ex iſtius redditibus: Quandoquidem cönſtat Eccleſiam illam membrum olim fuiſſe Parochiæ Cathedralis Eccleſiæ. Ob locorum autem diſtantiam, viarumque diſcrimina fuit a Cardinali Cervantes Archiepiſcopo anno 1573. diſmembrata tempore Paſtoralis viſitationis, certiſque aſſignatis redditibus pro Vicarii perpetui ſuſtentatione, erecta fuit in Vicariam perpetuam, eodemque die unita Eccleſiæ Oppidi *Maſricart*; ea tamen lege, ut geminæ illæ Eccleſiæ haberentur *pro una Eccleſia curata, & Parochia*; ab uno regenda, & gubernanda Rectore ad inſtar aliarum Eccleſiarum *ad invicem unitarum*: ſicuti videre melius poteritis in *d. Tarraconen. reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum* 19. *Jun.* 1761. *in princ. cor. Zelada*, & in *d. Tarraconen. Matricitatis* 23. *Jun.* 1766. *cor. eodem*. Ex quibus omnibus liquet, nil mirum, ſi prætenſa Matricitas fuit in hac poſtrema deciſione Rotali omnino denegata.

Nec turbant, quæ leguntur in *d. Tarraconen. reædificationis* §. 15. Ibi enim non definitur, Eccleſiam, de qua agitur, eſſe Matricem, & Principalem alterius, ſed id tantum aſſeritur in hypotheſi: quod in cauſa eſt, cur nullum in concreto caſu, de
quo diſputatur, deſumi valeat concludens argumentum. Sunt 15
enim clara verba illa, quæ leguntur *in cit.* §. 15. hoc modo = *Nam ubi etiam concedatur, Eccleſiam Villæ della Canonia fuiſſe ſubjective unitam, ac eſſe filialem, non ob id tamen homines ejuſdem contribuere tenerentur in ſumptus conſtructionis Eccleſiæ in Oppido del Maſricart reædificatæ, quæ per hypotheſim figuratur Principalis, & Matrix*.

Si dubitatio aliqua remaneat, utrum Eccleſia, de qua agitur, vera fruatur, nec ne prærogativa Matricitatis, plurimum
juvat confugere ad obſervantiam, juxta Rotalem obſervationem 16
in *d. Tarraconen. Matricitatis* 23. *Jun.* 1766. §. 12. ibi = *Cæterum ſcrupulum omnem, ſi qui ſupereſſet, prorſus adimit obſervantia* = & §. 15. ubi hæc notantur = *Nam quæ his omnibus accedit perpetua obſervantia, ſatis foret ad rem declarandam; quum ab ea interpretatione recedendum non ſit, quam obſervantia ſuggerit, etiamſi contrarius intellectus de jure verior videretur* = atque in *Colonien. Vicariæ* 9. *Jun.* 1766. §. 11. & 14. *cor. Pergen.* Quæ ſane antiqua obſer-
vantia dubiæ vices fundationis ſupplet, illiuſque locum tenet; 17

 quem-

quemadmodum in aliã ſpecie obſervatur in folio S. Cong. Concil. *in Sabinen. participationis* 28. *April.* 1770. §. *Addit pag.* 104. ibi = *Nefas vero eſſe ab hac inveterata obſervantia recedere, quæ vices fundationis ſupplet, illiuſque locum tenet* : Concordant, quæ nos attulimus circa impropriam Matricitatem *in ſupra cit. tit.* 6. *a num.* 64.

Nunc fingamus Parochialem Matricem fuiſſe alteri unitam; quæri a nonnullis poſſet, quid circa filialem ſit judicandum. Si Eccleſia filialis diverſa ſit, ac ſeparata, & in titulum collativa,
18 tunc ſalva dependentia quoad jura Matrici competentia, remanet, ut prius, in ſtatu collativo: Rota in *Colonien. Parochialis* 29. *April.* 1729. §. *Potiſſimum*, & 27. *Jun.* 1731. §. *Quæ quidem coram Card. Cincio*. Sed notandum, quod in citatis deciſionibus non agebatur de Matricitate, atque unione Parochiarum, ſed de executione litterarum Apoſtolicarum, atque manutentione, favore nempe cujuſdam Johannis Bertrami Beii Presbyteri ſæcularis, qui fuerat præſentatus a Barone, & Scabinis Oppidi Balckauſen. ad Parochialem Eccleſiam S. Rocchi ejuſdem Oppidi, quique obtinuerat litteras Apoſtolicas pro præſentato cum derogatione medietatis vocum, poſthabito interim Villhelmo Husbau Monacho Ciſtercienſi jam nominato per priorem S. Mariæ in Bottembroick; Rota *d. Colonien. Vicariæ* 9. *Jun.* 1766. *in princ.* & §. 5. *cor. Pergen.*

Quoniam vero in præfatis deciſionibus præſervatum fuit petitorium, idcirco d. Monaſterium S. Mariæ poſt tantum temporis lapſum, illud voluit experiri contra dd. Baronem, & Scabinos de jure nominandi, ſeu præſentandi contendentes: Unde ſub *die* 9. *Junii d. anni* 1766. a R.P.D. Pergen. propoſito dubio = *An conſtet de unione Eccleſiæ Curatæ loci de Balckauſen. favore Monaſterii in Bottembroich, ſeu potius favore cujus, & quomodo conſtet de Ju-*
19 *repatronatus ejuſdem Eccleſiæ in caſu &c.* reſponſum retulit = *Affirmative ad* 1. *partem, & negative ad ſecundam* =.

Leo enim X. ab anno 1517. *perpetuo univit, adnexit, incorporavit* eidem Monaſterio S. Mariæ in Bottembroich Eccleſiam matricem S. Martini in Kirdorff *cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis*, & cum facultate apprendendi etiam auctoritate propria poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ, *jurium, & pertinentium*, nec non exercendi *curam animarum* ſive per ſe, ſive per alium Presbyterum ſive Regularem, ſive Sæcularem *ad nutum Prioris, & Monachorum ponendum, amovendum* : quemadmodum legitur in *d. Colonien. Vicariæ* §. 3.

Unde qemadmodum Eccleſia Parochialis S. Rocchi Oppidi de Balckauſen tempore Bullæ Leonis X. jam erat, quemadmodum

Digitized by Google

dum nunc, de annexis *juribus*, *& pertinentiis* Eccleſiæ matricis
S. Martini in Kirdorff, per hujuſmodi unionem, annexionem,
incorporationem Monaſterio factam *cum omnibus juribus*, *& per-
tinentiis ſuis*, & cum litterali facultate exercendi curam anima-
rum ut ſupra; altera quoque filialis, & annexa S. Rocchi, unita
pariter, & incorporata remanſit ipſi Monaſterio, cum præd. fa-
cultate exercendi animarum curam, ad regulam, de qua textus 20
in cap. Acceſſorium de regul. jur. in 6., Rotale Auditorium *d. Co-
lonien. Vicariæ* §.4.

Hinc probata vera Matricitate unitæ Eccleſiæ S. Martini in
Kirdorff. in alteram S. Rocchi Oppidi de Balckauſen, probatur
quoque ſublatus prætenſus titulus collativus, de quo *d. Colonien.* 21
Parochialis 29 *April.*1729. §.*Potiſſimum*: *&* 27. *Jun.*1731. §.*Quæ
quidem cor. Card. Cincio*, relat. *in d. Colonien. Vicariæ* §.5. Con-
cordant, quæ habentur in eadem *Coloniem.* §.6. ubi ſic legitur = *At
nunc diverſa res eſt, quia ex juribus noviter conquiſitis non modo pro-
batur qualitas filialitatis Eccleſiæ S. Rocchi reſpectu alterius S. Mar-
tini in Kirdorff, ſed probatur quoque prima uſque a tempore emanatæ
Bullæ Leonis X. de annexis, & pertinentiis alterius* =.

Hac in re non inutile erit indicare, quantum diſcrepet judi-
cium circa ſolam executionem litterarum Apoſtolicarum, & ſim-
plicem manutentionem, a judicio, & examine petitorii; In pri-
mo enim caſu ultimus ſtatus attenditur, vel penultimus, ſi ille
dubius exiſtat, juxta *Piton. alleg.*100. *n.*294., ac Rotale Audito- 22
rium in *d. Colonien. Vicariæ* 9. *Jun.*1766. §.14. *cor. Pergen.*, & in
Leodien. Parochialis de Peer 3. *Jul.*1769. §.*Ultimus ſtatus* §.*Quem-
admodum coram Cornelio*, *&* 11. *Januar.*1771. §.1. *coram Riccio*,
ubi hæc notantur = *Praterea in excluſionem ejuſdem unionis validiſ-
ſime urgebat ſtatus proximæ vacationis, qui incidit in annum* 1751.
*quique potiſſimum attendi debet in hoc, in quo verſamur judicio exe-
cutionis litterarum Apoſtolicarum* = & in §.7. ibi = *Quando tamen ex
cauſa hujus enunciativæ aliquod adhuc dubium in hoc ultimo ſtatu
ſupereſſet, præſto erant præcedentes ejuſdem Beneficii collationes, quæ
probationem unionis excluſivam ad evidentiæ gradum producebant* =.

In altero autem caſu, in quo nempe agitur de petitorio,
titulus inſpici debet: juxta obſervationem Rotalem in *d. Colonien.
Vicariæ* §.14. Unde ex unico actu, quatenus etiam nullam pateretur
exceptionem, nil adduci poteſt ad inducendam obſervantiam ti-
tuli productivam, contra illum præſertim, qui habet per ſe ob-
ſervantiam centenariam, vel bis centenariam annorum, quæ ini-
tium deſumat a tempore, & re, de qua agitur. Rota d. §.14. 23
Quæ ſane obſervantia, ut alibi diximus, plurimum juvat ad de-
monſtrandam qualitatem Eccleſiæ, ejuſque matricitatem in al-
teram,

Digitized by Google

teram, de qua diſputatur, ad Rotam *d. Colonien.* §.11., *&* 14. *cor. Pergen.*

Vera Matricitas, reſpectu Eccleſiæ, de qua diſputatur, iſtiuſque connexio, dependentia, pertinentiaque erga alteram, probata remanet ex inſtrumentis poſſeſſionis captæ cum expreſſa
24 mentione matricitatis, & filialitatis, & ex enunciativis ab antiquiſſimo codice non ſuſpecto extractis, ſeu in libris v.g. Monaſterii tempore non ſuſpecto adnotatis, Rota *dec.232. n.2. cor. Herrera, in Zamoren. Parochialis de Canigo* 22. *Jun.*1735. §.*Invaliditas cor. Card. Calcagnino*, *& d. Colonien. Vicariæ* 9. *Jun.*1766. §.9. ibi = *Ex his autem verbis palam, & cum Notario geſtis immediate poſt litteras Leonis X., & ex enunciativis tempore non ſuſpecto annotatis in libris Monaſterii, dubitari nequit pleniſſimam reſultare probationem connexionis, & pertinentiæ unius Eccleſiæ erga alteram* =.

Prior enim d. Monaſterii S. Mariæ in Bottembroich ſtatim poſt unionem factam a Leone X. Eccleſiæ Matricis S. Martini in Kirdorff *cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis &c.* coram Notario poſſeſſionem cæpit utriuſque Eccleſiæ S. Martini in Kirdorff, & S. Rocchi in Balckauſen, cum expreſſa mentione poſſeſſionis captæ de Eccleſia S. Rocchi, tamquam filia alterius S. Martini: quodque *poſſeſſio tradebatur in caſu incorporationis Parochialis Eccleſiæ in Kirdorff, & illius filiæ in Balckauſen dicto Monaſterio auctoritate Apoſtolica factæ*: quemadmodum legitur in *cit. Colonien. Vicariæ* §.8.

Demum, ut reliqua omittamus, de quibus præſertim agemus *in Appendice ad tit.*11. *de triplici unione Parochiar.* ſatis concludenter probata remanet vera Matricitas Eccleſiæ in aliam, de qua controvertitur, ex confeſſionibus Ordinariorum ſive occaſione Viſitationis, ſive occaſione Inſtitutionis datæ Presbyteris
25 vel Sæcularibus, vel Regularibus per obitum, vel ad nutum nominatis: juxta Rotam *in d. Colonien. Vicariæ* §.10. Cum enim ad Ordinarios ſpectet jus vindicandi libertatem Eccleſiæ, nulla melior ſubjectionis probatio dari poteſt, quam quæ ab eorum reſul-
26 tat ſeriis, maturiſque confeſſionibus; ad firmata a Rota *dec.*128. *n.*8. *cor. Coccino*, *in Maceraten. Juriſpatronat. Eccleſiæ* 5. *Maii* 1755. §. *Certius cor. Canilliac*, & *d. Colonien* §.10. *cor. Pergen.* Propterea quia nemo Ordinariis præſumitur magis informatus de ſtatu,
27 & qualitate Eccleſiarum propriæ diœceſeos: quemadmodum de impropria Matricitate loquentes diximus *in* 1. *parte hujus Tract. d. tit.*6. *n.*55.

Hujuſmodi impropria Matricitas argui etiam poterit eo in caſu, quo ex.gr., advenæ, & forenſes ab Eccleſia, de qua controvertitur, Sacramenta præſertim Paſchalia recipiant. Advenæ enim, & fo-

& forenſes nullum habentes fixum domicilium, pro ſuſcipiendis præſertim Paſchalibus Sacramentis accedere debent ad Cathedralem Eccleſiam veluti cæteris digniorem, vel ad Collegiatam, ubi deeſt Cathedralis, vel ad Parochialem, ubi Collegiata deſideratur, ibique etiam ſepeliri quotieſcumque abſque electa ſepultura deceſſerint: quemadmodum oſtendimus in 1. *parte hujus Tract. de Re Paroch. d. tit.6. n.*87. 88. 89., atque alibi oſtendemus, Parochorum jura expendentes. Hæc autem per ſe ſola, in defectum aliorum documentorum, indicare nullatenus queunt veram, & rigoroſam matricitatem in reliquas Parochias: cum non repugnet, dari veras, ac proprias Parochias a Cathedrali, vel Collegiata, vel alia Parochiali omnino diſtinctas, atque independentes; exceptis dumtaxat juribus dignioritatis, præeminentiæ, ac prælationis, eidem in reliquas competentibus: ſicuti paſſim demonſtravimus *in cit. tit.6.* 28

E contrario, ſi ex. gr. non obſtante novæ Parochiæ erectione iſtius incolæ, & ſubditi ab antiquo Parocho adhuc recipiant Sacramenta præſertim Paſchalia, id argumento erit, antiquæ Eccleſiæ, veluti veræ Parochiali, propriam ac rigoroſam Matricitatem convenire: juxta auctoritates a nobis allatas *in cit. tit.6. n.*46. Propterea quia a ſolo, veroque Parocho, vel ab alio de ejus licentia, Sacramenta præſertim Paſchalia ſunt ſuſcipienda: *d. tit.6. n.*47., ibique Trid. Concil. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*13. *verſ. In iis quoque*, ubi notanda ſunt illa verba = *Unicuique ſuum perpetuum, peculiaremque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & a quo ſolo licite Sacramenta ſuſcipiant* =, atque S. Congreg. ejuſdem Trid. Concil. interpres in *Januen. 22. Mart. & 26. April.* 1749. *ad dubium*. 29

Clara quoque eſt Concilii Lateranenſis generalis IV. ſub *Innocentio III.* diſpoſitio in *Cap. Omnis de pænit, & remiſſ.* ubi ſic legitur = *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annum diſcretionis pervenerit, omnia ſua peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti* (nempe Parocho) *& injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Eucbariſtiæ Sacramentum: niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura* =. 30
Quod a Tridentinis Patribus fuit confirmatum in *ſeſſ.*14. *can.*8. ubi ſic legitur = *Si quis dixerit confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſervat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam a piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fideles juxta magni Concilii Lateranenſis conſtitutionem, ſemel*

ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadrageſimæ, anathema ſit =.

Hoc Paſchale SSmæ Communionis præceptum, ſi nonnulla
perſonarum genera ob Apoſtolicas exemptiones excipias, debet
hodiernis adhuc temporibus adimpleri in propria Parochiali Ec-
cleſia: cum hujuſmodi adminiſtratio ad ſolum Parochum, vel
31 ad alium ab eo, vel ab Epiſcopo delegatum pertineat, tamquam
jus mere Parochiale, *d. cap. Omnis de pænit. & remiſſ.*, Concil. Trid.
locis citat., cum aliis auctoritatibus, quæ videri poſſunt in noſtra
Diſſertatione edit. Baſſan. 1771. *De officiis, atque juribus Parochor.
circa Sacramentor. adminiſtration. cap. 2. n. 22. 23. 24.* Concordat
S. Congreg. Concilii anno 1682., a qua fuit declaratum, quod
32 Sæculares Præcepto eccleſiaſtico non ſatisfaciunt per Communio-
nem receptam in Eccleſiis Regularium.

Quoad præceptum Sacramentalis annuæ Confeſſionis, ſcien-
dum eſt, varios eſſe caſus, in quibus Parochi licentia adhuc re-
quiritur, ut alia in Eccleſia valeat quoque adimpleri, quemad-
33 modum demonſtravimus *in cit. Diſſertat. De officiis, atque jurib.
Parochor. cap. 3. n. 34. 39.* Hac tamen in re notandum, quod Pa-
rochi non ſolum negare non debent facultatem confitendi pec-
cata alieno Sacerdoti approbato, tempore præſertim Paſchali,
ſed in illa elargienda faciles admodum eſſe debent, ita tempo-
34 rum, atque perſonarum circumſtantiis exigentibus: juxta aucto-
ritatem *D. Thomæ in 4. ſententiarum*, ſeu *ſupplem. quæſt. 8. art. 4.
ad ſextum*, ita loquentis: *In hoc quod oportet proprio Sacerdoti confiteri, non arctatur via ſalutis, ſed ſufficiens ad ſalutem via ſternitur. Peccaret autem Sacerdos* (nempe Parochus) *ſi non eſſet facilis ad præbendam licentiam alteri confitendi, quia multi ſunt adeo infirmi, quod potius ſine confeſſione morerentur, quam tali Sacerdoti confiterentur; Unde illi, qui ſunt nimis ſolliciti, ut conſcientias ſubditorum per confeſſionem ſciant, multis laqueum damnationis injiciunt, & per conſequens ſibi ipſis.*

Idem quoque confirmavit, ut reliquos omittamus, *D. Carolus Borromæus* in Synodo Diœceſana undecima in monitis, quæ ad Sacramenta pertinent, cujus verba ita leguntur = *Parochus unuſquiſque in Urbe Parochiales ſuos generatim ineunte Quadrageſima hoc moneat, ut cum ipſe multis occupationibus eo tempore diſtineatur, quicumque aliis Confeſſariis Sacerdotibus approbatis, quos maluerint, confiteri velint, eos ad confitendum adeant, & confeſſionis teſtimonium ſcriptum ante hebdomadam ſanctam ipſi Parocho tradant. In diœceſi autem, & generatim, & ſigillatim Parochus ſe facilem præbeat in conſentiendo Parochialibus ſuis, de quibus nulla ſit ſuſpicio, eos medicinæ vitandæ cauſa Parochi judicium ſubterfugere,*

Digitized by Google

gere, ut ad alios Confeſſarios a nobis teſtimonio ſcripto probatos, ſe conferant, qui peccatorum ſuorum confeſſionem audiant. Immo vero eam facultatem ſponte ſigillatim offerre debet iis, qui lites, controverſias, diſſentioneſque ſecum exercuerint, exerceantve, de iis præſertim rebus, quæ ad munus ſpirituale Parochialis Curæ non attinent. Qua in re ſi Parochus defuerit, tunc Vicarius foraneus facultatem concedat, licet, ut alios Confeſſarios adire poſſint. Verum ne idem Vicarius Foraneus, & Parochus generatim conſentiat, eos a quo maluerint Confeſſario audiri, ſed ab eo, quem ipſe, vel Parochus,
vel Vicarius maluerit, vel ab alio, quem ex pluribus piis, & pe- 35
ritis ab eodem Parocho, & Vicario propoſitis, pœnitens ipſe ſibi delegerit =.

Cæterum juxta hodiernam in ſacris Tribunalibus receptam diſciplinam, quotieſcumque agatur de Sacerdotibus ſive Sæcularibus, ſive Regularibus a Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo diœceſano, generatim, & abſque ulla reſtrictione approbatis ad audiendas in diœceſi Sacramentales Confeſſiones, nemini dubium, quin Paſchali etiam tempore iſtæ ab illis valide queant audiri, abſque eo, quod ad Parochi licentiam ſit neceſſario recurrendum, quemadmodum rationibus, & auctoritatibus demonſtravimus *in cit. Diſſert. cap.3. n. 31. 32. 33.*

Si vero Sacerdos Regularis a ſuo Superiore dumtaxat fuerit approbatus, tunc audire ipſe poterit Sacramentales Confeſſiones
Paſchali etiam tempore, aliorum Religioſorum ejuſdem Mona- 36
ſterii, tum etiam ſæcularium, qui vere ſunt de familia, & continui commenſales, juxta declarationem *Gregorii XV.* in ſua Conſtit. *Inſcrutabili* edita nonis Febr.1627., & aliam *Clementis X.* in ſua Conſtit. *Suprema* edita 11.Kal.Jul.1670. hiſce verbis = *Cæterum in Monaſteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Inſtituta vivitur, poſſe tam Prælatos regulares, quam Confeſſores Regularium eorumdem Monaſteriorum, ſeu Collegiorum, audire confeſſiones illorum ſæcularium, qui inibi ſunt vere de familia, & continui commenſales: non autem illorum, qui tantum ipſis deſerviunt* = Videatur quoque, quod a nobis fuit adductum *in cit.cap.3. n.42.43.*

Quoad alias vero perſonas, quæ non ſunt Regulares ejuſdem Monaſterii, neque ſæculares de familia, & continui commenſales,
les, nullo modo, nulloque tempore poterit præd. Confeſſor regu- 37
laris, Sacramentales audire Confeſſiones, juxta d. *Clementinam* Conſtitutionem in illis verbis = *Non autem illorum, qui tantum ipſis deſerviunt* = Concordant, quæ attulimus *in d. cap.3. poſt n.43. verſ. Secus vero, & num. fin. ſeu* 44. Satis equidem clara ſunt Concil.Lateranenſis verba in *d. cap.Omnis de pœnit. & remiſſ.* atque Concil. Trid. præſertim in *cit. ſeſſ.23. de ref. cap.13.* ubi ſic legitur = *Quamvis*

vis Presbyteri in ſua ordinatione a peccatis abſolvendi poteſtatem accipiant: decrevit tamen Sancta Synodus nullum etiam Regularem, confeſſiones ſaecularium, etiam Sacerdotum poſſe audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale Beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, approbationem, quae gratis detur, obtineat: privilegiis, & conſuetudine, quacumque etiam immemorabili, non obſtantibus. Concordat S. Congregatio Concil. in ſuo decreto 11. Febr. 1670. approbante *Innocentio XI. P.M.*; ubi interdicitur Sacerdotibus ſive Sae-
38 cularibus, ſive Regularibus per Epiſcopum non approbatis Sacramentalem Confeſſionem ne venialium quidem peccatorum audire.

Ubi vero agatur de Monialibus, iſtarum confeſſiones neque Paſchali, neque alio tempore audiri poſſunt a Sacerdotibus ſive Saecularibus, ſive Regularibus, quamvis ab Epiſcopo generatim, & abſque ulla reſtrictione approbatis, quotieſcumque illius ſpeciali, expreſſa, ac toties repetenda, approbatione ad hujuſmodi effe-
39 ctum deſtituti proponantur; etiamſi agatur de Monialibus, quae eiſdem Regularibus ſubjiciuntur; juxta Conſtitutiones Pontificias ſuperius indicatas *Gregorii XV.*, & *Clementis X.* In hoc ſimiliter conveniunt aliae plures auctoritates a nobis adductae in *cit. Differtat. de officiis, atque jurib. Parochor. cap. 3. de adminiſtr. poenit. n.* 40., cum illis, quae videri poſſunt in folio S. Congregation. Concilii in *Conſtantien. juriſdictionis* 31. *Martii* 1770. §. *Ad* 1, *cum* 5. *ſeqq. tom.* 29. *theſ. reſol. pag.* 89. 90.

AD TITULUM IX.

De Reſtauratione, Reaedificatione, Redotatione Parochialium Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſias aedificare, vel reſtaurare, opus eſt bonum, pium, religioſum, ac valde laudabile.*

2 *In aedificatione, vel reaedificatione Eccleſiae de jure eſt neceſſaria Epiſcopi auctoritas: ſecus vero in ſimplici reſtauratione.*

3 *Illa tamen eſt attendenda in conſpectu Synodalis Conſtitutionis; praeſertim ſi agatur de notabili reſtauratione.*

4 *Si Epiſcopus injuſte diſſentiat, Eccleſiae reſtauratio perfici poteſt.*

5 *Epiſcopi enim potius praecipere debent, quam prohibere hujuſ-*

hujuſmodi reſtaurationes.

6 *Eccleſiæ reſtauratio fieri debet ex ejuſdem redditibus.*

7 *Vel ſumptibus illorum, qui redditus, decimas, aliaque emolumenta, & commoda percipiunt.*

8 *Decimæ non tantum ad Miniſtrorum Dei alimoniam ſunt adinventæ, & deſtinatæ, ſed etiam ad Eccleſiarum conſervationem.*

9 *Decimæ an ſequeſtrari poſſint ad effectum reſtaurandi, vel reædificandi Eccleſiam.*

10 *Reſtauratio Eccleſiæ Parochialis Patronatæ ad Patronum pertinet.* Et n.36.

11 *Populus, ſive Communitas tenetur dumtaxat in ſubſidium.*

12 *Parochus cogendus non eſt ad reſtaurationem, ſi ſuam habeat tantum honeſtam ſuſtentationem.*

13 *In materia quoque reſtaurationis Eccleſiæ attendenda eſt conſuetudo.*

14 *Communitas obligari non debet ad reparandam Eccleſiam ex tenuiſſimis contributionibus unica vice factis pro reſtaurandis Curia, & Domo Parochiali.*

Multo magis ſi pauperrima ſit. Ibid.

15 *Sacra tamen Congregatio Concil.* in Spiren. reædificationis &c. *reſolvit reædificationem Eccleſiæ primo loco ſpectare ad redditus fabricæ, ſecundo loco ad Populum, tertio loco ad Patronum.* Et n.16. *ubi dantur rationes.*

17 *Reſtaurationi Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ conſulitur ſolutione mediæ Annatæ.*

Ad hanc tenentur quoque Canonici Beneficiati, & Clerici Beneficiati ad formam Benedictinæ *Conſtitutionis.* Ibid.

18 *Contra Conſtitutionem Pontificiam munitam clauſula* ſublata, *& decreto irritante, nulla conſuetudo, ne centenaria quidem adduci poteſt.*

19 *Ad effectum acquirendi Juſpatronatus ob Eccleſiæ reædificationem, quid requiratur.* Et n.20. 21.

22 *Ex ſimplici reſtauratione Eccleſiæ non acquiritur Juſpatronatus. Et quare, ac* ſub num.31.

Secus vero ſi concurrat dotis aſſignatio, vel iſtius augmentum. Num.32.

23 *Inſignia, & Inſcriptiones per ſe tantum valere nequeunt ad probandam juriſdictionem, & Patronalem pertinentiam.*

24 *Unde indicare tantum poterunt Eccleſiæ Benefactores.*

25 *Secus vero, ſi alia documenta concurrant.*

26 *Neque argui poteſt Juſpatronatus ex ſolo jure honorifico, quod ex mera alterius conniventia proficiſcatur.*

27 *Ex nonnullis Actibus ex mera geſtis urbanitate, & precario nomine, jus alteri quæſitum imminui, vel auferri nequit, nullaque induci præſcriptio poteſt.*

28 *Alia documenta memorantur*

 ine-

inepta ad probandum Juſpatronatus.

29 *Juſpatronatus non eſt oſcitanter, & leviſſima ex cauſa admittendum, ſed rigoroſæ, & concludentiſſimæ probationes requiruntur.* Et n.30.

31 *In perſonis potentibus de uſurpatione ſuſpectis, rigidiores probationes requiruntur, & quales.*

33 *In erectione Parochialis Eccleſiæ aſſignatio dotis requiritur.*

34 *Explanantur Rotales deciſiones, in quibus admiſſa fuit Jurispatronatus probatio ex reſtauratione Chori Eccleſiæ Parochialis.* Et n.35. 36.

37 *Ex actu mere facultativo jus alteri quæſitum auferri nequit,*

38 *Authentico fundationis, aut dotationis documento deferendum eſt ad probandam patronalem pertinentiam.*

39 *Quando documenta authentica ſunt, & originalia, nil curandum, an ex privato, vel publico archivio prodierint.*

40 *In aliorum documentorum defectum, plurimum juvat immemorabilis, vel quaſi poſſeſſio præſentandi Rectorem. Et quare.*

41 *Multo magis, quando teſtes 70.annorum deponunt de propria, & majorum memoria, perpetuaque voce, & fama.*

42 *Juſpatronatus probatur per Regia diplomata, & per Pontificias enunciativas.* Et n.43.

44 *Immemorabilis quaſi poſſeſſio præſentandi quando præſtantior reputetur ad probandum Juſpatronatus.*

45 *Item probatur Juſpatronatus ex ſeriis confeſſionibus, & enunciativis Ordinariorum tempore præſertim ſacrarum Viſitationum.* Et n.46. 47. *ubi dantur rationes.*

48 *Ampliatur concluſio.* Et n.49. *ubi dantur rationes.*

50 *Quando, & quare fiat locus limitationi.* Et n.53.

51 *Facultas celebrandi Miſſam ſolemnem in feſto Sancti Titularis Eccleſiæ ruralis, ſemel ab Ordinario impetrata tempore erectionis, non eſt iterum petenda.*

Ne Rector manutenendus ſit in poſſeſſione, quid requiratur. Ibid.

52 *In conflictu teſtium quinam ſint præferendi.*

54 *Legitima patronatuum jura tollere, & pias fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt.*

55 *Omni poſſibili interpretatione curandum eſt, ne Rotale Reſcriptum, & Epiſcopi erectio diſſertiſſimæ Fundatoris diſpoſitioni adverſetur.*

56 *Ferendum non eſt, ut patronatuum jura, & fundatorum voluntates ultra, quam par ſit, extendantur, & interpretentur, in alterius, ac præſertim jurium Parochialium detrimentum.*

57 *Parochus impediri nequit a jure ducendi proceſſionem fune-*

nebrem, atque agendi exequias, & officium funebre in Eccleſia Patronali.

Intellige, quando fundator id Rectori Eccleſiæ non reſervavit. Num.59.

Multo magis, quando Epiſcopus in actu erectionis adjecit clauſulam = Sine præjudicio jurium Parochialium, juxta Synodales Conſtitutiones =. Ibid.

58 *Fundatores in limine fundationis imponere poſſunt conditiones etiam juri communi contrarias.*

60 *Ex ſola ædificatione Eccleſiæ argui poteſt Patronalis pertinentia, non vero unio ſubjectiva.*

61 *In Jurepatronatus cognoſcendo, & judicando ſpectanda eſt erectio, licet a fundationis lege diſſentiat, donec per rem ſaltem judicatam non emendetur, & ad Fundatoris voluntatem non revocetur.*

62 *Capellania evadit mere laicalis, quando canonica erectio deſideratur.*

63 *An, & quando acquiri, & retineri valeat a laicis.* Et n.64. 65.

66 *In Collegiata numerata erigi nequit novus Canonicatus ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ.*

67 *In Collegiata non numerata erigi poteſt ab Epiſcopo cum conſenſu Capituli: ſecus erectio nulla eſt.*

68 *Juſte Capitulo diſſentiente ſit locus commutationi voluntatis Fundatoris: ſecus ſi injuſte diſſentiat.* Et n.69.

70 *Capitulum poteſt in actu erectionis adjicere conditiones. Et dantur exempla.*

71 *Si Capitulum nullis adjectis conditionibus, ſed pure, & libere novæ erectioni conſentiat, non una eſt Canoniſtarum opinio, num novus Canonicus ad omnia emolumenta, & legata Capitulo relicta indiſtincte ſit admittendus.*

72 *Ceſſat omnis quæſtio, & regula omnis conticeſcit, ſi expreſſe, vel tacite conjiciatur mentem Fundatoris fuiſſe, ut novus Canonicus ad participationem admittatur.*

BOnum eſſe, pium, religioſum, valdeque laudabile opus,
ædificare, vel reſtaurare Eccleſias, jam demonſtravimus *in* 1. *parte hujus Tractatus de Re Parochiali tit.*9. 1
*n.*4. In quo concordat Synodus Tuſculana ſub Reg. Emo *Enrico* Duce Eboracenſi, S.R.E. Vicecancell. *tom.*1. *cap.*14. *art.*1. *de Eccleſ. ædific. vel reſtaur.* Inter ædificationem tamen, & ſimplicem reſtaurationem id datur diſcriminis, quod in primo caſu de jure, juxta Canonicas ſanctiones, Ordinarii auctoritas exigitur; *d.tit.*7. *n.*9., Synod. Tuſcul. *d.art.*1. §.1., ſecus 2
vero in altero: *d. tit.*9. *n.*10.

Si autem in contrarium urgeat Conſtitutio aliqua Synodalis, ubi

ubi agatur præſertim de notabili reſtauratione, nullum eſt du-
3 bium, quin Ordinario ſit obtemperandum, quemadmodum præ-
ſcribitur a laud. Synodo Tuſcul. *d. art.* 1. §.6., ubi hæc leguntur = *Nobis inconſultis neque Templa prorſus diruta iterum ædificentur, neque vetuſtate labefactata reſtituantur, neque in jam extructis quidquam vel reædificetur, aut deſtruatur, aut innovetur*.

Nunc vero fingamus Eccleſiæ reſtaurationem utilem eſſe, ac neceſſariam, & Epiſcopum, ſeu Ordinarium injuſte diſſentire, hoc in caſu prædictæ reſtaurationi locus fieri poteſt, non obſtante
4 Epiſcopi diſſenſu, juxta reſolutionem S. Congreg. Concilii a nobis adductam *in d. tit.* 9. *n.* 10. *in Civitatis Plebis* 22. *Martii* 1760. *ad* 2. *dubium*, ut videri melius poteſt in *d. n.* 10., & in folio *d. Civitatis* 26. *Jan. d. anni* 1760. Epiſcopus enim potius præcipere de-
5 bet, quam prohibere hujuſmodi reſtaurationes, juxta Concil. Trid. *in ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 8. ibi = *Locorum Ordinarii Eccleſias quaſcumque quomodolibet exemptas, auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis juris remediis providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur* = ac fuſius in *ſeſſ.* 21. *de refor. cap.* 7., cum auctoritatibus adductis *in cit. n.* 10.

Debet Eccleſiæ reſtauratio fieri ex propriis redditibus, ſi ad
6 hujuſmodi effectum deſtinati habeantur, *d. tit.* 9. *n.* 16., *Cap. Placuit*, *cap. Priſci*, *cau.* 10. *qu.* 13., Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7., Synod. Tuſcul. *d. art.* 1. §.6., S. Congreg. Concil. *in Reatina mediæ annatæ* 12. *Maii* 1770, *in Spiren. reædificationis Eccleſiæ* 31. *Mart.* 1770. §. *Ex his*, atque 28. *April. ejuſdem anni ad* 1. *dubium*, ubi confirmata fuit reſolutio capta 30. *Mart.* 1761., 17. *Sept.* 1768., 18. *Novemb.* 1769. cum clauſula *Et amplius*. Vel ex ſumptibus illorum, qui decimas, redditus, aliaque emolumen-
7 ta, & commoda percipiunt: *d. tit.* 9. *a n°* 30. *ad plures ſeqq.*, *cap. Quicumque*, *cap. De his de Eccleſ. ædific.* ibi = *De his, qui Parochiales Eccleſias habent, duximus reſpondendum, quod ad reparationem, & inſtitutionem Eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit de bonis, quæ ſunt ipſius Eccleſiæ, ſi ei ſuperſint conferre, ut eodem exemplo cæteri imitentur* = Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reform.* Synod. Tuſcul. *d. loco*, S. Congreg. Concil. *d. Spiren.* 31. *Martii* 1770. §. *Quod*, ibi = *Cum decimæ non tantum ad Miniſtrorum Dei
8 alimoniam, ſed etiam ad Eccleſiarum conſervationem ſint ordinatæ*.

Idque verum adeo eſt, ut ab Epiſcopo valeant redditus, atque decimæ ſequeſtrari ad effectum reſtaurandi, vel reædificandi Ec-
9 cleſiam: quemadmodum demonſtravimus *in cit. tit.* 9. *n.* 23. innixi auctoritati S. Congeg. Concilii *in Boſſanen. reparationis Eccleſiæ Parochialis* 25. *Febr.* 1741. §. *Jura*, & 11. *Martii d. anni ad dubia*. Concordant, quæ leguntur in folio S. Congreg. Concilii in *d. Spi-*

Digitized by Google

d. Spiren. reædificationis Eccleſiæ 31. *Mart.* 1770. §. *Spiren.*, ubi hæc
habentur = *Diu acta diſceptatio eſt in Sacra Congregatione inter Ca-
pitulum Cathedralis Eccleſiæ Spiren. & Ædiles Margravii Badenſis, ut
declararetur, cui nam incumberet onus reædificandæ Parochialis Ec-
cleſiæ Villæ Seelbach, & quia etiam ſequeſtro ſubmiſſæ fuerant De-
cimæ ad Capitulum Spiren., uti ſupremum in illis locis Decimatorem,
pertinentes, illud idcirco quæſitum etiam fuit, an Decimæ hujuſmodi
eſſent per ipſos Ædiles reſtituendæ* = Sed in caſu, de quo agebatur,
in Congregatione 30. *Martii* 1761. *ad* 2. *dubium*, reſponſum fuit,
Decimas eſſe reſtituendas a Regimine Badenſi. Quod deinde fuit con-
firmatum 17. *Septemb.* 1768., 18. *Novemb.* 1769., ac demum 28.
April. 1770.

Si Eccleſia Parochialis ſuum habeat Patronum, ad iſtum in
defectum redditHuum Eccleſiæ ſpectabit reſtauratio, *d. tit.* 9. *a* 10
n. 30., Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. ubi hæc leguntur:
*Parochiales vero Eccleſias, etiamſi Jurispatronatus ſint, ita collapſas
refici, & inſtaurari procurent ex fructibus, & proventibus, quibuſ-
cumque ad eaſdem Eccleſias, quomodocumque pertinentibus; qui ſi
non fuerint ſufficientes, omnes Patronos . . . ad prædicta cogant*: atque
Synod. Tuſcul. *d. art.* 1. §. 6. ubi hæc habentur = *Quod ſi Eccleſia
vel nullos ad hunc uſum, vel non ſufficientes habeat reditus, tunc ſi
patronata ſit, a Patrono inſtauretur* = .

Præter *Ventrigl. in praxi part.* 2. *annot.* 18. §. *un. n.* 15., atque
Piton. de controv. patron. alleg. 43. *n.* 3., concordat Rotalis ſpe-
cies, & obſervatio in *Compoſtellana Parochialium* 5. *Jul.* 1765. §. 4.
11. *coram Herrera*, 10. *Mart.* 1766. §. 5. *coram Pergen.*, & *in Com-
poſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23. *Jan.* 1766. §. 13. *cor.*
Azpuru, ubi ita legitur = *Tunc onus, quod Abbati ineſt Eccleſiæ
Chorum, Aramque majorem reſtaurandi . . . ita a pari ex inhærente
Rectori præſtationem exigenti, reſtaurandi onere arguitur, Eccle-
ſiam agnoſcere Patronum, cui illius incumbere reſtaurationem, mo-
nent &c.* =

Ad hujuſmodi autem reſtaurationem Populus, ſive Commu-
nitas in ſubſidium dumtaxat tenebitur: quotieſcumque nulla adſit 11
peculiaris ratio, ſemper excipienda, in contrarium; *d. tit.* 9. *a*
n. 68., Concil. Trid. *d. cap.* 7. ibi = *Aut in illorum defectum, Paro-
chianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant* = Synod. Tu-
ſcul. *d. art.* 1. §. 6. ibi = *Quod ſi Parochialis fuerit, ac libera, & Pa-
rochi redditus congruam, eique debitam ſuſtentationem non excedant,
a Parochianis juxta canonicas leges reficiatur* = atque in folio S. Con-
greg. Concil. *d. Spiren.* 31. *Mart.* 1770. §. *Addit*, ubi hæc leguntur =
*Non etiam Populum, qui deficientibus Decimis, aliiſque fructibus
ſubſidiarie obſtringitur* = .

Nota-

Notate illa verba, quæ adduntur a Synodo Tuſculana = *Et
Parochi redditus congruam, eique debitam ſuſtentationem non exce-
dant* =. Hoc enim in caſu cogendus non eſt Parochus ad Eccleſiæ
12 reſtaurationem, multoque minus ad reædificationem, ut in *d. Spi-
ren. 31. Mart. 1770. §. Addit*, ibi = *Accedere ad hæc, non poſſe ad
reædificationem Eccleſiæ obligari Parochum, qui nihil habet ultra ho-
neſtam ſui ſuſtentationem* = Concordant, quæ a nobis traduntur in
cit. tit. 9. ſub n. 17., ubi etiam memoratur *d. Spiren. 30. Mar-
tii 1761. §. Cauſa*.

In *d. Spiren. reædificationis Eccleſiæ 31. Mart. 1770. §. Quidem
igitur*, habetur, quod reparatio, vel reædificatio Eccleſiæ Paro-
chialis ab eo fieri debeat, a quo antea conſuevit, ubi notanda ſunt
13 illa verba = *Eamque conſuetudinem jus certiſſimum conſtituere, &
eſſe præ omnibus in hac materia attendendum* = juxta *Abb. in cap. 1.
De Eccleſ. ædific.*, & *Franc. de Eccleſ. cathed. cap. 13. n. 112.* ibi ci-
tatos. In quo etiam loco obſervatur, quod ex tenuiſſimis contri-
butionibus unica vice factis a Populo de Seelbach pro reſtauran-
dis Curia, & domo Parochiali non inducebatur longe gravior
14 obligatio reparandi Eccleſiam, maxime cum Parochiani per mo-
dum tantum eleemoſynæ, parum pecuniæ contribuerint. Deni-
que pauperrimam eſſe Communitatem de Seelbach, ac proinde
contrariam conſuetudinem, ſi forte inoleviſſet, omnino poſtha-
bendam, *per textum in cap. Aurum cau. 12. q. 2.*, *Sperell. dec. 68.
num. 24.*

Emi tamen Patres libratis hinc inde rationibus reſolverunt
in locis ſupracitatis reædificationem Eccleſiæ Parochialis Seelba-
cenſis primo loco ſpectare ad redditus Fabricæ, ſecundo loco ad
15 Populum, tertio loco ad Patronum. Qua in re videri poſſunt,
quæ adduximus in *d. tit. 9. ſub n. 71. §. Cæterum*, ubi agebatur de
Communitate, quæ præter commodum, quod ab Eccleſia ſpi-
ritualiter perceperat, domum parochialem e fundamentis exci-
taverat, ac retroactis temporibus ſolita fuerat contribuere pro
Eccleſiæ neceſſariis reparationibus, ad quas ab Ordinario ſimiliter
tempore viſitationum Paſtoralium fuerat conſtricta: quemadmo-
dum videri melius poteſt in folio *d. Spiren. reædificationis Eccleſiæ 30.
Mart. 1761.* Quod etiam eruitur ex *cit.* folio *31. Mart. 1770. §. Quum
igitur*, ubi memorantur ſacrarum viſitationum actus hiſce ver-
bis = *Neque ſecundum, quia ſacrarum viſitationum actus in contra-
rium enunciati pugnant inter ſe, adeoque vim probationis non ha-
bent* = Quoniam vero a Communitate ſuæ intentionis fundamen-
tum non fuit concludenter probatum, ut conjicitur ex cit. loco,
nil mirum ſi in ſequenti Congregatione 28. *April.* 1770. fuit reſolu-
tum ſtandum eſſe *in deciſis, & amplius*.

Ni-

Nihilque mirum, ſi ab Emis Patribus fuit reſolutum, teneri poſt Communitatem Patronum, quia agebatur de Patrono, qui ſolam dotem, quæ adhuc extabat, pro Rectoris ſuſtentatione, non vero pro Fabrica Eccleſiæ aſſignaverat; unde compelli non poterat ad 16
reædificandam Eccleſiam, cujus ipſe non fuerat fundator: ſicuti legere poteritis in folio *d.Spiren.* 30. *Mart.*1761. §.*Spiren.&* §.*Triplex*, cujus verba leguntur *in d.tit.*9.*n.*76., & in fol.31.*Mart.*1770. §.*Ut igitur*, ibi = *Ut igitur ſpirituali animarum bono foret proſpectum anno* 1361. *Comitem de Erberſtein tunc loci Dominum Parochialem Eccleſiam in Seelbach*, *conſtituta dote pro Rectoris alimonia*, *erigi curaſſe* = & in §.*Nec obſtare*, ubi hæc habentur = *Baronem ipſum aſſignaſſe dotem pro Rectoris ſuſtentatione*, *& apud Epiſcopum pro tali erectione inſtetiſſe* = ac melius in §.*Addit*, hiſce verbis = *Non denique Margravium Badenſem*, *quia præter quam quod ipſe Patronatu non gaudet*, *quod ſolum fuit reſervatum in fundatione favore Comitis de Erberſthein*, *inquit inſuper*, *collatam a loci Barone fuiſſe dotem Rectori*, *non autem emiſſam obligationem Eccleſiæ reſtaurandæ*: *ideoque in anteactis cauſæ hujus diſceptationibus EE. PP. declaraſſe tali oneri obſtrictum prius eſſe Populum*, *deinde Patronum*.

Ubi vero agatur de Cathedrali, Collegiatave Eccleſia reſtauranda, hujuſmodi reſtaurationi conſulendum eſt ſolutione mediæ annatæ, ad quam tenentur quoque Canonici, Beneficiati, & 17
Clerici Beneficiati ejuſdem Eccleſiæ ad formam Benedictinæ Conſtitutionis: quemadmodum fuit reſolutum a Sacra Congregatione Concilii in *Reatina media annata* 12.*Maii* 1770. *ad* 1. *&* 8.*dubium*; ac videri quoque poſſunt, quæ a nobis adducuntur in *cit. tit.*9. *a n.*46. *ad plures ſeqq.*

In hac autem re notandum, quod *Benedictus XIII.* in Concil. Rom. *tit.*27. *de Eccleſ. ædificand. vel reparand.*, & in Conſtit. *Pius, & miſericors* 4.Idus Maii 1725., quæ eſt in *appendice ad d.Concilium ſub n.*24., voluit nova ſubminiſtrare præſidia, ut Eccleſiarum præſertim Cathedralium, & Collegiatarum reſtaurationi conſultum foret: cum experientia compertum eſſet a juris diſpoſitione quandoque deflecti. Cum autem præd.Conſtitutio *Pius*, *& miſericors* munita ſit clauſula *ſublata*, & decreto irritante, notandum, quod contra illam ne centenaria quidem conſuetudo adduci po- 18
teſt ex S.Cong.Conc.*d.Reatina mediæ annatæ* §.*Ad primum pag.*120. ibique Rota *dec.*572. *n.*11. *cor. Cerro*, *dec.*9. *n.*38. *cor. Penia*, & in *Gerunden.Canonicatus* 3.*Mart.*1727. §.3. *cor. Calcagnino*.

Si Parochialis Eccleſia ob temporis injurias, aut vetuſtatem, vel alia de cauſa corruerit, vel ita ſit deformata, ut iterum debeat cum eadem, vel majori amplitudine reædificari, hoc in caſu, etſi Juſpatronatus acquiri valeat, illa debent concurrere, quæ

Digitized by Google

19 a nobis indicantur in *d. tit.9. a n.161.* Debet inter alia reædificans
exprimere animum ſuum circa Juriſpatronatus acquiſitionem
20 *d. tit.9. n.168., & ſeq.* ubi dantur rationes. Concurrere inſuper
debet neceſſario auctoritas Ordinarii: cum iſtius conſenſus cauſa
efficiens Juriſpatronatus dicatur, ita ut donec per rem judicatam
non reſcindatur, ipſi prævaleat fundationi: quippequæ per ſe ſola
21 ad creandum Juſpatronatus in beneficio Eccleſiaſtico ineptiſſima
reputatur. *Fargna de Jurep. part.2. Can.1. & 2. caſu 7. n.9. 10., & part.5. Can.7. caſu 3. n.3.,* ac Rota in *Taurinen. Beneficii ſuper pertinentia patronali 12.Jan.1761.* §.15. *in fine*, ubi in caſu, de quo agebatur, hæc notanda ſunt = *Epiſcopus vero in erectione Beneficii jus nominandi reſervavit non ſolum Catherinæ Barbarii Fundatoris cohæredi, ſed etiam Jacobo, Antonio, Luciæ, & Catherinæ, qui filii erant Magdalenæ alterius cohæredis jam prædeſtinatæ. Tantum igitur abeſt, fœminas nullam habere vocationis ſedem, ut immo illas Ordinarius ſimul cum maſculis, & cum maſculis quidem conſentientibus illico admiſerit.*

Si vero agatur de ſimplici reſtauratione Eccleſiæ, extra omne dubium eſt, ex illa nullum Juſpatronatus acquiri in Eccleſiam ſic
22 reſtauratam, juxta auctoritates a nobis adductas *in cit. tit.9. n.141.* Non enim ferendum eſt, ex hac ſimplici reſtauratione ſervitutem Eccleſiæ imponi, magnumque ejuſdem libertati detrimentum irrogari, *d. tit.9. n.146.* Idque verum adeo eſt, ut nec in illa quidem Eccleſia admitti debeat Juſpatronatus, in qua Inſignia, &
23 Inſcriptiones appareant, aliis interim deſtitutæ documentis, juxta ſpeciem Rotalem in *Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23.*Jun.*1766. §.9. *coram Azpuru, & in Colonien. Vicariæ 9. Jun. d. anni* 1766. §.*ult. coram Pergen.*, ubi prætenſum Juſpatronatus a Barone, & Scabinis denegatum fuit, etſi Inſignia, & nomina haberentur in pluribus ædificii partibus, tum in ſacris ſupellectilibus, tum in campana Eccleſiæ.

Hæc enim omnia reliquis probationum requiſitis deſtituta
24 concurrere tantum poſſunt ad deſignandos Eccleſiæ Benefactores: *Rota in Maceraten. Juriſpatronatus Eccleſiæ 5.Mart.1751.* §.15. *cor. Canilliac, & in Urbevetana Juriſp. 13.Febr.1758.* §.6. *cor. eodem,* confirm. 16.*Jan.*1766. §.15., *& d. Colonien.* §.16. ibi = *Minuſque pro Barone, & Scabinis faciunt Inſignia, & nomina Baronum appoſita in pluribus ædificii partibus, tum in ſacris ſupellectilibus, tum demum in campanis ejuſdem Eccleſiæ in Balckauſen: hæc enim omnia referri optime poſſunt ad deſignandos Eccleſiæ benefactores: prout de ſtylo eorum Baronum deponunt plures teſtes a Monaſterio inducti.* Multoque minus, quando Inſignia, & Inſcriptiones non referuntur ad familiam illius, qui Juſpatronatus acquiſitum prætendit, juxta Rotam *d. Colonien.* §.*ultimo*,

Fa-

Digitized by Google

Fateor, Inſignia, & Inſcriptiones plurimum contribuere ad
deſignandam juriſdictionem, atque pertinentiam patronalem,
quando alia probationum adminicula concurrant, juxta facti ſpe- 25
ciem, quæ in materia juriſdictionis, ac dominii habetur in cauſa
S. Congreg. Concil. in *Spoletana, ſeu Nullius Ferentilli Juriſdi-
ctionis 16. Jun. 1770. §. Probat*, ubi hæc notanda = *Probat ulterius
Capitulum, ſupra Januam Eccleſiæ S. Pauli extitiſſe Inſignia Baſili-
cæ Lateranenſis &c.* = Id tamen omnino fallit, quando hujuſmodi
prætenſio fulciatur probationibus deſumptis dumtaxat ab Inſi-
gnibus, & Inſcriptionibus Eccleſiæ, de cujus Patronali pertinentia
diſputatur: *d. Colonien. §. ultimo.*

Neque etiam argui poteſt Juſpatronatus ex ſolo jure honori-
fico, quod ex mera conniventia proficiſcatur illius, contra quem
d. Juſpatronatus prætenditur, juxta Rotalem obſervationem in 26
d. Colonien. Vicaria §. 13. ibi = *Quod manifeſti judicii eſt tunc primum
prætendere cœpiſſe Baronem, & Scabinos Jus iſtud compræſentandi,
quod ad præcidendas controverſias in iis præſentationibus redactum
fuit ad quamdam ſpeciem Juris honorifici, & ex mera Monaſterii, &
Prioris conniventia procedentis, prout manifeſtius deducitur ex ſuc-
ceſſivis ſtatibus annorum* 1689. 1690. 1695. 1702. *&* 1713., *in qui-
bus nec Baro, nec Scabini partem ullam habuerunt* =.

Equidem ſive de Patronali, ſive de alia materia loquamur,
illud certum eſt, quod ex nonnullis actibus ex mera geſtis urbani-
tate alterius, & precario velut nomine, jus alteri quæſitum nec 27
imminui, nec auferri poteſt, nullaque præſcriptio in contrarium
adduci: ad *text. in l. 2. ff. de precario, Bald. in cap. Quondam n. 16.
de elect.*, Rota *cor. Bichio dec. 290. n. 31., cor. Buratto dec. 914, n. 8.,
& cor. Cerro in Burgen. juris viſitandi 22. Jun. 1714. §. Cæteri*,
atque S. Congreg. Concil. in *d. Spoletana §. Negat*: in quo etiam
concordat reſolutio ad dubium: ubi reſponſum fuit Eccleſiam
S. Pauli, nuncupat. S. Polo, ſubjectam eſſe juriſdictioni Rmi Capi-
tuli Lateranenſis, non vero Epiſcopi Spoletani: *theſ. reſolut. to-
mo* 39. *pag.* 153.

Simili quoque modo excluditur Juſpatronatus, ſi contendatur
probatum ex ſola aliqua præſentatione Rectoris, ſed extracta, ut 28
barbare dicitur, ex *Protocollo* habente litturas in parte ſubſtantiali:
tum etiam ſi facta fuerit in ſequelam amicabilis concordiæ, non-
dum tamen exhibitæ, multoque magis, ſi judicialiter fuerit con-
tradicta, juxta Rotam in *d. Colonien. Vicaria 9. Jun. 1766. §. 14.
cor. Pergen.* Cum enim agatur de Jurepatronatus, quod magnum
Eccleſiæ libertati detrimentum irrogat, ut alibi diximus, non eſt
oſcitanter, & leviſſima ex cauſa admittendum, ſed rigoroſæ, &
concludentes probationes ita exiguntur, ut de patronali pertinen- 29

tia nefas ſit dubitare: ex *cap. Cum non ignores de præb.*, *cap. Cum
beneficium eod. in 6.*, Concil. Trid. *ſeſſ.25. de ref. cap.9. in princ.*
ibi = *Sicuti legitima Patronatuum jura tollere, piaſque fidelium vo-
luntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt; ſic etiam, ut
hoc colore Beneficia Eccleſiaſtica in ſervitutem, quod a multis impu-
denter fit, redigantur, non eſt permittendum*. Concordat *Piton. di-
ſcept.28. n.16.*, Rota *dec.50. n.4. cor. Kaunitz*, & in *Compoſtellana
Parochialis S. Crucis de Caſtrelo 23. Jun.1766. §.2. 4. cor. Azpuru*:
& in alia ſpecie S. Cong. Conc. in *d. Spoletana §.Concludit*.

Iſtiuſmodi rigoroſæ probationes exiguntur in illis etiam per-
ſonis privatis, in quibus nulla datur ſuſpicio uſurpationis: in per-
30 ſonis vero potentibus, quæ a prædicta uſurpationis ſuſpicione non
ſunt immunes, rigidiora admodum documenta exiguntur: ita ut
nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quam
ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continua-
tæ, non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ
omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur,
31 juxta doctrinam, atque ſanctionem Concil. Trid. *d. ſeſſ.25. de ref.
cap.9.*, atque Rotalem deciſionem in *Compoſtellana Parochialium
10. Mart.1766. §.13. cor. Pergen.*, & in *d. Colonien. Vicariæ 9. Jun.
d. anni 1766. §.ult. cor. eodem Pergen.* ubi hæc habentur = *Ideoque
quum inepta prorſus ſint ad inducendum Juſpatronatus favore priva-
torum, qui non ſunt de uſurpatione ſuſpecti; multo fortius inepta
eſſe debent, ubi res eſt de perſonis potentibus, & de uſurpatione ſu-
ſpectis, prout ſunt Barones, ac Domini loci, ubi Patronatus præten-
ditur, qui juxta præſcriptum Sacri Concilii Tridentini* ſeſſ.25. cap.9.
de reform. *rigidioribus indigent probationibus*.

Per ſolam igitur Eccleſiæ reſtaurationem acquiri nequit Juſ-
patronatus, ex jam demonſtratis: niſi aliud concurrat, v. g. do-
32 tis aſſignatio, vel iſtius augmentum, aut quid ſimile, juxta Ro-
talem doctrinam in *dec.472. n.61. part.19. tom.2. recent.* relat. in
1. part. hujus Tract. de Re Paroch. d. tit.9. n.147. In Eccleſiæ enim
parochialis erectione neceſſaria omnino eſt dotis aſſignatio pro
33 illius manutentione, ſacrique Miniſtri honeſta ſuſtentatione, juxta
auctoritates adductas *in d. tit.9. n.33. & 34.*, ex *cap. Ad audientiam
de Eccl. ædif.*, Conc. Trid. *ſeſſ.21. de ref. cap.4.*, Synod. Tuſcul.
an.1763. *tom.1. cap.14. art.1. §.1.*, S. Cong. Conc. in *Spiren. reæ-
dificationis Eccleſiæ 31. Mart.1770. §.Ex his in fine*, ibi = *Concludit
hæc omnia locum habere in præſentibus circumſtantiis, in quibus
Capitulum Spiren. nullam aſſignavit dotem Rectori de Seelbach, ſicuti
tenebatur*.

Nec refragatur Rotale Auditorium in *d. Compoſtellana Paro-
chialium 5. Jul.1765. §.4. cor. Herreros, & 10. Mart.1766. cor.*

Perg

Digitized by Google

Pergen., & *d. Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23. *Junii* 1766. §. 15. *cor. Azpuru*: ubi admiſſa fuit Juriſpatronatus probatio ex reſtauratione Chori Eccleſiæ. Etenim ſciendum primo eſt, quod in cit. Rotali controverſia tot tantaque concurrebant probationum documenta favore Monaſterii, ut nefas omnino eſſet de Patronali pertinentia, vel minimum quidem dubitare: quemadmodum intelligere poteritis, ſi ea percurratis, quæ in citatis deciſionibus habentur, quæque a nobis paſſim adducuntur in *append*, *ad hunc tit.* 9., atque alibi. Utque res clarior fiat, ſat vobis erit, ſi conſideretis ea, quæ habentur *in citatis* §§. ubi agitur de Jurepatronatus probato, nedum per præd. reſtaurationem Chori Eccleſiæ, ſed inſuper ex annua præſtatione 24. *Realium* a Parochis facta eidem Monaſterio in titulum, & recognitionem Patronatus, quæ ſane duo ſatis apta ſunt ad indicandum Patronatum: ex citatis locis. 34 35

Secundo notandum, quod agebatur de reſtauratione facta a Monaſterio, quemadmodum de jure, & de juſtitia tenebatur, *d.* §. 13., ubi hæc habentur = *Urgentius, quia hujuſce enunciativæ veritatem, cæteroquin in diſcrimen non revocandam, egregie confirmabant, non jugiter a Parochis ſoluta Monaſterio annua præſtatio* 24. *Realium, tum onus, quod Abbati ineſt Eccleſiæ Chorum, Aramque majorem reſtaurandi... Quumque ex recenſitis judicialibus actis annorum* 1654. & 1639., *reſultaret, memoratum reſtaurationis onus Abbati incumbere... ita a pari ex inhærente Rectori præſtationem exigenti, reſtaurandi onere arguitur, Eccleſiam agnoſcere Patronum, cui illius incumbere reſtaurationem monent &c.* = Unde Monaſterium tenebatur ad illud onus, quod de jure, & iuſtitia proprium eſt dumtaxat Patronorum *d.* §. 13. *in fine*. 36

Secus vero dicendum eſt de ſimplici reſtauratione, ſeu de mero Benefactore, qui agit ex mera liberalitate; quique proinde ex actu mere facultativo nullum jus ſibi acquirere, neque alteri jus quæſitum auferre poteſt: quemadmodum in alia ſpecie legitur in folio S. Congreg. Concil. in *Leodien.* 12. *Maii* 1770. §. *Ad X.*, ubi hæc habentur = *Addit etiam eamdem obſervantiam mere facultativam quoad Capitulum fuiſſe, hinc nullum jus Vicariis fuiſſe quæſitum; nec Capitulum ſuo arbitrio privatum* = In quo etiam concordat reſolutio S. Congr. *ad X. dubium*, ubi cum quæreretur = *An Punctatoris officium perpetuo conferendum ſit alicui ex Vicariis, ſeu potius liberum ſit Decano, & Capitulo ad idem officium, quamcumque beneviſam perſonam aſſumere in caſu &c.*, reſponſum fuit: *Ad X. eligendum eſſe unum Clericum de Choro arbitrio Capituli*. 37

Si authenticum fundationis, aut dotationis Eccleſiæ, de qua agitur, monumentum adducatur, illi plene eſt deferendum ad pro-

38 probandam Juriſpatronatus qualitatem, & pertinentiam, juxta Rotam in *d. Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23. *Junii* 1766. §.3. *in princ. cor. Azpuru*. Sed hac in re notandum, quotieſcumque per authenticas ſcripturas, ſeu documenta, authentica, & originalia probatum fuit Juſpatronatus, nil curandum
39 eſſe, an ex privato, vel ex publico prodierint Archivio, Rota *in Tudertina ſubſidiorum* 5. *Maii* 1760. §.6. *cor. Frangipane*, *& d. Compoſtellana* §.11.

Cæterum ſi prædictum fundationis, aut dotationis monumentum inter antiquitatis tenebras deliteſcat, vel alia de cauſa perierit, tunc plurimum juvabit confugere ad immemorabilem,
40 vel quaſi poſſeſſionem præſentandi: quemadmodum Rota declaravit *in ſupra cit.* §.3. Si enim Parochialis Eccleſia, de qua agitur, Juriſpatronatus ſervituti non fuiſſet obnoxia, nimis admodum eſt inveriſimile, quod Epiſcopi neglexiſſent illam libere conferre, ad notata a *Card. de Luca de Jurep. diſc.*9. *ſub n.*32., *De Fargna eod. tract. part.*5. *caſu* 1. *can.*12. *ſub n.*22., Rota *d.* §.3. ibi = *Nemo namque ſibi ſuaſerit, tot, qui in Archiepiſcopali Compoſtellana Cathedra ſederunt, Antiſtites neglexiſſe Parochialem libere conferre, niſi ipſis fuiſſet perſpectum illam Juripatronatus Monaſterii ſubeſſe* =. Multo magis, ſi teſtes in ætate 70. annorum conſtituti, de propria, & de majorum memoria, perpetuaque voce, ac fama perhi-
41 bentes fidem, juxta præſcriptum *Gloſſæ in cap.*1. *verbo* Memoria *de præſcript. in* 6., immemorabilem quaſi poſſeſſionem præſentandi comprobaverint: *Gallemart. ad Conc. Trid. ſeſſ.*25. *de ref. cap.*9., Rota *d. Compoſtellana* §.3.

Sed ſupponamus inſuper Regia concurrere diplomata, quibus Eccleſia, de qua agitur, donetur *cum omnibus ſuis appendiciis, &*
42 *cum omni ſua voce, & cantu*, vel *cum ſua hæreditate*, iuxta Rotalem ſpeciem, de qua in *d. Compoſtellana* §.10. Tum etiam ſupponamus Pontificem ſua Conſtitutione enunciaviſſe Juriſpatronatus per-
43 tinentiam Eccleſiæ, de qua controvertitur: quemadmodum *in cit.* §.10., hiſce, aliiſque ſimilibus in caſibus nemo non videt, quanta firmitate remaneat probata Patronalis pertinentia, *ex cit. locis*. In ſubjecta enim Juriſpatronatus materia immemorabilis quaſi poſſeſſio præſentandi præſtantior reputatur, quoties illa nedum ex teſtibus fide dignis, & legitime deponentibus, ſed etiam
44 ex vetuſtis non ſuſpectis ſcripturis educatur: quas quidem ſatis eſt centum jam elapſis annis editas fuiſſe: quemadmodum ex mente S. Conc. Trid. notat *Gallemart. d. ſeſſ.*25. *de ref. cap.*9., *Barb. de poteſt. Epiſc. alleg.*72. *n.*35., *Card. de Luca de Jurep. diſc.*57. *n.*26., Rota *d. Compoſtellana* §.10.

Nefas præterea erit de Patronali pertinentia dubitare, quotieſ-

tieſcumque probata remaneat ex ſacris viſitationibus Ordinariorum, qui ſerio declaraverint Eccleſiam, de qua diſputatur, eſſe 45
Juripatronatus obnoxiam. Ordinarii enim in adeo ſeriis viſitationum circumſtantiis, non oſcitanter, ſed re bene perſpecta Patronalem Eccleſiarum, quæ ipſis inſunt, qualitatem enunciare ſolent: 46
Rota *d. Compoſtellana Parochialium* 5.*Jul.*1755. §.8. *cor. Herreros*, 10. *Maii* 1766. §.8. *cor. Pergen.*, & *d. Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23.*Jun.*1766. §.12. *cor. Azpuru*. Cumque ad Ordinarios de juſtitia, & officio pertineat libertatem Eccleſiarum ſuæ diœceſeos vindicare, juxta Rotam *in Colonien. Vicariæ* 9.*Ju-* 47
nii 1766. §.10. *cor. Pergen.*, non ſine injuria denegaretur Partonalis qualitas, quæ ab ipſis Ordinariis in actis ſeriis viſitationum fuit manifeſtata, & approbata: ad *d.* §.10. ibi = *Nulla melior ſubjectionis probatio dari poteſt, quam quæ ab eorum reſultat confeſſionibus*.

Immo etſi in ultimis Ordinariorum viſitationibus nihil ab illis ſcriptum proponatur, quod Patronalem pertinentiam reſpiciat: attamen hujuſmodi ſilentium non eſſet retorquendum in detrimentum illorum, pro quorum Jurepatronatus in anterioribus viſitationibus fuit enunciatum: quemadmodum Rotale Auditorium de- 48
claravit in *Compoſtellana Parochialium* 10.*Mart.*1766. §.*ultimo cor. Pergen.* Nam poſt affirmativam enunciationem in pluribus viſitationibus factam de Patronatu, ſilentium in cæteris habitum reſolveretur in negativum actum, qui certe cum non poſſet referri ad libertatem Eccleſiæ, jam læſam ex antecedentibus viſitationum monumentis, nullius roboris foret, ut id, quod antea factum, relatumque fuit, deſtructum, obliteratumque diceretur: *d.*§.10.

Agitur de Patronali pertinentia non ſemel ab Ordinariis per ſerias, maturaſque enunciativas, & confeſſiones approbata: agitur de jure legitime quæſito, Patronis ex mera conjectura non au- 49
ferendo: ex Concil. Trid. in *ſeſſ.*25. *de ref. cap.*9. *in princ.* ibi = *Sicuti legitima Patronatuum jura tollere, piaſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt* =. Hinc in caſu, de quo agitur, præter alia rationum momenta, quæ Juſpatronatus excluderent, neceſſarium eſſet, ut primæ Ordinariorum enunciativæ de medio tollerentur per contrarias declarationes Ordinario- 50
rum in actis viſitationum expreſſe, & individue factas, arg. ducto ex eodem Trid. *cap.*9. *a verſ. Reliqui*, *verſ. Similiter*, & ex Rotali ſpecie in *Nicien. Miſſæ ſolemnis* 5.*Mart.*1762. §.4. 5. 12. *cor. F. Paracciano*: ubi declaratum fuit, facultatem celebrandi Miſſam ſolemnem in feſto Sancti Titularis Eccleſiæ ruralis ab Ordinario ſemel impetratam in erectione Eccleſiæ, non eſſe iterum petendam: ſique peculiari ex cauſa ab Ordinario, vel Synodalibus Con- 51
ſtitutionibus deinde prohibeatur hujuſmodi functio; debere prohibitio-

bitionem, ſeu revocationem facultatis eſſe expreſſam, & indivi-
dualiter tangere Eccleſiam, de qua agitur: ſecus Rectorem ma-
nutenendum eſſe in poſſeſſione, & nullatenus turbandum.

Dixi = *Præter alia rationum momenta, quæ Juſpatronatus ex-*
cluderent = Si enim Ordinarii in ultimis viſitationibus etiam ex-
preſſe denegaviſſent Patronalem pertinentiam, quam alii non ſe-
mel in anterioribus admiſerunt: adhuc tamen Patronus in hujuſ-
52 modi conflictu non eſſet a jure, & poſſeſſione arcendus, præſertim
ſi aliis adminiculis fulciatur: eodem modo, quo in conflictu te-
ſtium, quorum alii de affirmativa, alii de negativa obſervantia
deponunt, ii ſunt præferendi, qui de obſervantia deponunt juris
53 diſpoſitioni, juſtitiæ, & æquitati conſentanea, juxta facti ſpecies,
de quibus S. Cong. Concil. in *Aſculana Proceſſionum* 3. *Febr.* 1753.
§. *Addunt, & ad dub.*, atque Rota in *Treviren. Quartæ funeralis* 21.
Mart. 1757. §. *Firma in fine cor. Canilliac.*

Legitima igitur patronatuum jura tollere, & pias fidelium
voluntates in eorum inſtitutione violare æquum non eſt; ut lo-
54 quuntur Trid. Patres *in cit. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9., juxtaque ea,
quæ habentur in folio S. Cong. Concil. in *Peruſina Cappellaniæ Cho-*
ralis 20. *Jun.* 1770. §. *Capitulum*, ibi = *Diminutionem proinde ſer-*
vitii Chori a Cappellano expoſtulatam, aperte adverſari menti Teſta-
toris, quæ omnino ſervari debet = atque Rota in *Terentina Primoge-*
nituræ 5. *Mart.* 1717. §. *Nihil cor. Card. Cincio*, & in *Taurinen. Be-*
neficii ſuper pertinentia Patronali 12. *Jun.* 1761. *cor. Herreros*, &
3. *Jul. d. anni cor. eodem* §. 19. ubi habetur, quod omni poſſibili in-
55 terpretatione vitandum eſt, ne Rotale Reſcriptum, & Epiſcopa-
lis erectio diſſertiſſimæ Fundatoris diſpoſitioni adverſetur.

Attamen ferendum non eſt, ut Patronorum jura, & Funda-
torum voluntates, ultra quam par ſit, extendantur, & inter-
56 pretentur in alterius, ac præſertim jurium Parochialium detri-
mentum, juxta facti ſpeciem, atque reſolutionem S. Cong. Con-
cil. in *Comen. Functionum* 17. *Maii* 1749. *ad* 7. *dubium*, ubi reſpon-
ſum fuit, a Rectore Eccleſiæ Patronalis impediri non poſſe Paro-
chum non ſolum a jure ducendi proceſſionem funebrem, ſed
etiam a jure peragendi exequias, & officium funebre ſuper cada-
57 vere in eadem Eccleſia ſepeliendo. Quamquam enim Fundato-
res in limine fundationis imponere valeant qualſcumque honeſtas
58 conditiones, etiam juri communi contrarias; ex *cap. Cum plan-*
tare, ibique *Gloſſa verbo Eccleſias de privileg.*, Rota in *Tranen. ju-*
ris nominandi 1. *Jul.* 1745. §. *Sicut coram Em. Buſſio*; In dicto ta-
men caſu Fundator ſibi dumtaxat reſervavit Juſpatronatus, atque
59 ſepulturam; nulla interim habita mentione quoad Rectorem Ec-
cleſiæ: Immo Epiſcopus in actu præd. erectionis ſuam interpo-

ſuit

fuit auctoritatem, ſeu conſenſum præſtitit ſub hac ſalutari clauſula = *Sine præjudicio jurium Parochialium, juxta Synodales Conſtitutiones* =, quemadmodum videri melius poteſt in folio *d. Tranen. pag.*44. & concordat in noſtro propoſito alia facti ſpecies, quæ habetur apud Rotale Auditorium in *Leodien. Parochialis de Peer* 11. *Jun.*1771. §.11. *coram Riccio;* ubi admiſſa quidem fuit Patronalis pertinentia ob Eccleſiæ ædificationem, penitus tamen rejecta præ- 60
tenſa unionis qualitas.

Nunc vero fingamus erectionem a fundationis lege diſſentire. Quæri a nonnullis poſſet, quænam regula tenenda ſit in Jurepatronatus cognoſcendo, & dijudicando. Tali in caſu præcipue ſpectanda eſt erectio, licet etiam a Fundationis, ſeu Teſtamenti lege diſſentiat, donec ſaltem per rem judicatam erectio non emendetur, & ad Fundatoris voluntatem non revocetur. Rota in *Se-* 61
nogallien. Canonicatus de Luchis 23.*Jun.*1710. §.*Inutiliterque coram Em. Aldrovando*, ac in *Taurinen. Beneficii ſuper pertinentia Patronali* 12.*Jun.*1761. §.1. *coram Herreros*, confirm. 3. *Jul. d. anni coram eodem*.

Demum notemus differentiam, quæ intercedit inter erectionem Beneficii, ac Capellaniæ Eccleſiaſticæ, & erectionem Canonicatus ſive in Cathedrali, ſive in Collegiata Eccleſia. In erectione Beneficii, & Capellaniæ Eccleſiaſticæ conſenſus, & auctoritas Epiſcopi, ſeu Ordinarii omnino requiritur: ita ut mera 62
Capellania laicalis evadat, quotieſcumque canonica erectio deſideretur: *Cap. Ad hæc de relig. dom.*, *Garz. de benef. part.*1. *cap.*2. *n.*121., Sac. Cong. Concil. in *Ferentina Capellaniarum* 22. *Aug.* & 19. *Novemb.*1750. relata in *Anconitana Capellaniæ* 12. *Maii* 1770. §. *Proponitur*. Concordat reſolutio *ad* 1. *dubium*, ubi in caſu, de quo agebatur, reſponſum fuit, Capellanias eſſe laicales, a laicis 63
tamen poſſideri non poſſe.

Quod attinet ad ſecundam partem præd. reſolutionis, ſciendum eſt, quod Capellaniæ mere laicales, quæ tamquam mera legata pia cum onere Miſſarum conſiderantur, retineri quoque poſſunt a perſonis laicis, etiam a mulieribus, & infantibus: juxta 64
S. Congreg. Concil. in *Romana Capellaniæ* 12. *Jul.*1721., *in Civitatis Caſtelli* 1. *Febr.*1766., relat. in *d. Anconitana* §. *Hinc* §. *Et*:
Niſi vel expreſſa, vel tacita voluntas Fundatoris repugnet: *Card.* 65
*de Luca de benef. diſc.*61. *n.*4., & *diſc.*69. *n.*5., S. Cong. Concil. *d. Anconitana* §. *Quare*: ibique Rota in *Hydruntina Capellaniæ* 9. *Maii* 1698. §. *Quamvis coram Pio*. Et hoc modo intelligi poſſunt contrariæ reſolutiones S. Cong. Concil. relatæ in *d. Anconitana* §. *At licet cum* 3. *ſeqq.*, atque *d. Anconitana ad* 2. *partem dubii*:

Digitized by Google

quemadmodum videri melius poteſt in folio d. cauſæ, præſertim *pag.* 126. 129. ubi verba fundationis referuntur.

In erectione autem Canonicatus juvat diſtinguere Collegiatam numeratam a non numerata: ut in 1. *parte hujus Tract. de Re Paroch. tit.* 2. *a num.* 89. Si enim Eccleſia Collegiata ſit numerata nempe erecta cum certo, ac fixo Canonicorum numero, tunc Epiſcopus ſuam nequit interponere auctoritatem, ſed ne-
66 ceſſaria eſt Sedis Apoſtolicæ approbatio, *d. tit.* 21. *n.* 92., ac in folio S. Cong. Concil. in *Sabinen. participationis* 28. *April.* 1770. §. *Contra*, ibi = *Contra inquit, Capitulum, non eſſe de Eccleſia Collegiata erecta cum certo Canonicorum numero, qui non niſi Apoſtolica auctoritate augeri poterat*.

E contrario ſi Collegiata non ſit numerata, quamvis Epiſcopus ſuam poſſit interponere auctoritatem, adhuc tamen Capi-
67 tuli conſenſus requiritur; ita ut erectio aliter facta penitus nulla evadat, & irrita. *Cap. Sicut* 28. *de elect.*, *Felin. in cap. Cum acceſſiſſet* 15. *de conſtit. & cap.* 18. *n.* 18. *de præb.*, S. Congreg. Concil. in *d. Sabinen.* §. *Ambigi*, ibique eadem S. Congreg. in una *Aquinaten.* 20. *Febr.* 1677. *ad bina dubia*, in una *Sabinen. erectionis Archidiaconatus* 14. *April.* 1696. *ad dubium*, & in una *Firmana erectionis Canonicatuum* 13. *Sept.* 1734.

Si Capitulum juſta de cauſa contradicat, & conſenſum denegent novæ erectioni, tunc non obligatur ad ſocii admiſſionem,
68 ſed potius voluntatis Fundatoris ſit commutatio: ut S. Cong. Concil. *in Aretina Cappellaniæ, ſeu Canonicatus* 29. *Novemb.* 1698., *in Maceraten. commutationis voluntatis* 30. *Aug.* 1704. relat. in *d. Sabinen. participationis* §. *Ubi autem*. Secus tamen dicendum, ſi in-
69 juſte diſſentiat: tunc enim eo etiam contradicente ſit locus erectioni: S. Congr. Concil. in *Caſenaten. erectionis Archipresbyteratus* 6. *Maii* 1723., in *Firmana erectionis Canonicatus* 12. *Sept.* 1734., *d. Sabinen.* §. *Ubi*.

Notandum inſuper, quod Capitulum novæ erectioni conſen-
70 tiens nonnullas adjicere poteſt conditiones; quæ, ſi juſtæ ſunt, ac honeſtæ, ſuſtinentur, & a S. Congregatione Concilii approbantur: *d. tit.* 2. *n.* 94., ac S. Cong. Concil. *d. Sabinen. participationis* §. *At Capitulum*. Juſta ex. gr. erit conditio, quod novus Canonicus nec activam, nec paſſivam habeat vocem in negotiis tangentibus intereſſe antiquorum dumtaxat Canonicorum: vel quod non participet de legatis, anniverſariis, bonis, aliiſque juribus jam in præteritum ad Capitulum ſpectantibus: *d.* §. *At Capitulum*, ibique S. Cong. *in Aretina erectionis Canonicatuum* 5. *Maii* 1702., *in Alatrina* 8. *Febr.* 1729., *in Tolentina Archipresbyteratus* 1. *Febr.* 1766.

Con-

Digitized by Google

Concordat S. Congreg. Epiſcoporum relata *d. tit.2. ſub n.94.* in *Vrbinaten. prætenſæ participationis* 30. *Jan.*1762., ubi reſponſum fuit, *Canonicum Jo. Mariam Semproni non eſſe admittendum ad participationem penſionis in caſu &c.*

Si vero Capitulum nullis adjectis conditionibus, ſed pure ac
libere novi Canonicatus erectioni aſſenſum præbuit, non una ea-
demque eſt Canoniſtarum opinio de quæſtione: num novus Cano-
nicus ad omnia emolumenta, & legata Capitulo relicta indiſtin- 71
cte ſit admittendus; prout notatur in *d. Sabinen. §. Sin vero cum*
5. *ſeqq.* Verum regula omnis conticeſcit, quando vel expreſſe,
vel ex conjecturis, & argumentis appareat, mentem Teſtatoris
fuiſſe, ut novus Canonicus ad participationem admittatur: ad 72
l. Pater filium 38. §.6. *de leg.*3., *l. Civilibus* 2. *de reb. dub.*, *d. Sabi-
nen.* §. *Verum*. Et concordat Sacra Congregatio in *d. Sabinen. par-
ticipationis* 12. *Maii* 1770. *ad dubium*, ubi reſponſum fuit Canoni-
cum *Clavelli* poſſeſſorem Canonicatus nuncupat. *Philippi*, pure,
libere, ac ſine ulla reſtrictione, vel conditione acceptatum a Ca-
pitulo, participare debere de legatis, diſtributionibus quotidia-
nis, aliiſque emolumentis, de quibus participant alii Canonici;
dummodo reſideat, & inſerviat in omnibus ad inſtar aliorum Ca-
nonicorum, & conferat tertiam partem pro diſtributionibus;
quemadmodum videri poteſt in *tom.*39. *theſ. reſolut. pag.*119.

AD TITULUM XI.

De triplici Unione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Parochialium Eccleſiarum uniones, ubi juſtæ, ac neceſſariæ concurrunt cauſæ, permitti ſolent.*

2 *In hac admodum odioſa materia, ubi res dubia eſt, potius æque principalis, quam ſubjectiva unio judicatur.*

3 *Inutilis eſt erectio Vicariæ perpetuæ, quæ per unionem ſubjectivam incontanenti deſtruitur.*

4 *Appellatio* Vicariæ, Rectoriæ &c. *an, & quando unioni potius ſubjectivæ, quam æque principali conveniat.* Et num. 6. 7.

5 *Parochiæ, Vicariæ, Rectoriæ nomina pro ſynonimis haberi ſolent.*

8 *Qualitas Beneficii collativi, ac per conſequens unio æque principalis, etſi ex ultimo ſtatu probari nequeat, atta-*

Digitized by Google

men probata remanet ex præcedentibus.

9 *Libertas Eccleſiæ, quæ ſubjective unita prætenditur, ob defectum neceſſariæ probationis, a S. Rotali Auditorio vindicatur.* Et n.10.

11 *Ab eo, qui unionem Parochialem ſubjectivam prætendit, adeo rigoroſe ſuæ intentionis fundamentum probandum eſt, ut ab aliis ad illam, de qua agitur, Eccleſiam, nulla illatio admittatur.* Et n.12.

13 *Ab exemplis non eſt deſumenda judicandi norma.*

14 *Ab ædificatione Eccleſiæ argui dumtaxat poteſt Juſpatronatus.*

15 *Unio ſubjectiva cum Jurepatronatus eſt omnino incompatibilis.*

16 *In materia privilegiorum capienda eſt ſtrictiſſima interpretatio.*

17 *Privilegia memorantur rejecta contra prætenſam unionem ſubjectivam.* Et n.18. cum 2. ſeqq.

21 *Non obſtante confirmatione actus confirmatus remanet in illomet ſtatu, in quo primum reperiebatur.*

22 *An, & quando in antiquis confirmatio probare valeat confirmatum.*

23 *Unio ſubjectiva non ſolis conjecturis, & argumentis, ſed certis undique demonſtrationibus eſt evincenda.* Et n.41.

24 *Unio ſubjectiva Parochialis male arguitur ex omiſſione Concurſus.* Et n.25. 30. 31. *ubi dantur rationes, exempla, & ampliationes.*

26 *Parochiales Eccleſiæ per Concurſum providendæ ſunt ex Trid. Concil.* ſeſſ.24. de ref. cap.18., & 33. *Conſtit.* Piana, *quæ clauſula* ſublata, *& decreto irritante munita eſt.*

27 *Contra clauſulam* ſublata, *& decretum irritans nulla conſuetudo, ne centenaria quidem ſuffragari poteſt.*

28 *In materia valde odioſa, & præjudiciali concludentiſſime probanda eſt conſuetudo.*

29 *Per unicum etiam actum in contrarium deſtruitur.*

32 *Longæva obſervantia ex pluribus ſtatibus probata quoad pacificas collationes Eccleſiæ, de qua agitur, prætenſam unionem ſubjectivam omnino reſpuit. Et quare.*

33 *Litteræ Apoſtolicæ* novæ proviſionis, *quando, & quomodo expediantur.* Et n.34.

35 *Nominatio ad Parochialem Eccleſiam, prætenſam ſubjective unitam, quæ effectu ſuo caruit, non attenditur. Et quare.* Ac ſub n.37.

36 *Univerſitas Lovanienſis ex Indulto Apoſtolico conferre poteſt, ſeu nominare ad Beneficia vacata in nonnullis menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis.*

37 *Eccleſiæ vere, & ſubjective unitæ a reſervationibus Apoſtolicis ſunt immunes.*

Unde Sedes Apoſtolica transferre nequit in alium jus nominan-

nandi, ac conferendi, quod ipſo non habet. Ibid.

38 *Argumentum petitum a* L. Barbarius 3. de off. Præt., *& a S. Congreg. Concil. in* Cæſarauguſtana Matrimonii 10. Mart. 1770. ad 1. dubium, *non attenditur in materia unionis Parochialis. Et quare*. Ac ſub n. 39. & n. 41.

39 *Solvitur objectum deſumptum a quodam Statuto Congregationis particularis apud* Rigantium, *quoad Indulta Pontificia conceſſa Univerſitatibus Studiorum, ac præſertim Lovanienſi*. Et n. 43. 45.

40 *Beneficia ſæcularia præſertim Parochialia, ex juris præſumptione libera, & collativa perpetuo reputantur, donec de ſubjectiva unione, eorumque amovibilitate concludenter doctum non fuerit*. Et n. 76.

Iſtaque juris præſumptio contrariis documentis concludenter non refutata, locum probationis tenet. Sub d. n. 40.

42 *In iis, quæ facti ſunt, quemadmodum uniones Parochiales, & Beneficiales, non opinio, ſed ipſa veritas attenditur*.

44 *Ex tranſactione, & concordia quoad nonnullas Eccleſias ſpecifice deſignatas, inferri nequit contra libertatem Eccleſiæ in illa non comprehenſæ*.

46 *Unio ſubjectiva, excluditur ex iſtius ſilentio habito in pluribus proviſionibus factis de controverſa Eccleſia plurium ſæculorum effluxu; ex continua Eccleſiæ* Parochialis, *vel* Parochi *appellatione; & ex ſolo jure aſſerto nominandi, ac præſentandi*. Et ſub n. 50,

47 *Argumentum ab inveroſimili efficax in jure reputatur*.

48 *Verbum* Parochi, *&* Parochialis, *independentem Parochum, & Parochiam deſignat*.

49 *Ex ſolo jure nominandi, ac præſentandi argui dumtaxat poteſt Juſpatronatus*.

50 *Unio ſubjectiva excluditur ex vocatione Eccleſiæ per reſignationem*. Et n. 51.

52 *Beneficia perpetuo unita an, & quomodo reſignantur*.

53 *Item excluditur unio ſubjectiva, ſi Parochus conferat, ſeu nominet ad nonnullas Cappellanias intra ſuam Eccleſiam fundatas: ſi redditus independenter percipiat: ſi redditionem rationis exigat a Miniſtris Fabricæ: ſique in diſmembratione Parochiæ annuam penſionem ſibi reſervavit. Et quare*.

54 *Unio æque principalis, non ſubjectiva dicitur, ſi uniens ſtatuerit* = Ut ambæ Eccleſiæ pro una Eccleſia curata, & Parochia habeantur, & per unum Rectorem regantur, & gubernentur, ſicuti aliæ Eccleſiæ invicem unitæ. *Et quare*.

55 *Verbum* aliæ *oſtendit de his duabus Eccleſiis idem eſſe dicen-*

cendum, ac de iis, quæ invicem ſunt unitæ.

Verba, come gli altri *omnimodam ſimilitudinem, eaſdemque qualitates important*. Ibid.

56 *Item unio æque principalis dicitur, ſi iſta fuerit adjecta lex in actu unionis* = Ut Eccleſiæ unitæ in omnibus ſervitiis, & obſequiis ſuis non graventur, ſeu aliquo modo fraudentur =. *Et ratio aſſignatur*.

57 *Quando cauſa finalis æquo jure concurrit in utraque Eccleſia ob redditnum tenuitatem, unio æque principalis judicatur*.

58 *Verba* = Perpetuo univit, adnexit, incorporavit = *vel* = Unimus, aſſignamus, incorporamus =. *An unioni ſubjectivæ conveniant*.

59 *Non ex aliquorum verborum cortice, ſed ex tota diſpoſitionis ſerie, & ſubſtantia de unionis ſpecie eſt judicandum*.

60 *Verba* = Cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis = *vel* = Cum omnibus fructibus, redditibus, juribus, & emolumentis =, *an ſubjectivæ unioni conveniant, vel non*. *Et quare*. Et n.61.

61 *Verba* = Cum ſuis appendicibus = *vel* = Cum ſuis appendiciis, & adjunctionibus &c. *Unioni ſubjectivæ convenire nequeunt*.

Referri enim poſſunt ad ſolam Juriſpatronatus translationem. Ibid.

63 *Vera qualitas unionis ſubjectivæ argui nequit ex digniori tate Eccleſiæ, cui altera fuit unita, quando de unione apertiſſime conſtat*,

64 *Unio ſubjectiva, an argui poſſit ex eo, quod in viſitationibus, Synodis, pluribuſque Actis publicis non ſemel Eccleſia fuerit nuncupata alterius ſuffraganea, & quandoque ne nominata quidem*. Et n.66.

65 *Ordinariorum enunciativis maxime eſt deferendum, ut vera Eccleſiarum qualitas eruatur*.

67 *Unio æque principalis judicatur, ſi Parochi in collationum litteris ſemper fuerint inſcripti Rectores utriuſque Eccleſiæ*.

68 *Item, ſi poſſeſſionem ſemper nacti fuerint utriuſque Eccleſiæ*.

69 *Per unionem ſubjectivam adeo Eccleſiæ unitæ immutatur ſtatus, ut nè nomen quidem amplius remaneat*.

70 *E contrario per unionem æque principalem ſola fit alteratio quoad Rectorem*.

71 *Apprehenſa poſſeſſione principalis, apprehenſa quoque dicitur acceſſorii*.

72 *Natura acceſſorii eſt, ut qualitates ſui principalis ſequatur*.

73 *Unita Eccleſia matrice* cum omnibus juribus, & pertinentiis &c. *Unita quoque intelligitur Eccleſia filialis, & acceſſoria*.

74 *De-*

74 *Dependentia, connexio, & pertinentia unius erga alteram Eccleſiam, probatur per inſtrumenta poſſeſſionis, & enunciativas ex antiquiſſimis, & non ſuſpectis codicibus extractas.*

75 *Verba* = Nec non exercendi animarum curam ſive per ſe, ſive per alium Presbyterum, ſive Regularem, ſive Sæcularem ad nutum Prioris, & Monachorum ponendum, amovendum =. *Unionem ſubjectivam indicant.*

77 *Vicarii perpetui Collegiatæ a Decano, & Capitulo ſuis Vicariis privari nequeunt.*

Ad titulum earumdem promoveri poſſunt ad ſacros Ordines. Ibid.

78 *Unio ſubjectiva valde evincitur ex ſucceſſivis, & nunquam fere interruptis, ſpatio biſcentum annorum nominationibus factis per Abbatem ſive ad nutum, ſive per obitum, de Religioſo ſui Ordinis, & Monaſterii.*

Multo magis probatur per confeſſiones Ordinariorum, vel tempore viſitationis, vel tempore inſtitutionis. Ibid.

79 *Cum ad Ordinarios ſpectet jus vindicandi libertatem Eccleſiarum ſuæ diœceſis, nulla melior ſubjectionis probatio dari poteſt, quam quæ ab eorum reſultat confeſſionibus.*

80 *Unio æque principalis probatur, ſi Parochi reſidere conſueverint in Eccleſia unita, & affirmaverint, id ſe jure facere poſſe, veluti Rectores utriuſque Eccleſiæ.* Et n.84.

81 *Quando Eccleſia eſt alteri ſubjective unita, Parochus tenetur reſidere in principali.*

82 *E contrario ſi unio ſit æque principalis poteſt Parochus in alterutra reſidere.*

Eodem modo, quo Epiſcopus poteſt alternativam ſervare pro peragendis functionibus in Eccleſiis æque principaliter unitis, Ibid.

83 *Quæ ſingulari ratione nituntur, ad caſum, de quo agitur, minime ſunt protrahenda.*

ETSI Parochialium quoque Eccleſiarum uniones, ubi
juſtæ, ac neceſſariæ concurrunt cauſæ, permitti ſo- 1
leant, juxta rationes, & auctoritates, quas abunde
attulimus in *tit.* præſertim 10. *part.*1. *hujus Tract. de*
Re Paroch., atque Synod. Tuſcul. an.1763. *part.*1.
*cap.*14. *art.*1. §.6.*pag.*157.; quoniam tamen in materia admodum
odioſa verſamur, *d. tit.*10. *n.*16. 125., quotieſcumque de unione
Parochiali appareat, non vero de ejus qualitate, ea ſemper tenenda
eſt regula, ut in dubio æque principaliter facta, non ſubjective,
& acceſſorie judicetur: ut in hoc *tit.*11. *d.* 1. *part. n.*57., 2
ac alibi paſſim. Concordat Rotale Auditorium in *Tarraconen. Matricitatis* 13.*Jun.*1766. §.3.& 16. *cor. Zelada*, ubi ſic legitur: *Dubitari*

tari igitur nequit, quin unio fuerit non quidem ſubjectiva, ſed æque principalis, pro ut cæteroquin, & jure præſumitur &c.

Hujus rei gratia ſciendum, quod Archiepiſcopus Tarraconenſis Card. Cervantes anno 1573. in ſacra viſitatione diſmembravit a ſua Cathedrali, & Parochiali Eccleſia Tarraconenſi Eccleſiam *della Canonia*, iſtam in Vicariam perpetuam erexit cum redditibus pro neceſſaria Vicarii ſuſtentatione, eodemque die univit viciniori Eccleſiæ *del Maſricart*: ea tamen lege, ut pro una Eccleſia curata, & Parochia haberentur, ab uno regenda, & gubernanda Rectore ad inſtar aliarum ad invicem unitarum: quemadmodum videre poteritis *in appendice ad tit.6. de Matricit. Paroch. Eccleſ. ſub n.*14. Ex quibus omnibus eodem die ab Archiepiſcopo præd. peractis, liquet apertiſſime illius mentem fuiſſe, ut unio æque principalis haberetur, non vero ſubjectiva: ſecus enim inani exitu præmiſiſſet erectionem Vicariæ perpetuæ, quæ per
3 unionem ſubjectivam incontanenti deſtrui debebat: juxta obſervationem Rotalem in *d. Tarraconen. Matricitatis* §.4.

Nec reponas *Vicariæ*, *Rectoriæ* appellationem potius ſubje-
4 ctivæ, quam æque principali unioni convenire: ad Rotam in *d. Tarraconen.* §.5., & in *Leodien. Parochialis de Peer* 3. *Jul.*1769. §.17. *cor.Cornelio*, ac 2. *Jun.*1770. §.7. *cor. Riccio*. Id enim verum eſt, quando præd. vocabula referuntur ad Eccleſiam, cui deinde unio facta fuit: *d. Tarraconen*: §.5., *d. Leodien.* §.17. Secus vero dicendum, quando nullam relationem habent cum Eccleſia, quæ prætenditur unita; quando nempe Eccleſia diſmembrata eſt Vicaria, ac Rectoria a nemine dependens, neminique ſubjecta, ideoque vera, ac propria Parochia a cæteris ſeparata: cum
5 Parochiæ, Vicariæ, ac Rectoriæ nomina pro ſynonimis haberi ſoleant: *d. tit.*11. *n.*105., *Barb. de jur. Eccleſ. univ. lib.*3. *cap.*6. *n.*27., Rota *dec.*101. *n.*13. *cor.Herrer.*, *d.Tarraconen. Matricitatis* §.5. *in fine*, & *d. Leodien Parochialis de Peer* §.17.

Quod attinet ad Rotalem ſpeciem in *d. Leodien.* 1. *Jun.*1771. §.7. *coram Riccio*, ubi in litteris Apoſtolicis adhibetur dubitativa
6 expreſſio *Rectoris*, ſeu *Vicarii*, & *Parochialis*, ſeu *Vicariæ*, animadvertendum eſt, quod iſta æquivoca nuncupatio ſolam Expeditoris dubitationem indicabat, traduci autem non poterat ad indicandam veram, & propriam qualitatem Eccleſiæ; adeoque probationi libertatis, & qualitatis collativæ Eccleſiæ, ac per conſequens excluſioni prætenſæ ſubjectivæ unionis nil detrahere pote-
7 rat prædicta dubitativa expreſſio, quæ non percutiebat ſubſtantiam, & qualitatem Eccleſiæ, de qua *in d.* §.7. Idque multo magis, quando conjecturæ, & argumenta ita clara concurrunt, ut prætenſæ unionis ſubjectivæ qualitatem excludant, ut *in d.* §.7. Sique ex

ex hypotheſi controverſa qualitas Beneficii collativi ex ultimo ſtatu probari non poſſet, admitti omnino deberet, quotieſcumque ex præcedentibus ſtatibus illa concludenter evinceretur: ac per conſequens amandanda eſt omnino prætenſa qualitas unionis 8
ſubjectivæ, juxta Rotalem obſervationem *in cit.* §.7.

Rotales ſpecies explanavimus in *d. Tarraconen. Matricitatis* 23.*Jun.*1766. §.5. *coram Zelada*: *& d. Leodien. Parochialis de Peer* 3.*Jul.*1769. §.17. *coram Cornelio*, *&* 11.*Jan.*1771. §.7. *coram Riccio*. Hac tamen in re notanda eſt differentia, quæ circa utraſque verſatur. Etenim in *d.Tarraconen.* apparebat de unione Eccleſiæ: quoniam vero prætenſa unio ſubjectiva probari non potuit, ideo a Rotali Auditorio libertas Eccleſiæ per excluſionem hujuſmodi unionis ſubjectivæ, & admiſſionem æque principalis, fuit 9
jure ac merito vindicata: quemadmodum vidiſtis. E contrario *in d. Leodien.* contendebatur a Monaſterio S. Trudonis Ordinis S. Benedicti Eccleſiam Parochialem de Peer eſſe ſubjective unitam, quando tamen unionis peractæ nullum in individuo, & concreto caſu apparebat veſtigium, ut melius infra: unde fortiori 10
titulo in hoc ultimo caſu reſpondendum erat contra Monaſterium, & reſpective contra illum, qui d. Parochiali fuerat a Monaſterio proviſus, cum litteris Pontificiis *novæ proviſionis* habentibus clauſulam: *Dummodo Parochialis menſæ Abbatiali perpetuo Canonice unita ſit, & non alias*; quemadmodum videre melius poteritis in narratione facti in *d.Leodien.* 3.*Jul.*1769. §.1.*&* 2. *cor.Cornelio.*

Profecto, qui contendit Parochialem Eccleſiam eſſe plenarie unitam, debet hujuſmodi unionem concludentiſſime probare, 11
*d. tit.*11. *n.*59., *d. Leodien.* §.10. ubi hæc notantur = *Ex his porro omnibus ſequitur, quod non tam ad Michaelem ſpectat unionem excludere, quam ipſi Liberto Antonio onus incumbat eamdem prorſus unionem concludenter evincere*. Iſtudque intentionis fundamentum adeo rigoroſe probandum eſt ab eo, qui prætendit ſubjectivæ unionis qualitatem, ut ab aliis Eccleſiis ad illam, de qua controvertitur, ne minima quidem ſit admittenda illatio: *d.tit.*11. *n.*60. ibi- 12
que Rota, cum aliis relatis in *d. Leodien.* 3. *Jul.*1769. §.19., *& ult. cor. Cornelio*, ubi ſic legitur = *Cæterum quoties Antonius Libertus neque profert inſtrumentum ſecutæ unionis, nec meliora exhibet argumenta eamdem unionem comprobantia, perperam præſidium mutuare adnititur ex poſſeſſione per Abbatem exercita conferendi quoad alias diverſas Eccleſias, ob eam prævalidam, & ſupra indicatam rationem, quia ab unione nempe unius Eccleſiæ non valet illatio ad effectum arguendi, præſumendique unionem alterius diverſæ* =. Et concordat eadem Rota in *d. Leodien.* 15. *Jan.*1770. §.9. *coram eod. Cornelio*.

Quamvis enim concludenter probetur unio ſubjectiva aliarum Eccleſiarum, adhuc remanet concludenter probandum, quod Eccleſia, de qua diſputatur, ſit quoque plenarie unita: rejectis interim in contrarium adductis exemplis, a quibus judicandi nor-
13 ma non eſt deſumenda: quemadmodum indicavimus in noſtra prima *Præfat. ad univerſ. Opus de Re Paroch.* §. *Poſt ſingulas pag.* XVII. *edit. Rom.* 1763., atque obſervat Rotale Auditorium *d. Leodien.* 3. *Jul.* 1769. §. 19., *&* 13. *Jan.* 1770. §. 9. *cor. Cornelio*. Neque etiam valebit ad probandam unionem ſubjectivam, concludenter demonſtraviſſe Eccleſiam, de qua agitur, fuiſſe propriis ſumptibus
14 ædificatam. Primum enim ex hujuſmodi ædificatione argui dumtaxat poterit Patronalis pertinentia: *ex cap. Significavit de teſtibus, Rocc. de Jurep. verbo Eccleſiam fundavit fol.* 59., Rota *dec.* 254. *n.* 3. *part.* 3., *dec.* 36. *n.* 1. *par.* 16. *recent.*, *d. Leodien. Parochialis de Peer* 11. *Jan.* 1771. §. 12. *cor. Riccio*, Secundo ex hujuſmodi Patronali pertinentia probata, admiſſaque, legitima profluit conſequentia, Eccleſiam, de qua diſputatur, non eſſe plenarie unitam: cum ne tyrones quidem ignorare poſſint unionem ſubjectivam, & plena-
15 riam cum Jurepatronatus eſſe omnino incompatibilem: juxta rationes, & auctoritates a nobis adductas in *d. tit.* 11. *n.* 145. 146. 147. 150., cum aliis in *d. Leodien. Parochialis* 3. *Jul.* §. 14., 15. *Jan.* §. 10., *&* 11. *Jan. d.* §. 11. ibi = *Si autem Jurispatronatus titulum ſibi Abbates aſſeruerunt, conſequens eſt, ut nullam ſubjectivæ unionis prætenſionem habuerint: cum notum cuique ſit ſubjectivam unionem cum Jurepatronatus ſimul eſſe non poſſe*.

Si Apoſtolicum aliquod privilegium adducatur in ſubſidium prætenſæ unionis ſubjectivæ, cum verſemur in materia valde
16 odioſa, præjudiciali, & a jure communi recedente, ſtrictiſſima in dubio capienda eſt interpretatio: *ex cap. Non poteſt* 21. *de præb. & dignit. in* 6., *cap.* 9. *de privil.*, *cap.* 47. *de reg. juris in* 6., Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 11., S. Congreg. Concil. in *Conſtantien. juriſdictionis* 31. *Maii* 1770. §. *Ad IX.*, Rota in *Meliten. Proceſſionum* 24. *Jan.* 1757. §. 6. *cor. Em. Paracciano*, 14. *Febr.* 1759. §. 3. *&* 5. *cor. Herreros*, ac *d. Leodien. Parochialis de Peer*, ut infra. Igitur inefficax erit prætenſum privilegium quotieſcumque illius
17 authographum deſideretur; juxta Rotam in *d. Leodien. Parochialis* 3. *Jul.* 1769. §. 7. *&* 15. *Jan.* 1770. §. 11. *cor. Cornelio*: ubi notanda ſunt illa verba = *Primum quippe defuit hujuſce Innocentiani privilegii authographum rite compulſatum*.

Multo magis erit inefficax, ſi appareat illud per non uſum
18 fuiſſe amiſſum, juxta S. Congreg. Concilii in cauſa *Veneta* 17. *Jul.* 1720., ac in noſtro propoſito Rotale Auditorium *d. Leodien.* §. 7. ibi = *Quapropter nihil neceſſe fuit Michaeli Lovette de hoc aſ-*

ſer-

Digitized by Google

ſerto privilegio expreſſam habuiſſe mentionem, *nedum quia eo Abbas in præcedentibus vacationibus nuſquam uſus eſt*=. Fortiorique ratione, ſi conſtiterit prætenſum privilegium ab alio Pontifice cum clauſulis effrænatiſſimis derogatoriis fuiſſe ſublatum: *Gonzal. ad Regul.8. bodie 9. Cancell. gloſſa 133. per tot.*, *Rigant. ad eamdem Regul.9. §.5. n.41.*, Rotale Auditorium in *Vrgellen. Plebaniæ 16. Febr.1728. §.Præſuppoſita cor. Card.Aldrovando*, *d. Leodien. 2.Julii 1709. §.7.*, *& 15.Jan.1770. §.1. cor.Cornelio*.. 19

Nunc vero fingamus prætenſum privilegium non amiſſum, non abrogatum, ſuo cum authographo in judicium produci; hiſce tamen non obſtantibus nullius erit momenti ad indicandam unionem ſubjectivam Eccleſiæ, de qua controvertitur, quotieſcumque de ea in individuo, & expreſſe non loquatur, ſed unice appareat in clyentelam S. Sedis fuiſſe accepta Bona Monaſterii, aliuſve Loci pii contendentis unionem ſubjectivam, vel, 20 confirmatam dumtaxat fuiſſe poſſeſſionem Bonorum, & Altarium quæ in diverſis Eccleſiis detineantur, *d. tit.11. n.156.*, Rota *d. Leodien. 3.Jul.1769. §.15.*, *15.Jan.1770. §.10. cor. Cornelio*, *11.Jan.1771. §.13. 14. cor. Riccio*: ubi in noſtro propoſito rejectum fuit privilegium *Victoris IV.*, in cujus Bulla hæc leguntur; *Altaria, quæ in diverſis Parochiis legitima poſſeſſione poſſidetis*: item privilegium *Alexandri III.* in ſua Bulla ita loquentis = *Sicut ipſas de conceſſione Leodienſium Epiſcoporum in Perſonatibus poſſidetis*, *& in eorum ſcriptis authenticis continetur*, *vobis*, *ac Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus*.

Cum igitur authentico Epiſcoporum Leodienſium conceſſiones exhibitæ non fuerint, perperam traduci poterant Pontificiæ Bullæ ad probandam ſubjectivam unionem controverſæ Parochialis Eccleſiæ de Peer, quando revera nihil aliud continent, præter confirmationem illius poſſeſſionis, quæ legitime Monaſterium jam potiebatur: nemine ignorante, eam eſſe confirmationis indolem, atque naturam, ut actus confirmatus remaneat in illomet ſtatu, in quo præcedenter reperiebatur, ex *cap.Dilecta* 21 *§.Non autem de confirm.*, Rota *dec.317. n.14. cor. Ratto*, *d. Leodien. in cit. locis*.

Nec reponas, quod confirmatio in antiquis aliquando probat confirmatum. Iſta enim regula valere quidem poſſet, quo- 22 tieſcumque litteræ, ſeu Bullæ Pontificiæ ſpecifice, & in individuo donationes Eccleſiarum aſſererent. Secus vero dicendum, quando dumtaxat recenſent Bona, & Eccleſias ſuper quibus conceſſiones privilegiorum, vel iſtorum confirmationes petitæ fuerunt: ut in *d.Leodien.*, in qua confirmatio privilegiorum tantum extendebatur ad Altaria, & Bona ſuperius indicata. Adeoque

dicta generica verba manifeſte indicant Pontificem non habuiſſe certam ſcientiam ſingularum conceſſionum, & ſic ex his litteris nulla quoad ſingulas Eccleſias haberi poteſt ſpecifica donationis probatio, ac per conſequens prætenſæ Parochialis Eccleſiæ unio eſt omnino amandanda: Rota *d. Leodien. Parochialis* 11.*Jan.*1770. §.14. *coram Riccio*. Verſamur enim in materia ſubjectivæ unionis, quæ non ſolis conjecturis, & argumentis, ſed certis undique demonſtrationibus eſt evincenda, ad hoc, ut originaria Ec-
23 cleſiæ libertas præjudicata, ſublataque remaneat: juxta Rotam in *Sedunen. Unionis* 6. *Jan.*1736. §.6. *cor. Vicecom.*, 5. *April.*1756. §.5. *coram Card. Caprara*, *d. Leodien.* 11. *Jan.*1770. §.16. *coram Cornelio*.

Inter has inefficaces conjecturas, aliis adminiculis deſtitutas, numerari quoque debet illa, quæ deſumitur ex omiſſione
24 concurſus in Eccleſia Parochiali, de qua diſputatur: quemadmodum rationibus, atque auctoritatibus demonſtravimus in *d. tit.*11. *a n.*201., ac Rota quoque obſervat in *d. Leodien.* 3. *Jul.* §.16. 18., 15. *Jan.* §.3. *cor. Cornelio*, & 11. *Jan.* §.12. *cor. Riccio*. Ad effectum arguendi unionem ſubjectivam concludenter probandum eſt, quod in ſingulis vacationibus controverſæ Eccle-
25 ſiæ Parochialis, Concurſus ſemper fuerit omiſſus; ſecus vero dicendum, ſi hujuſmodi omiſſio merus ſit abuſus, meraque corruptela: quemadmodum dicenda eſt illa, quæ habetur in diœceſi præſertim Leodienſi: quod ſatis ſuperque eſt, ne ullum libertatis Eccleſiæ, ejuſque ſtatui collativo detrimentum irrogetur per admiſſionem prætenſæ unionis ſubjectivæ ex Rota *dec.*32. *num. fin.*, *dec.*198. *n.*19. *part.*18. *recen.*, *in Colonien. Parochialis* 11. *Jan.*1757. §.12. *cor. Em. Migazzi*, *d. Leodien.* 3. *Jul.*1769. §.16. 18., 15. *Januar.*1770. §.3. *cor. Cornelio*, & 11. *Jan.*1771. §.12. *cor. Riccio*.

Igitur cum aliunde concludenter non probetur prætenſa qualitas unionis ſubjectivæ, cumque interim agatur de Parochiali
26 Eccleſia per Concurſum omnino providenda, ex Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*18., atque Conſtitut. 33. Divi Pii V., quæ clauſula *ſublata*, & decreto irritante munita eſt, in peſſum rue-
27 re omnino debet contraria conſuetudo non indicendi Concurſum: Rota *d. Leodien.* §.3. *cor. Cornelio*, & §.12. *cor. Riccio*. Ea enim eſt natura clauſulæ *ſublata*, & decreti irritantis, ut ne centenaria quidem conſuetudo cujuſcumque generis illa ſit, ſuffragari valeat, juxta S. Congreg. Concil. in *Reatina mediæ annatæ* 12. *Maii* 1770. §. *Ad primum*, ibique Rotale Auditorium in *dec.*9. *n.*38. *cor. Pænia*, *dec.*571. *n.*11. *cor. Cerro*, & *in Gerunden. Canonicatus* 3. *Mart.*1727. §.30. *cor. Calcagnino*.

Itaque cum conſuetudo in materia valde odioſa, & præju-

dicia-

diciali, concludentiſſime probari debeat: Rota *dec.*1038. *n.*37. 28
cor. Molines, *dec.*208. *n.*5. *cor. Emerix Jun.*, *& in Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23. *Jun.*1766. §.4. *cor.Azpuru.* Cumque ad evertendam hujuſmodi conſuetudinem unicus etiam actus in contrarium ſufficiat; S. Congr. Concil. in *Reatina juris* 29
tumulandi 10. *Mart.*1770. *Addunt*, ibique Rota *dec.*162. *n.*9. *cor. Ludovico*, *& dec.*74. *n.*16. *in miſcell. cor. Falconer.* Multo magis in noſtro caſu in obſequium Trid. Concil., & *Piana* Conſtit., & ad vindicandam Eccleſiæ, de qua agitur, in titulum collativæ libertatem, præſcribi debet prætenſa conſuetudo non indicendi Concurſum, quando conſtat fuiſſe quandoque inditum, ſed ob injuſtum impedimentum alterius, non potuiſſe ad exitum 30
perduci, juxta ſpeciem Rotalem, de qua in *d.Leodien. Parochialis de Peer* 3.*Jul.*1769. §.3. *cor. Cornelio*, *&* 11. *Jan.*1771. §.12. *cor. Riccio*. Multoque magis excludi debet prætenſa unio ſubjectiva ſi is, qui in cauſa fuit, ne indictus Concurſus effectum ſortiretur, ſuæ prætenſionis de hoc non indicendo rationes adduxerit, nullo interim allegato ſomniatæ unionis titulo, quem ſane neutiquam allegare deſtitiſſet, velut fundamentum totius 31
controverſiæ, quotieſcumque illum ſibi ſuffragari poſſe cognoviſſet: ex Rota *d. Leodien.* 3.*Jul.*1769. §.16. *cor. Cornelio*.

Si Summi Pontifices, aliique ex Pontificiis indultis Parochialem Eccleſiam, de qua controvertitur, pacifice ſemper contulerint, nefas omnino eſſet in dubium revocare, quin prætenſa unio ſubjectiva ex hac longæva obſervantia ex pluribus ſtatibus 32
probata, penitus excludatur, ex notatis a *Murga de benef. qu.*4. §.2. *n.*17., *Slevogt. de union. Eccleſ. & Benef. ſect.*1, *cap.*3. §.6., *Hert. de Eccleſ. filial.* §.2., Rota in *Tarraconen. Matricitatis* 23. *Jun.*1766. §.16. *cor. Zelada*, ac fortiori ratione in *d. Leodien.* 3. *Jul.*1769. §.12., *&* 15. *Jan.*1770. §.5. *cor. Cornelio*. Etenim, quemadmodum obſervatur *in cit.* §.5., ſi Parochialis Eccleſia, de qua controvertitur, eſſet plenarie unita, quocumque tempore vacatio ſequatur, hujuſmodi Eccleſia in titulum non collativa ob nauram unionis ſubjectivæ, privative providetur ab eo Monaſterio, vel loco, favore cujus militat unio ſubjectiva. Unde ſi controverſa Eccleſia eſſet plenarie unita, nec Pontifex, nec alii eam unquam pacifice adeo contuliſſent: eaque propter, quantum ex hujuſmodi collationibus probatur concludentiſſime liber ſtatus collativus ejuſdem Eccleſiæ Parochialis, tantumdem reſpuitur quælibet ſomniata ipſius unio ſubjectiva, atque plenaria.

Præterea notandum, quod, quando Eccleſiæ Parochiales, vere, & proprie unitæ ſunt præſertim Monaſteriis, tunc hujuſmodi

modi Eccleſiæ, ſeu Vicariæ conferri debent ad nominationem, & præſentationem illorum, quibus unitæ proponuntur, etiam ſi
33 vacent in menſibus reſervatis: Dummodo tamen expediantur a Dataria Apoſtolica litteræ novæ proviſionis: juxta Conſtitut. 47. *D. Pii V.*, de qua Rota in *d. Leodien.* 3. *Jul.* 1769. §. 7. *cor. Cornelio*. In qua tamen nominatione, ſeu præſentatione ad Eccleſiam, ſeu Vicariam, coram Ordinario, vel Pontifice exprimi omnino debet, quod illa ſit de Vicaria = *Monaſterio noſtro Cano-*
34 *nice perpetuo unita* =. Unde ad effectum impediendi liberam tituli collationem, probandum eſt documentis concludentibus, quod Eccleſia, de qua controvertitur, prædicto modo fuerit proviſa, ſeu per nominationem expletam cum præfata clauſula: *Monaſterio noſtro &c.* Ita ut nominationes factæ hoc modo quoad alias Eccleſias, ſeu Vicarias, extendi nullatenus valeant ad Eccleſiam, de qua controvertitur. Rota *d.* §. 17.

Sed ſupponamus, quod in aliqua vacatione ſecuta in menſe reſervato, facta fuerit a Monaſterio nominatio ad Eccleſiam Parochialem, quæ prætenditur ſubjective unita, ſed ſuo effectu iſta
35 caruerit: nulla profecto huic etiam ſtatui vel integritatis, vel dubietatis nota inurri poteſt, juxta ſpeciem, & obſervationem Rotalem in *d. Leodien. Parochialis* 3. *Jul.* 1769. §. 2. *cor. Cornelio*, 15. *Jan.* 1770. §. 6. *cor. eodem*, & 11. *Jan.* 1771. §. 10. *cor. Riccio*. Cum enim Eccleſia Parochialis de Peer vacaverit in menſe Januario Sedi Apoſtolicæ reſervato, Univerſitas Lovanienſis in vim
36 Indultorum Apoſtolicorum nominavit novum Rectorem, ſeu Parochum, qui etſi ab Abbate S. Trudonis nominationem reportaſſet, ea tamen uſus non fuit, ſed ea dumtaxat præd. Univerſitatis, cujus vigore inſtitutionem ab Ordinario reportavit, fuitque in poſſeſſionem Parochiæ immiſſus. At ſi d. Eccleſia Parochialis, ſeu Vicaria perpetuo fuiſſet ſubjective unita Monaſterio Trudonenſi, d. Univerſitas Lovanienſis, aut alius nominare, ac conferre minime potuiſſet, nec poſſet: eo quod Eccleſiæ vere, ac ſubjective unitæ Monaſterio, aliive loco, a reſervationibus Apo-
37 ſtolicis immunes habeantur, ac per conſequens Apoſtolica Sedes non poſſet in alium transferre jus nominandi, ac conferendi quod ipſa non habet, Rota *d. Leodien.* 11. *Jan.* §. 9. Neque Abbas paſſus fuiſſet ſuam nominationem neglectam iri, quodque de ea nullum prorſus verbum fieret in litteris inſtitutionis: quæ omnia ſatis ſunt, ut ex his invictiſſimum eruatur argumentum ad excludendam aſſertam unionem ſubjectivam. *d. Leodien.* 3. *Jul.* 1769. §. 12. *cor. Cornelio*, & 11. *Jan.* 1771. §. 10. *cor. Riccio*.

Nec in ſubſidium prætenſæ unionis ſubjectivæ adducas illam rationem, quod nempe controverſa Parochialis Eccleſia unita hoc mo-

Digitized by Google

modo crederetur, quodque opinio, & ſententia invaluerit, quod Indulta Pontificia Univerſitatibus Studiorum conceſſa, ſuas quoque producerent vires ad conferenda Beneficia, & Vicarias, quæ ſubjective unitæ probarentur: arg. ducto a famigeratiſſima *Lege Barbarius 3. de off. Prætoris*, ubi acta, & decreta Servi, qui Prætoria fungebatur dignitate, valida fuerunt declarata, atque Sac. 38
Cong. Concil. in *Cæſarauguſtana Matrimonii* 16. *Mart*. 1770. *ad* 1. *dubium*, ubi declaratum quoque fuit validum matrimonium contractum coram teſtibus, & Sacerdote, qui ab omnibus verus Parochus, vel Vice-Parochus habebatur; juxtaque Statutum particularis Congregationis relatum a *Rigantio*, teſte Rotali Auditorio 39
in d. Leodien. 15. *Jan*. 1770. §. 6. *cor. Cornelio*.

Primum enim, quod attinet ad præd. *Legem Barbarius*, ſpecies ibi proponitur de quodam Servo, qui quandiu latuit, dignitate Prætoria functus fuit: quærebatur, an quæ dixit, & decrevit, eſſent omnino reprobanda, & reſponſum fuit, illa de jure nullius eſſe momenti ob defectum legitimæ poteſtatis; quoniam vero ab omnibus ut Prætor habebatur, ſaltem ob publicam utilitatem *ex æquitate* aliter eſſe dicendum judicatum fuit: ibi = *Si Servus, quandiu latuit, dignitate Prætoria functus ſit, quid dicemus? An quæ dixit, quæ decrevit, nullius fore momenti? An fore propter utilitatem eorum, qui apud eum gerunt, vel lege, vel quo alio jure? Et verum puto, nihil eorum reprobari? Hoc enim humanius eſt* =. Notate hæc ultima verba: *Hoc enim humanius eſt*: per quæ aperte indicatur, negotium ad mera æquitatis principia reduci.

Quod attinet ad reſolutionem S. Congreg. Concilii in *d. Cæſarauguſtana Matrimonii* ſciendum eſt, quod quidem nobilis vir *Antonius Patino* ex Marchionibus de Caſtellar, cum ſtatuiſſet matrimonium inire cum nobili Puella *Nicolaſia Blaſio*, prævidens Conſanguineos, & ejus præſertim genitorem, qui ſumma in Civitate Cæſarauguſtana auctoritate pollebat, gravia interpoſituros eſſe impedimenta, expediens duxit conſentiente Puella, illud contrahere abſque denunciationibus, quarum diſpenſatio fuit conſtanter negata tum a Vicario generali, tum ab Archiepiſcopo. Hinc per epiſtolam evocato die 16. Januarii 1763. in Nicolesiæ domum ſitam ſub Parochia S. Laurentii Sacerdote *Matthia Guillen*, qui poſt obitum Parochi illius Eccleſiæ, veluti Regens, ac Vice-Parochus tunc habebatur, eoque in interiores manſiones introducto, matrimonium coram ipſo, & duobus teſtibus per verba de præſenti contraxit. Quæſitum fuit a S. Congregatione Concilii, utrum conſtaret de validitate matrimonii ut ſupra contracti, & Emi Patres perpenſis hinc inde rationibus, *affirmative* reſpon-

ſponderunt: quemadmodum videre commodius poteritis in folio d. cauſæ 10. *Martii* 1770. *a pag.* 51. *ad* 56. ubi plura occurrunt ſcitu, & notatu neceſſaria, quæ nos veluti ab inſtituto noſtro aliena ſilentio prætermittimus.

In noſtro propoſito agitur de re longe diverſa, nempe de Beneficiis præſertim Parochialibus, quæ ex juris præſumptione
40 libera, & collativa perpetuo reputantur, niſi de ſubjectiva unione concludentiſſime doctum fuerit: *Card. de Luca de Paroch. diſc.* 13. *n.* 18., *Lotter. de Re benef. lib.* 1. *qu.* 28. *n.* 104., Rota *d. Leodien. Parochialis* 15. *Jan.* 1770. §. 4. *cor. Cornelio*, & 11. *Jan.* 1771. §. 4. *cor. Riccio*. Ita ut dicta juris præſumptio nullis contrariis documentis concludenter refutata, locum probationis obtineat: *d. Leodien.* 11. *Jan.* 1771. §. 4. Hinc, ſi ad inferendam ſubjectivam unionem, certæ undique demonſtrationes requiruntur, non meræ
41 conjecturæ ex ſupra jam demonſtratis, & *d. Leodien.* 11. *Jan.* 1770. §. 10. *coram Cornelio*, quando magis amandari debet prædicta conjectura, quæ ex ſola opinione eruitur? Nemo enim ignorat, quod in iis, quæ non tam iuris ſunt, quam facti, quemadmodum uniones Parochiales, ac Beneficiales, non opinio, ſed ipſa veri-
42 tas dumtaxat eſt attendenda: ad *cap. Cum in jure de offic. deleg.*, Rotale Auditorium in *Romana*, *ſeu Ferrentina diviſionis* 28. *Aprilis* 1757. §. 5. *in fine*, *cor. Stadion.*

Quoad vero præd. Statutum Congregationis particularis, de quo *Rigantius* citatus a Rota in *d. Leodien.* 11. *Jan.* 1771. §. 6. *cor. Cornelio*, etſi per hypotheſim Indulta Pontificia Univerſitatibus Studiorum, ac præſertim Lovanienſi, de qua *in d.* §. 6., conceſſa, vires quoque ſuas producerent, juxta communem opinionem, ad
43 Beneficia, & Eccleſias, ſeu Vicarias ſubjective unitas: adhuc probandum ſupereſt, quod controverſa Parochialis Eccleſia ſit vere, ac proprie unita. Eodem modo, quo, ſi tranſactio, atque concordia ſecuta fuerit quoad nonnullas Eccleſias ſpecifice deſignatas ineptiſſima foret illatio ad alias in concordia non compre-
44 henſas; proindeque inefficax omnino eſſet ad inducendam qualitatem ſubjectivæ unionis contra libertatem Eccleſiæ, quæ a concordia ne tangitur quidem: Rota *d. Leodien. Parochialis* 11. *Jan.* 1771. §. 15. *coram Riccio*. Ceſſat inſuper quæcumque difficultas, ſi non obſtante præf. Statuto Congregationis particularis, Univerſitas, de qua agitur, controverſam Eccleſiam, uti liberam dein-
45 de contulerit, juxta ſpeciem, & obſervationem Rotalem *in cit. Leodien.* 15. *Jan.* §. 6.

Multo magis excludi debet prætenſa qualitas unionis ſubjectivæ, ſi in pluribus proviſionibus factis de controverſa Eccleſia plurium ſæculorum effluxu nullum umquam de hac aſſerta ſubje-

ctiva

Digitized by Google

ctiva unione verbum excidat, ſed immo Eccleſia, de qua agitur 46
Parochialis ſemper fuerit nuncupata, atque ille, qui de unione
ſubjectiva contendit, nullum aliud, niſi occaſione nominandi,
ac præſentandi jus ſibi in d. Eccleſia aſſeruit; ex *Pariſ. de reſign.
lib.2. cap.9. n.1.*, *Rebuff. in praxi Benef. tit. de union. n.12.*, Rota
*in Leodien. Paſtoratus loci de Munſterbilſen. 23. Jun.1766. §.8 cor.
Cornelio*, *d. Leodien. Parochialis de Peer 3. Jul.1769. §.13.*, *15.
Jun.1770. §.4. cor. Cornelio*. Etenim ſi controverſa Parochialis
Eccleſia eſſet plenarie unita, quemadmodum prætenditur, omni-
no eſt inveroſimile, quod in tam longo ſæculorum effluxu nulla
in proviſionibus facta fuerit mentio: quod ſane argumentum ad
excludendam unionem ſubjectivam ab inveroſimili petitum, effi-
cax in jure noſtro ſemper fuit in quacumque judiciali controver- 47
ſia reputatum: ex ſupra paſſim adductis, & concordat Rotale Au-
ditorium in alia facti ſpecie in *dec.204. n.6. cor. Ratto*, *ac dec.128.
ſub n.18. verſ. Quin immo coram Clemente XIII.* tunc *Carolo Rez-
zonico*, ibi = *Eamdemque inexiſtentiam aſſerti compromiſſi etiam a par-
te ante, ſatis comprobat ipſa inveriſimilitudo*.

Quod autem in proviſionibus factis, Eccleſia, de qua agitur,
ſemper fuerit nuncupata ſimpliciter *Parochialis*, id ſatis clarum eſt
ad evincendam qualitatem ejuſdem Eccleſiæ in titulum collativæ,
ac proinde a quacumque implicta plenaria ſubjectione penitus alie-
næ: propterea quia verbum *Parochialis* veram, ac independen- 48
tem Parochiam deſignat: Rota *d. Leodien. Parochialis 3. Jul.1769.
§.11.*, *& 15. Jan.1770. §.4. coram Cornelio*, cum aliis ibi addu-
ctis auctoritatibus: ubi notanda ſunt illa verba = *Cui etiam adver-
ſatur expreſſio facta in iiſdem litteris Eccleſiæ Parochialis*.

Demum quoad jus nominandi, ac præſentandi, quotieſcum-
que concludentiſſime non probetur qualitas unionis ſubjectivæ,
ad jus dumtaxat referri poteſt, quod ad aliquem pertineat velut
Patronum, ob ædificationem Eccleſiæ, vel aliam ſimilem ob cau- 49
ſam, juxta ea, quæ paſſim diximus *in 1. parte hujus Tract. de Re
Paroch. tit.8.*, *atque tit.9.* Concordat Rota in *d. Leodien. Parochia-
lis 3. Jul.1769. §.14. & 18.* ubi notanda illa verba = *Et altera ei-
dem Abbati uti Trudonenſi, qua Eccleſiæ Patrono* = atque 15. *Jan.1770.
§.10. coram Cornelio*, *& 11. Jan.1771. §.11. coram Riccio*, ibi = *At
hic ædificationis titulus valere non poteſt, niſi ad aſſertionem Ju-
riſpatronatus &c.*

Præterea ſi Parochus Eccleſiam, de qua controvertitur, vel
pure, vel cum annua penſione reſignaverit, atque ob id illa va-
caverit: iſte modus vacationis Eccleſiæ per reſignationem exu-
berat ad excludendam ejuſdem ſubjectivam unionem: utpote cui 50
nihil magis repugnare poteſt, quam ſtatus collativus, & vacatio

per reſignationem: quemadmodum in individuo tradunt *Gonzal. ad regul.8. hodie 9. Cancell. gloſſa 5. §.7. n.11. & ſeqq.*, Rota *d. Leodien. Paſtoratus loci de Munſterbi ſen. 23. Jun.1766.* §.10. *coram Cornelio*, cum aliis in *d. Leodien. Parochialis 3. Jul.1769.* §.10. *coram eodem*. Fortiorique titulo, ſi in litteris Apoſtolicis reſignationis nulla fiat mentio unionis, nulla nominationis ad aliquem ſpectantis, ſi ſileat Vicarii, & Vicariæ appellatio, ſed Parochialis, & Parochi nuncupatio uſurpetur, & nomen vacationis adhi-
51 beatur: hujuſmodi expreſſiones vacationis Eccleſiæ, Parochialis, Parochi, atque reſervatio penſionis, quantum aptæ ſunt ad evincendam Eccleſiam, de qua agitur, eſſe in titulum collativam, tantumdem apertiſſime evincunt, prætenſam unionem ſubjectivam eſſe omnino rejiciendam: *Gonzal. ut ſupra n.7. 20.*: *Nicol. in praxi benef. tit.1. dub.7.* §.20., Rota *d. Leodien. Paſtoratus 13. Febr.1767.* §.9. *cor. Cornelio*, *d. Leodien. Parochialis 3. Jul.1769.* §.11., *25. Jun.1770.* §.4. *cor. d. Cornelio*, & *11. Jan.1771.* §.8. *cor. Riccio*:

Nec reponas, quod in Beneficiis perpetuo ſubjective unitis,
52 reſignationes in manibus Pontificiis recte admittantur; quodque eorum indoli non repugnet, ut aliquando vacationis vocabulum adhibeatur. Etenim ſciendum eſt, quod ex inveterato, atque recepto ſtylo Datariæ Apoſtolicæ litteræ reſignationis de Beneficio unito nunquam conceduntur, niſi adhibita præſervativa clauſula = *Beneficium alias ad nominationem Abbatis, ſeu Capituli provideri aſſueviſſe* =, quemadmodum ex teſtimonio plurimorum Datariæ Officialium *anno* 1706. narratum fuit in *Forolivien. Parochialis coram Omanna*, relat. in *d. Leodien. Parochialis 11. Jun.1771.* §.1. *coram Riccio*. Hinc, quotieſcumque appareat litteras Apoſtolicas fuiſſe expeditas abſque præd. clauſula, comprobatum remanet, quod Summus Pontifex admiſit reſignationem Parochialis, de qua agitur, non uti de Beneficio unito, ſed de Beneficio libero, atque collativo, juxta Rotam in *d. Leodien. Paſtoratus 27. Jun.1766.* §.11. *cor. Cornelio*, & *d. Leodien. Parochialis de Peer 11. Jan.1771.* §.6. *cor. Riccio*.

Si Parochus Eccleſiæ, de qua controvertitur, jure proprio nonnulla conferat Beneficia intra eamdem fundata, ſeu ad non-
53 nullas Capellanias nominet; ſi certus habeat redditus, eoſque independenter percipiat; ſi redditionem rationis exigat a Miniſtris Eccleſiæ Parochialis; ſi in diſmembratione Parochiæ ſuum conſenſum præſtiterit cum annua penſionis reſervatione, & alia ſimilia peregerit, hæc omnia ſatis ſuperque ſunt ad excludendam quamcumque Eccleſiæ ſubjective unitæ prætenſam qualitatem: propterea quia hæc ſingula ſpectare privative deberent ad illum lo-

locum, cui d. Eccleſia unita prætenditur: ex notatis a *Pitonio de controv. Patron. alleg.*100. *n.*75., Rota *dec.*105. *n.*16. *coram Herrera*, & alibi in *d. Leodien. Parochialis de Peer* 3.*Jul.*1769. §.18.. 15.*Jan.*1770. §.7. *coram Cornelio*, 11. *Jan.* 1771. §.16. *coram Riccio*.

Nunc vero fingamus de unione conſtare per legitima documenta in judicium producta, & approbata: quæri a nonnullis poſſet, quænam regula tenenda ſit, ad cognoſcendum, ac dijudicandum, utrum æque principaliter, vel potius plenarie, & ſubjective facta fuerit præd. unio. Hac in re ſciendum, quod ex mente Ordinarii unientis, & ex verbis, quibus ipſe utitur in actu unionis, argui commode poterit, quid in propoſito ſit definiendum. Etenim ſi Ordinarius uniens duas Eccleſias interim ſtatuat = *Ambas Eccleſias pro una Eccleſia curata, & Parochia haberi, & per unum Rectorem regi, & gubernari ſicut aliæ Eccleſiæ invicem unitæ* = quid dubitandum erit de unione æque principaſi non vero 54
ſubjectiva, cum latere neminem debeat, unionem æque principalem dici, quando duæ, vel plures Eccleſiæ ad invicem uniuntur: *d. tit.*11. *n.*4. *noſtræ* 1. *Partis hujus Tract. de Re Paroch.*. *Turricell. de union. cap.*3. *n.*10. cum aliis relatis in *Tarraconen. reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum* 29. *Jan.*1761. §.12. *coram Zelada, & in Tarraconen. Matricitatis* 23. *Jun.*1766. §.2. *coram eodem*.

Illud enim verbum: *Aliæ* oſtendit de his duabus Eccleſiis idem dicendum eſſe ac de iis, quæ ad invicem unitæ ſunt; præſertim cum Ordinarius uniens etiam poſt unionem ambas Eccle- 55
ſias conſideraverit, uti vere conſtituentes diverſas Parochias: eo ipſo quod mandavit, non uti eſſent, ſed ut haberentur pro una Parochia, & ab uno Rectore regerentur, ac gubernarentur, juxta Rotalem obſervationem in *d. Tarraconen. Matricitatis* §.6. Concordat quod in alia ſpecie legitur in folio S. Congreg. Concil. in *Firmana Manſionariæ* 15. *Decemb.* 1770. §. *Advertit pag.*278., ubi habetur, quod verba Teſtatoris = *Come gli altri* = omnimodam ſimilitudinem, eaſdemque qualitates important, ibique *Piton. de controv. Patron. alleg.*27. *n.*7. & 8., *Cyriac. controv.*69. *n.*38., Rota *dec.*916. *n.*6. *cor. Cerro, & dec.*673. *n.*5. *part.*19. *rec.*

Simili etiam modo ſi Ordinarius in actu unionis hanc adjecerit legem, ut Eccleſiæ unitæ = *In omnibus ſervitiis, & obſequiis ſuis non graventur, ſeu aliquo modo fraudentur* = id aperte deſignat qualitatem unionis æque principalis: propterea quia parem utriuſ- 56
que Eccleſiæ voluit, ac fecit Ordinarius conditionem: in neutra voluit immutatum quodammodo Eccleſiæ ſtatum; quod proprium eſt unionis æque principalis, & omnino repugnat unioni

 ſubje-

ſubjectivæ, atque plenariæ: *d. tit.*11.*a n.*6., *Piton. diſcept.*9. *n.*4., Rota *dec.*534. *n.*3., *dec.*563. *n.*5. *cor. Molin.*, *d.Tarraconen. reædificationis* §.11., *d. Tarraconen. Matricitatis* §.7.

Cauſa quoque inſpici debet, propter quam unio facta fuit. Si enim primo, & principaliter anguſtiam reddituum utriuſque Eccleſiæ Ordinarius conſideraverit, eoſque redditus agnoverit, *Adeo tenues, ut ex ipſis in qualibet earùm unus Presbyter, ſeu Re-*
57 *ctor ſe ſubſtinere commode, & honeſte minime poſſit*; Si ſecundo, & minus principaliter Eccleſiarum, & Locorum proximitatem præ oculis habuerit, propterea quia compertum fuit, *eas* ex. gr. *mille paſſus communes non diſtare*: Duas habemus cauſas, quarum prima finalis eſt, propter quam unio principaliter facta fuit; altera eſt impulſiva, quæ unioni cauſam dedit. Quare ſi cauſa finalis unionis æquo jure concurrebat in utraque Eccleſia, ob præd. tenuitatem reddituum, non magis profecto affirmari poteſt, unam Eccleſiam ſubjective unitam fuiſſe alteri, quam dici contra valeat, hanc illi fuiſſe ſubjectam: *Slevogt. de union. Eccleſ. & Beneſ. ſect.*1. *cap.*3. §.8., Rota in *Compoſtellana Parochialium* 17.*Jan.* 1749. §.7. *coram Cortada*, *d. Tarraconen. reædificationis* §.9., quæ a nobis indicatur *d. tit.*11. *a n.*84., *ac d. Tarraconen. Matricitatis* §.8. *in fine*.

Difficultas verſari poteſt circa illa verba = *perpetuo univit, adnexit, incorporavit* = vel = *Unimus, aſſignamus, incorporamus*.
58 Iſta verba per ſe conſiderata magis ſubjectivam, quam æque principalem unionem deſignant: Rota *d. Tarraconen. reædificationis* §.7. *cum aliis in d. tit.*11. *n.*69. *& in Colonien. Vicariæ* 9.*Jan.*1766. §.3. *coram Pergen.* Fallit tamen quando ſubjectivæ unioni non conveniat nec reliqua diſpoſitionis ſeries, nec præſcriptæ conditiones, nec cauſa finalis, immo nec etiam veroſimilis mens unientis. Debile enim eſt fundamentum, quod deſumitur vel ex modo loquendi, vel ex nonnullis unionis verbis, juxta obſervationem Rotalem *d. Leodien. Matricitatis* §.9. Quandoquidem non ex aliquorum verborum, uti ajunt, cortice, ſed ex tota diſpoſi-
59 tionis ſerie, atque ſubſtantia de unionis ſpecie ferendum eſt judicium: ex *Pignatell. conſult.*22. *n.*13., *Slevog. ut ſup. cap.*3. §.1. & §.5., Rota *Compoſtellana Parochialium* 27.*Jun.*1749. §.*Licet coram Cornelio*; *d. Tarraconen. Matricitatis* §.9., ubi memoratur alia Rotalis deciſio in *Aſtoricen. Parochialis* 8.*Jun.*1748. §.0. *coram Caprara*, etiamſi in ea ſpecie magis efficacia verba haberentur ſubjectivam unionem importantia.

Simili quoque modo, quamquam verba illa = *Cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis* = vel = *Cum omnibus fructibus, redditibus, juribus, & emolumentis* = ſubjectivam potius indicent, quam

quam æque principalem unionem, juxta Rotam in *d. Tarraconen. &* 60
reædificationis §.8., cum aliis per nos citatis in *d. tit.*11.*n.*76. 81.,
atque in *d. Colonien. Vicariæ* §.3. Id tamen fallit, quando ex mente
unientis aliter omnino eruatur: quod contingit, quando Ordinarius
unam Eccleſiam alteri univit, ut ſupra, ex cauſa præcipua
paupertatis, & proximitatis utriuſque Eccleſiæ; utque per unum
Rectorem regi, ac gubernari poſſint, ſicut aliæ invicem unitæ, juxta
Rotalem ſpeciem, & obſervationem in *cit. Tarraconen. Matricitatis*
23.*Jun.*1766. §.10. *cor. Zelada*.

Re enim vera, ſi d. translatio jurium, reddituum, emolumentorum ad
indicandam ſubjectivam unionem extenderetur, inutilis omnino fuiſſet
illa ſubſtantialis conditio, & expreſſio, ut per unum Rectorem regi,
ac gubernari poſſent, ſicuti aliæ invicem unitæ: quia per unionem
ſubjectivam, atque plenariam hujuſmodi translatio cedere penitus
deberet in commodum alterius, Eccleſiæ, cui unio facta fuit. Proindeque
dicendum, quod dicta 61
translatio intelligatur dumtaxat facta in utilitatem Rectoris, qui
æquo jure redditus, & emolumenta percipiens Eccleſiæ unitæ, utramque
ſic Eccleſiam regere debeat, quemadmodum fit in aliis æque principaliter
unitis, ut ad rem *Bohemer. ad lib.*3. *decret. tit.*5. §.199., *Bengæus de
Benef. ad vocabulum* Quædam *cap.*3. §.1. *n.*3. *& ſeqq.*, ac Rotale
Auditorium *d.* §.10.

Illa autem verba, quæ leguntur ita concepta = *Cum ſuis appendicibus* =
vel = *Cum ſuis appendiciis*, *& adjunctionibus*, *& cum omni ſua voce*,
& cantu = vel = *Cum ſua hæreditateo* =, ſi aliis do- 62
cumentis deſtituantur, apta non ſunt ad indicandam plenariam unionem,
& omnimodam donationem, ſed referri dumtaxat poterunt ad
Juriſpatronatus translationem, juxta Rotam in *Sedunen. unionis*
5.*April.*1756. §.6. *coram Card. Caprara*, relat. in *d. tit.*11. *n.*79.,
& *in Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo* 23.*Junii* 1766.
§.10. *cor. Azpuru*.

Neque etiam argui poteſt vera qualitas unionis ſubjectivæ, ex eo, quod
Eccleſia, cui altera fuit unita, dignior fortaſſe reputari valeat. In
hac enim re tanti momenti major dignitas ali- 63
quod dumtaxat, ac debile unionis ſubjectivæ argumentum præberet,
quotieſcumque unionis litteræ deſiderarentur: ut notat *Slevog. de
union. Eccleſ. & Benefic. cap.*17. §.5., *Hert. de Eccleſ. filial.* §.15.,
Rota *d. Tarraconen. Matricitatis* §.11. *in princ.* Hæc autem conjectura
omnino deſtruitur, quando de unione apertiſſime conſtat. quo in caſu non
video, quomodo illa impedire queat, quominus altera æque principaliter
unita eſſe valeat, & tantam habeat vim, ut una potius, quam altera
unionis ſpecies inducta cenſeatur: Rota *in Colonien.*, *ſeu Leodien.
Unionis* 17. *Mart.*1752. §.8.,

§.8., *& 3.Jul. d. anni §.15. cor. Molino, d. Tarraconen. Matricitatis §.11. cor. Zelada.*

Nunc vero ſingamus, Eccleſiam Parochialem, quæ æque principaliter unita prætenditur alteri Eccleſiæ, in viſitationibus, in Synodis, aliiſque publicis actibus, non ſemel fuiſſe nuncupatam
64 Suffraganeam alterius: immo quandoque ne nominatam quidem, juxta ſpeciem Rotalem, de qua in *d. Tarraconen. Matricitatis 23. Jun.1766. §.13. cor. Zelada*. Hoc in caſu dicet aliquis ſubjectivam potius unionem, quam æque principalem per hæc deſignari: ob eam præſertim rationem, quia Ordinariorum enunciativis maxime ſit deferendum, ut vera Eccleſiarum qualitas eruatur, quem-
65 admodum de Jurepatronatus loquendo dixerat Rota ſuperius citata in *Compoſtellana Parochialis S. Crucis de Caſtrelo 23.Jun.1766. §.13. cor. Azpuru.*

In hoc quoque themate attendenda eſt cauſa, ob quam præd. Eccleſia nuncupata fuerit Suffraganea alterius, & quandoque etiam ſilentio prætermiſſa. Si enim d. Eccleſia Parochialis ob temporis injurias corruerit, vel ab infidelibus fuerit devaſtata, hoc in caſu non alia ſane agnoſci poterat in Parochialem Eccleſiam, præ-
66 ter quam altera, cui unio facta proponitur, juxta ſpeciem, & obſervationem Rotalem in *d. §.13.*, ubi hæc leguntur = *Quod, ideo evenit, quia a Mauris devaſtata prima illa Eccleſia, Maſricartenſes ipſi non aliam agnoſcere poterant in Parochialem Eccleſiam, præter Eccleſiam* della Canonia =. Poſtquam enim Archiepiſcopus Tarraconenſis Eccleſiam *della Canonia* alteri viciniori *dei Maſricart* univit eo modo, quo videre poteſtis *in princ. hujus appendicis ſub num.2. §.Hujus rei gratia*, qui Parochi munus, ante d. unionem in Oppido Maſricartenſi obibat, ibi poſt eamdem reſidere perexit. Sed anno 1641. in Oppidum irruentes Mauri, præter iſtius diremptionem, Eccleſiam quoque Parochialem e fundamentis everterunt: hinc oportuit, ut Parochialium munerum exercitium in Eccleſiam *della Canonia* transferretur. Cohibitis deinde, frænatiſque Piratarum incurſionibus, tandem anno 1713. Maſricartenſes ſuam Eccleſiam reædificarunt, Sacramenta interim ſuſcipientes, & audientes Divina in Eccleſia *della Canonia*, quæ mandante Archiepiſcopo anno 1746. fuit reædificata: quemadmodum videre melius poteritis *in Tarraconem. reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum 19.Jun.1761. in princ. cor. Zelada.*

Si aliqua difficultas adduci ſupereſſet, ceſſare omnino deberet, quotieſcumque edoceatur, quod Parochi in collationum litteris
67 ſemper inſcripti fuerint Rectores utriuſque Eccleſiæ. Id enim ſatis, ſuperque indicat unionem ſemper fuiſſe conſideratam æque principalem; Rota *in d. Colonien. ſeu Leodien. 17. Mart. 1752. §.1. & 3.*

Digitized by Google

& 3. Jul. d. anni §.4. *cor. Molino*, *d. Tarraconen. Matricitatis* 23.
*Jun.*1766. §.13. *cor. Zelada*. Item ſi Parochi poſſeſſionem nacti
ſemper fuerint non modo unius, quam alterius Eccleſiæ: ex hoc
clara inſurgit obſervantia pro unione æque principali: quia in 68
hac tantum de jure capienda eſt utriuſque Eccleſiæ poſſeſſio.
*Turricell. de union. cap.*3. *n.*17., *Slevog. ut ſup. ſect.*1. *cap.*E. §.5.
*Regundel. in ſua Biblioth. tom.*4. *verbo Unio* §.2. *n.*15., Rota *deciſ.*1166. *n.*7. *coram Molin.*, *d. Tarraconen. Matricitatis* §.14. *coram
Zelada*.

Si rationem quæras, illa eſt in propatulo. Etenim per unionem ſubjectivam, Eccleſiæ unitæ ſtatus adeo immutatur, illius
eſſentia adeo deſtruitur, ut ne remaneat quidem ejuſdem nomen: 69
*Card. de Luca in miſcell. diſc.*1. *n.*39., *Pax Jord. tom.*3. *lib.*10.
*tit.*32., *Slevog. d. loco ſect.*13. §.8. *cap.*1., Rota *d. Tarraconen. Matricitatis* §.13., cum aliis *in d. tit.*11. *a n.*7. *hujus* 1. *part. de Re
Paroch.* E contrario Eccleſiæ principaliter unitæ in proprio ſtatu
conſervantur, facta dumtaxat alteratione quoad Rectorem, proprio interim retento nomine *d. tit.*11. *n.*30. 73. 134., *Vaneſp.* 70
*part.*2. *tit.*29. *cap.*1. *n.*2., *Begundell. ut ſupra* §.2. *n.*15., cum
aliis *in d.* §.13. Unde, ſi Eccleſia, de qua agitur, eſſet ſubjective
unita, quemadmodum alteri accedit, & ſubjicitur, ſic capta poſſeſſione principalis Eccleſiæ, apprehenſa quoque intelligeretur Eccleſiæ acceſſoriæ, ad regulam, de qua *Textus in cap. Acceſſorium* 71
de reg. juris in 6., Rota *dec.*857. *n.*2. *coram Buratto*, *d. Tarraconen.* §.14.

Ea enim eſt natura acceſſorii, ut ſui principalis qualitates ſequatur, ex ſupra citatis auctoritatibus, atque Rota in *Colonien.* 72
Vicariæ 9. *Jun.*1766. §.3. *&* 4., ubi ob perpetuo unitam, adnexam, & incorporatam Monaſterio S. Mariæ in Bottembroich a
Leone X. Eccleſiam Matricem Parochialem S. Martini in Kirdorff
cum omnibus juribus, *& pertinentiis*, cumque facultate apprehendendi auctoritate etiam propria poſſeſſionem, & exercendi animarum curam vel per ſe, vel per alium ad nutum, declaratum
fuit, ſic unitam quoque intelligi Eccleſiam S. Rocchi de Balkauſen, velut filialem, adnexam, & acceſſoriam, & de pertinentiis 73
præd. S. Martini in Kirdorff. Iſtaque dependentia, connexio,
ac pertinentia d. Eccleſiæ S. Rocchi ad alteram Matricem S. Martini, concludenter quoque fuit probata a præd. Monaſterio per
inſtrumenta poſſeſſionis captæ, & per enunciativas ex antiquiſſimis, ac non ſuſpectis Codicibus extractas: *d. Colonien.* §.8., 74
quemadmodum videre interim poteritis *in Append. ad tit.VI. de
Matricit. Paroch. Eccleſ. n.*14.

Illa autem verba, quæ in Bulla *Leonina* unionis leguntur =
Nec

Digitized by Google

Nec non exercendi animarum curam ſive per ſe, ſive per alium Presbyterum, ſive Regularem, ſive Sæcularem ad nutum Prioris, &
75 *Monachorum ponendum, amovendum* = de quibus Rota *d. Colonien.* §.3. & 4. adeo per ſe clara ſunt, ut nefas eſſet de plenaria unione dubitare: cum omnino remaneat deſtructa ſubſtantia veri Beneficii, quod ſive Parochiale ſit, ſive non Parochiale in titulum
76 perpetuo eſt conferendum, donec illius amovibilitas in contrarium concludenter non edoceatur: juxta auctoritates a nobis adductas *in 1. parte hujus Tract. de Re Paroch. tit. 1. a n. 55.*, atque Rotale Auditorium *in Leodien. Parochialis de Peer*, 15. *Jan.* 1770. §.4. *coram Cornelio*, & 11. *Jan.* 1771. §.4. *coram Riccio*. Concordat S. Congreg. Concil. *in Leodien.* 12. *Maii* 1770. §. *Ad* 1. ubi hæc notanda = *Ad 1. inquiunt, Vicarii, Beneficia ſemper præſumi perpetua, niſi manualia probentur* =, atque reſolutio ad bina dubia, ubi reſponſum fuit, ſex Vicarios Collegiatæ Tungrenſis eſſe per-
77 petuos, & non poſſe a Decano, & Capitulo Vicaria privari; eoſdemque Vicarios ad titulum earumdem Capellaniarum ad Sacros Ordines poſſe promoveri. Videantur, quæ attulimus in *d. 1. parte tit. 4. de erect. Vicariarum Paroch. & Curatar. n. 36. & ſeqq.*, ac alibi paſſim, atque Rotale Auditorium in *cit. Tarraconen. reædificationis* 14. *Jun.* 1761., & in *d. Tarraconen. Matricitatis* 23. *Jun.* 1766. *cor. Zelada*.

Multo magis præd. ſubjectivæ unionis qualitas comprobata remanet, ſi accedant ſucceſſivæ, & nunquam fere per ſpatium biſcentum annorum interruptæ nominationes ad Eccleſiam, de qua agitur, factæ per Priorem Monaſterii ſive ad nutum, ſive per
78 obitum, & quidem ſemper de Monacho ſui Ordinis, & Monaſterii, comprobatæ documentis plena manu deductis, inter quos maximi ponderis ſunt confeſſiones Ordinariorum ſive occaſione viſitationis, ſive occaſione inſtitutionis datæ ipſiſmet Monachis per Priorem nominatis. Cum enim ad Ordinarios ſpectet, ut alibi jam diximus, jus vindicandi libertatem Eccleſiarum ſuæ
79 diœceſis, nulla melior ſubjectionis probatio dari poteſt, quam quæ ab eorum reſultat confeſſionibus: Rota in *Maceraten. Juriſpatronatus Eccleſiæ* 5. *Maii* 1751. §. *Certius cor. Canilliac*, *d. Colonien. Vicariæ* 9. *Jun.* 1766. §. 10. *cor. Pergen.*

Demum, ſi aliqua emergat dubitatio, an æque principaliter, vel ſubjective unio parochialis facta fuerit, non abs re erit attente conſiderare, in quanam Eccleſia Parochi reſederint. Si enim reſidere conſueverint in Eccleſia, quæ prætenditur ſubjective unita, atque inſuper affirmaverint, id ſe jure facere poſſe, velut
80 Rectores utrinſque Eccleſiæ; id ſane unionem æque principalem indicabit, non ſubjectivam: juxta Rotalem obſervationem in *d.* *Tar-*

Tarraconen. Matricitatis 23.*Jun.*1766. §.12. *cor. Zelada*. Etenim quando ex duabus Eccleſiis Parochialibus altera alteri fuit plenarie unita, Rector, ſeu Parochus tenetur reſidere in Eccleſia principali: *Piton. diſcept.*9.*n.*9., *Pignatell. conſult.*135. *n.*9, *tom.*4., 81
*Slevog. de union. Eccleſ. & Benef. cap.*1. *ſect.*3. §.8., *Hert. de Eccleſ. filial.* §.9., Rota *d. Tarraconen.* §.15.

E contrario, ſi ſit æque principalis unio, in arbitrio eſt Parochi in alterutra Eccleſia reſidere: *Slevog. d. cap.*2. §.6., *Anton. Fab. de Relig. regen. lib.*3. *cap.*17. *n.*25., *Rota d.* §.15. Concor- 82
dant, quæ attulimus *in* 1. *parte hujus Tract. de Re Paroch. tit.*11. *a n.*42. *ad plures ſeqq.*, quoad alternativam Epiſcopi pro peragendis functionibus in Eccleſiis æque principaliter unitis. Quin referat, quod quandoque aliter ſervatum fuerit ex ratione peculiari: nam quemadmodum diximus *d. tit.*11. *ſub n.*47., quæ ſingulari ratione nituntur, ad caſum, de quo agitur, minime ſunt protrahenda; *d.* 1. *parte tit.*13. *num. ult.* 83

Unde ſtatim ac Rectores, ſeu Parochi, ex quo unio facta ſuum effectum eſt ſortita, reſidere cœperunt in Eccleſia unita, & non in altera, cui unio facta fuit, atque jure hoc ſibi competere affirmarunt, nulla profecto oriri poteſt obſervantia, quæ magis adverſetur unioni ſubjectivæ, magiſque congruat unioni æque principali: quemadmodum tradunt *Rebuff. in praxi benef. tit. de* 84
*union. Benef. n.*11., *Vivian. de Jurep. lib.*14. *cap.*5. *n.*28., Rota *dec.*1166. *n.*7. *cor. Molines*, *dec.*330. *n.*4. *cor. Caval.*, *d. Tarraconen. Matricitatis* 23.*Jun.*1766. §.15. *cor. Zelada*.

AD TITULUM XII.

De Diviſione, ſeu Diſmembratione Parochiarum.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiarum præſertim Parochialium diſmembrationes in dubio nunquam præſumuntur, niſi argumentis undique concludentibus probentur.*

2 *Contra ipſas adeo ſtricta eſt capienda interpretatio, ut jura alteri quæſita, minus quam fieri poteſt lædantur.*

3 *In dubio diſmembratio dumtaxat acceſſoria, & ſubjectiva præſumitur.*

4 *Ad diſmembrationem, tamquam remedium ſubſidiarium non eſt deveniendum, ſi provideri aliter queat.*

5 *Diſmembratio Canonicatus a communi maſſa Capituli denegata fuit a S. Cong. Concil.*

Digitized by Google

6 *Item commutatio voluntatis: cum onera ſaltem ex parte adimpleri poſſent.*

7 *In materia commutationis voluntatis juſta, ac neceſſaria cauſa debet intervenire, quæ publicum bonum reſpiciat, & augmentum cultus Divini.*

8 *Ne audiri quidem debet, quando privatum commodum reſpiciat, in præjudicium cultus Divini, & Eccleſiæ, de qua agitur.*

9 *Ad diſmembrationem non eſt deveniendum, niſi juſtæ, ac neceſſariæ cauſæ concurrant.*

10 *De illius utilitate, ac neceſſitate conſtare debet per Proceſſum.*

11 *Non requiritur tamen Proceſſus rigoroſus, & formalis.*

12 *Ex diuturnitate temporis inducitur præſumptio adhibitæ ſolemnitatis, & neceſſariæ cauſæ.*

13 *In diſmembratione, quæ alienationis ſpeciem inducit, audiri debet Parochus, item Patronus, & alii, quorum intereſt.*

14 *In actione populari quiſque audiri debet, & tueri poteſt jura Communitatis.* Et ſub n.15.

15 *Quemadmodum cuique permiſſum eſt Capituli jura vindicare.*

16 *Canonicus abeſſe nequit a choro tempore Divinorum Officiorum cauſa pulſandi organa, ſi ſtipendium accipiat. Et ideo cogendus eſt juris remediis ad intereſſendum Choro.* Ibid.

17 *Diſmembratio Parochialis Eccleſiæ, atque novæ erectio permittitur ob notabilem diſtantiam, & graviſſimas difficultates itineris, & acceſſus.* Et ſub n.23.

18 *Reædificatio Eccleſiæ primo pertinet ad redditus Fabricæ, ſecundo ad Populum, tertio ad Patronum.*

19 *In claris opus non eſt demonſtratione, nec ulla quæſtio admittitur.*

20 *Diſmembratio Parochialis Eccleſiæ permittitur, etſi cauſæ conjunctim non concurrant, ſed disjunctim.*

21 *Deferendum eſt Teſtibus deponentibus de re ad proprium factum, & officium pertinente, & de re, qua informatiſſimi ſunt, & quam ignorare nequeunt.*

22 *Epiſcopus diſmembrare poteſt Parochialem Eccleſiam, iſtamque, vel novam alteri unire. Et dantur exempla.*

23 *Quemadmodum ob notabilem proximitatem Parochialis Eccleſia alteri poteſt uniri, ita ob notabilem diſtantiam poteſt diſmembrari.*

24 *Ac quemadmodum ob notabilem redditaum diminutionem uniri poteſt; ita e contrario ob notabile eorumdem augmentum poteſt diſmembrari.*

AB

AB unionibus parochialium Ecclesiarum ad earumdem
diſmembrationes gradum faciamus. Parum tamen in
hujuſmodi materia immorabimur: cum de ea ſuis
in locis jam adunde diſſeruerimus: Primum igitur
notandum eſt, quod Eccleſiarum præſertim parochia-
lium diſmembrationes, tamquam in jure exorbitantiſſimæ, nun-
quam in dubio præſumuntur, niſi argumentis undique conclu-
dentibus probentur, juxta Rotale Auditorium *in dec. 73. n. 5. cor.* 1
*Herrera, in Æſina Parochialis 12. Jun. 1751. & 28. April. 1752. per
tot. cor. Emo Elephantutio, & in Colonien. Vicariæ 9. Jun. 1706. §. 6.
cor. Pergen.*

Adeo ſtricta contra ipſas capienda eſt interpretatio, ut mi-
nus quam fieri poteſt jura alteri quæſita lædantur, ex notatis in 2
d. Colonien. Vicariæ §. 7. ubi hæc habentur = *Quis autem dixerit,
quod ædificato Sacello in Balchauſen. Oppidum cum Pago, & Sacello
ita diſmembratum fuerit a Parochiali in Kirdorff, ut diſmembrari,
atque imminui etiam voluerit jus Collatoris reſidens penes Præpoſi-
tum pro tempose S. Severini Coloniæ, qui ex reſtrictis limitibus ſuæ
Parochiæ maximam ſuæ juriſdictionis reſtrictionem certo certius paſ-
ſus fuiſſet?* Hinc, quotieſcumque de diſmembratione appareat,
non vero de illius qualitate, donec contrarium non probetur, pro
diſmembratione dumtaxat ſubjectiva, & acceſſoria, ſeu quoad 3
curam tantum animarum actualem, erit reſpondendum, juxta
auctoritates adductas *in noſtra 1. parte hujus Tract. de Re Paroch.
tit. 13. n. 15. & 17.*, ibique Rotale Auditorium *in d. Æſina Paro-
chialis 12. Jun. 1751. §. 5. & ſeq. coram Emo Elephantutio, & in
Conſtantien. jurium Parochialium 28. Jun. 1762. §. 6. coram Frangipa-
ne*, ubi hæc notantur = *Hinc ea ſemper urget præſumptio, quod me-
ra cura actualis Cappellano in adjutorium Parochi ſit commiſſa, firma
ſemper apud Parochum originarium remanente cura habituali.*

Secundo notandum eſt, quod, cum diſmembratio ſit reme-
dium ſubſidiarium, & extraordinarium, ad illam deveniendum
non erit, ſi provideri aliter queat, juxta Rotales auctoritates a 4
nobis adductas *d. 1. parte tit. 12. n. 66.* Concordat S. Congregatio
Concil. in *Nullius, ſeu Farfen. Canonicatus 16. Jun. 1770. ad bina
dubia*, ubi Emi Patres reſponderunt, locum non eſſe diſmem-
brationi Canonicatus de Jurep. Societatis S. Laurentii Terræ To-
fiæ a maſſa communi Capituli Collegiatæ d. loci, atque Societa- 5
tem S. Laurentii teneri ſupplere fundum d. Canonicatus uſque ad
annua ſcuta 30., & in eadem ſumma reſpective manutenere; ut
in theſ. reſolut. pag. 195., cum iis, quæ videri poſſunt in folio d.
cauſæ *12. Maii d. anni 1770. pag. 137. & ſeq. tom. 39.*

Eodem modo, quo a S. Congregatione Concilii in *Cameri-*

nen. ſeu Fabrianen, 20. *Febr.* 1770. *ad dubium*, denegata fuit com-
6 mutatio voluntatis, cum onera ſaltem ex parte adimpleri poſſent. Propoſito enim dubio = *An*, *& quomodo ſit locus diminutioni*, *vel potius commutationi legati*, *in caſu &c.* Emi Patres reſponderunt = *Affirmative ad primam partem juxta modum*, *nempe ut in diebus Dominicis*, *& feſtis retineri debeat lampas accenſa ad Altare B. Andreæ Sanucci die tantum*: *& ſi aliquid ſupererit erogetur pro cera*, *& ad mentem* = *Negative ad alteram* = quemadmodum videri poteſt *d. tomo* 39. *pag.* 1.

In materia enim commutationis voluntatis juſta, ac neceſſaria cauſa debet intervenire, eaque concludenter probari, quæ
7 bonum publicum reſpiciat, & augmentum cultus Divini. *cap.* 1. *de voto*, *& voti redempt.*, Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de ref. c.* 6., *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.* 5. *n.* 152. *& ſeq.*, *Natt. conſil.* 268. *n.* 4. *tom.* 2., Sac. Congreg. Concil. in *Peruſina Capell. Choralis* 11. *Jan.* 1770. §. *Verum*, *in Firmana erectionis Manſionariæ* 10. *Martii* §. *Ad alteram*, *&* 15. *Decemb. d. anni* 1777. §. *Prodeſſe*, *& ad dub.*, ubi confirmata fuit reſolutio capta *d.* 10. *Martii*. Qua in re notanda quoque ſunt illa verba, quæ leguntur in folio *d. Firmana* 15. *Decembris* §. *Quæ de origine*, ibi = *Videndum itaque quomodo intelligenda ſit Teſtatoris voluntas*, *ſeu potius an juſta*, *& neceſſaria commutationis cauſa concurrat*. Illa vero ne audienda quidem eſt, quæ privatum commodum reſpiciat, in præjudicium cultus Divini,
8 & Eccleſiæ, de qua agitur, quemadmodum legitur in *d. Peruſina Capellaniæ Choralis* 20. *Jan.* 1770. §. *Verum pag.* 25. ibi = *Non vero privatum commodum in præjudicium cultus Divini*, *Capellæ*, *& Eccleſiæ Cathedralis*.

Ad Eccleſiæ igitur Parochialis diſmembrationem non eſt deveniendum, niſi juſtæ, atque neceſſariæ cauſæ omnino concur-
9 rant, publicum nempe bonum, cultus Divini augmentum, & Eccleſiæ, de qua agitur, utilitatem reſpicientes: quemadmodum abunde oſtendimus in 1. *parte hujus Tract. de Re Paroch. d. tit.* 12., & concordant, quæ habentur in folio S. Congreg. Concil. in *Spiren. reædificationis Eccleſiæ* 31. *Martii* 1770., & quæ a Rota traduntur in *Tarraconen. Matricitatis* 23. *Jun.* 1766. *cor. Zelada*: ut infra melius videbimus.

De præd. diſmembrationis utilitate, atque neceſſitate conſtare debet per Proceſſum efformatum cum juris ſolemnitatibus
10 ad hujuſmodi actum neceſſariis; juxta *d. tit.* 12. *a num.* 67., atque S. Cong. Concil. in *d. Spiren. reædificationis* §. *Nec obſtare*: ubi tamen notatur, quod non requiritur rigoroſus, & formalis Pro-
11 ceſſus, *ex Lotter. ibi cit. de re benef. lib.* 1. *qu.* 28. *n.* 34. ubi hæc leguntur = *Ad alterum regerit formalem ad id Proceſſum non requiri* =,

& con

& concordant, quæ diximus in *cit. tit.*12.*n.*68. ubi ſimiliter ad-
ducitur auctoritas *Lotter. d. n.*34. Tum etiam notatur cum aucto-
ritate *Barb. de offic. Paroch. part.*3. *cap.*18. §.2. *ſub n.*16., quod ex
diuturnitate temporis inducitur præſumptio adhibitæ ſolemnita-
tis, & neceſſariæ cauſæ, ſicuti legitur *in fine d. §. Nec obſtare*, 12
hiſce verbis = *Et inſuper advertit diuturnitatem temporis favorabi-*
lem inducere præſumptionem cujuſcumque ſolemnitatis, & neceſſa-
riæ cauſæ =.

Cum agatur de Parochiali diſmembratione, quæ alienationis
ſpeciem inducit, audiri ob id neceſſario debent Parochus, Patro-
nus, aliique ſinguli, quorum intereſt, ne hujuſmodi diſmembra- 13
tio perficiatur: quemadmodum demonſtravimus *in ſupra cit. ti-*
*tul.*12. *a n.*132. *ad plures ſeqq.* Concordat Rotalis ſpecies, quæ ha-
betur in celebri cauſa *Leodien. Parochialis de Peer* 15. *Jan.*1770.
§.7. *coram Cornelio*, ubi de Parocho ita loquitur = *Sed etiam ſuum*
præſtitit aſſenſum, tunc cum de Parochiæ diſmembratione aliquando
actum fuit: prout reapſe accidit in ſeparatione Eccleſiæ de Vichmael =
atque 11. *Jan.*1771. §. *Demum cor. Riccio*, ibi = *At demum animad-*
verſionem merebatur, quod cum anno 1609. *ac Eccleſia de Peer diſ-*
membrata fuit, & in ſeparatam Parochiam erecta Eccleſia de Wech-
mael, requiſitus fuit, & conſenſum præſtitit ipſe Rector Eccleſiæ de
Peer, ejuſque favore reſervata annua Penſio.

Cum inſuper agatur de actione populari, ſeu de negotio ſin-
gulos tangente, ideo quiſque de populo, ſeu Communitate audiri
debet, ſuaque jura quiſque poteſt experiri, ut *in d. tit.*12. *a n.*171. 14
ad plures ſeqq., quibus jungi poteſt *Lotter. de re benef. lib.*2.
*qu.*21. *n.*65., atque S. Cong. Conc. *in Terracinen.* 28. *April.*1770.
§. *Denique*, ubi in caſu, de quo agebatur, ita legitur = *Satis au-*
tem eſſe, quatuor tantum recurrentes Canonicos Capituli jura pro- 15
ponere, cum id unicuique de gremio permiſſum ſit, quemadmodum uni-
cuique de Populo datum eſt Communitatis jura tueri =.

Agebatur enim de quodam Canonico Roſſetti, qui in Cathe-
drali Terracinæ munus Organiſtæ exercebat cum emolumento
rubrorum quatuor frumenti eidem officio aſſignato, atque inte-
rim diſtributiones quotidianas percipiebat, ac ſi Choro intereſ-
ſet. Cum vero abſonum id exiſtimarent quatuor ex Canonicis,
preces Sacræ Congregationi obtulerunt, ut dictus Canonicus Roſ-
ſetti dimiſſo munere Organiſtæ, Choro intereſſe cogeretur: re-
liquis interim tacentibus octo Canonicis, vel ob timorem, vel
ob conſanguinitatem, vel ob familiaritatem cum præd. Roſſetti,
qui munere inſuper Vicarii generalis fungebatur, ut *d. §. Denique*,
& cui Epiſcopus in ſua informatione, & voto non parum fave-
bat, ut *in §. Epiſcopus*, ibi = *Satis dilucide illius favore ſuam aperit*
ſen-

Digitized by Google

ſententiam =. Hinc dubiis propoſitis = I. *An liceat Canonico Grego-*
rio Roſſetti abeſſe a Choro tempore Divinorum Officiorum cauſa pul-
ſandi Organum, in caſu &c. II. *An, & quomodo ſit cogendus ad in-*
tereſſendum Choro, in caſu &c. Emi Patres in Congregatione ſeq.
16 *ſub die* 12. *Maii d. anni* 1770. reſponderunt: *Ad* I. *Negative, &*
amplius. Ad II. *Affirmative ad formam juris, & amplius.*

Erectio novæ Parochialis Eccleſiæ, ac reſpectiva diſmem-
bratio antiquæ permittitur ob notabilem ab iſta diſtantiam, & ob
17 graviſſimas difficultates itineris, atque acceſſus ad eamdem, juxta
auctoritates a nobis allatas *in cit. tit.* 12. *a n.* 82. *ad plures ſeqq.*,
ubi varia notantur circa hujuſmodi materiam. Concordant, quæ
habentur in folio S. Congreg. Concil. in *Spiren. reædificationis*
Eccleſiæ 31. *Martii* 1770. §. *Facta*, hiſce verbis = *Ante omnia fuſo*
calamo inquit, urgentem neceſſitatem in cauſa fuiſſe, cur a Parochiali
de Rothensfels diſmembraretur Eccleſia Seelbacenſis: hoc manifeſte con-
jici tum ex ambarum Eccleſiarum diſtantia ad unius horæ ſpatium,
tum ex interjacentia fluminis Murgg ripas non infrequenter ſupe-
rantis, tum demum ex viarum aſperitate, quæ ob difficultatem aſcen-
ſus æque ac deſcenſus, ob glaciei lubricum, aliaque impedimenta fere
impoſſibilem reddebant acceſſum. Convinci hoc a teſtibus Rothensfel-
denſibus, & Caggenavenſibus, ex Peritorum depoſitionibus, ac ex
topographico delineato ſchemate.

Præ oculis quoque habenda ſunt illa verba, quæ in *d. Spiren.*
§. *His in facto*, ita leguntur = *His in facto præmiſſis, in jure obſer-*
vat, quod cum diſtantia Eccleſiæ Seelbacenſis ab illa de Rothensfels,
aliæque ſupra recenſitæ itineris difficultates, gravia præſeferrent dam-
na ſpirituali animarum ſaluti, eaſque in maximo periculo conſtitue-
rent, neceſſe fuerit ad novam Parochialis erectionem devenire &c.
Idemque implicite approbavit S. Congreg. Concil. *in cit. Spiren.*
27. *Septemb.* 1768., 18. *Novemb.* 1769., *&* 26. *April.* 1770. Nam
ſtatim ac in caſu, de quo agebatur, fuit ad EE. PP. reſolutum,
reædificationem Eccleſiæ Parochialis Oppidi Seelbacenſis diſmem-
bratæ ut ſupra ab Eccleſia Rothensfeldenſi primum pertinere ad
18 redditus Fabricæ, ſecundo ad Populum, tertio ad Patronum, im-
plicite quoque declararunt diſmembrationem factam ob prædictas
cauſas validam omnino fuiſſe: quod quidem cum clarum peni-
tus ſit, nulla eget demonſtratione, nullamque admittit quæſtio-
19 nem, ex Rota in *Romana Iæſionis* 11. *April.* 1755. (impreſſa an-
no 1766.) §. 8. *cor. Em. Elephantutio*.

Concordat ſimiliter Rotale Auditorium in ſpecie, de qua in
Tarraconen. Matricitatis 23. *Jun.* 1766. §. 3. *cor. Zelada*, ubi hæc le-
guntur = *Nam conſtat Eccleſiam illam membrum olim fuiſſe Parochiæ*
Cathedralis Eccleſiæ. Ob locorum autem diſtantiam, viarumque diſ-
crimi-

Digitized by Google

crimina diſmembrata fuit anno 1573. *a Card. Cervantes Archiepiſco-*
po, certiſque aſſignatis redditibus pro Vicarii perpetui ſuſtentatione,
erecta fuit in Vicariam perpetuam &c. Immo, etſi non eædem ſu-
pradictæ cauſæ ſimul concurrant, ſed disjunctim proponantur,
diſmembrationi tamen locus fieri poteſt. *Fagn. in cap. Ad audien-* 20
*tiam n.*18. *de Eccleſ. ædificand.* S.Cong. Concil. in *Lunen. Sarzanen.*
erectionis Parochialis 16. *Jul.* 1712., *in Papien. diſmembrationis* 10.
April. 1717., *in Marturanen. diſmembrationis* 24. *Mart.* 1736., *in Fir-*
mana diſmembrationis 15. *Decemb.* 1759., *& d. Spiren. reædificationis*
Eccleſiæ 31. *Mart.* 1770. §. *His*, ibi = *Immo addit, quod etiamſi disjun-*
ctim extitiſſent eædem difficultates, juſtam tamen diſmembrationis cau-
ſam præbuiſſent =. Atque Rotale Auditorium ibi cit. *in dec.* 484.
*n.*3. *part.* 1. *recent.*

Notate, ſi lubet illa verba, quæ in *cit. Spiren.* §. *Facta*,
ita leguntur = *Convinci hæc a Teſtibus Rothensfeldenſibus, & Gag-*
genavenſibus, & Peritorum depoſitionibus =. Cum enim Teſtes de-
ponant de re ad proprium factum, & officium pertinente, & de
re, qua informatiſſimi ſunt, & quam ignorare nequeunt, nul- 21
lum eſt dubium, quin illorum depoſitionibus ſit deferendum, ad
tradita *ab Alex. conſ.* 147. *n.*7. *lib.*5., *Conſtantin. vot. deciſ.* 193.
*n.*65., *vot.* 213. *n.*9., *Farinac. de teſtibus qu.*68. *n.*34., Rota *dec.* 353.
*n.*6. *cor. Criſpo*, & in *Comen. Vice Curæ* 27. *Jun.* 1766. §.9. *cor. Cor-*
nelio. Videantur, quæ a nobis traduntur *in d. tit.*12. *n.*150. *hujus*
1. *part. de Re Paroch.*; & quæ leguntur in folio S. Cong. Concil. in
Reatina juris tumulandi 10. *Mart.* 1770. §. *Juris diſpoſitioni*, hiſce
verbis = *Tum quia teſtimonium perhibent de re ad proprium officium ſpe-*
ctante =, atque in §. *Hanc autem*, ibi = *Hanc autem conſuetudinem*
teſtibus probare nituntur deponentibus ex certa ſcientia: tum ex ma-
jorum traditione, iiſque inquiunt omnimodam fidem adhibendam eſſe,
quia de proprio facto teſtantur.

Poſt hæc breviter demonſtrata, quemadmodum ab initio pro-
poſuimus, reliquum eſt, ut adnotemus, quod Epiſcopus, ſeu Or-
dinarius, non ſolum Parochialem aliquam Eccleſiam diſmembrare
poteſt, novamque vel acceſſorie, ſeu ab antiqua dependenter, vel
plenarie, ſeu ab illa independenter erigere, verum etiam ex his
alterutram alteri Eccleſiæ vel ſubjective, vel æque principaliter 22
unire, quotieſcumque juſtæ, ac neceſſariæ cauſæ hujuſmodi diſ-
membrationem, ſucceſſivamque unionem expoſtulent; juxta facti
ſpecies, de quibus in folio S.Cong. Concil. in *d. Spiren. reædificatio-*
nis Eccleſiæ 31. *Mart.* 1770. §. *Quum igitur*, atque Rota in *Tarraconen.*
reædificationis, & reſtaurationis Eccleſiarum 19. *Jun.* 1761. *in princ.*
cor. Zelada, & Tarraconen. Matricitatis 23. *Jun.* 1766. §.2; ac paſſim
cor. eodem, a nobis ſæpe cit. in *append. ad tit.*6. 9., *&* 12. *hujus* 1.
partis de Re Paroch. In

Abſoluta *Appendice* ad primam Partem hujus Tractatus *De Re Parochiali*, reliquum eſt, ut errores aliquot notabiliores, qui in eamdem Partem irrepſerunt, nondum emendati, in præſentiarum opportune referantur.

	ERRORES	CORRECTIONES.
Pag. 179. lin. 39. col. 2.	*Ducatos* 24.	*Ducatos* 10.
216. lin. 23. col. 2.	*erat*	*non erat*
229. lin. 2.	Quignotii	Quignonii
266. lin. 44.	nuncupantur	nuncupatur
332. lin. 21.	regulari	ſingulari
428. lin. 23. col. 1.	*excluditur*	*non excluditur*.

In pag. 229. poſt lin. 3. habetur ſequens Inſcriptio.

FRANCISCUS QUIGNOTIUS TIT. S. CRUCIS
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
NATIONE HISPANUS PATRIA LEGIONENSIS
SSMO CHRISTI CORPORI DICAVIT.
ANMO MDXXXV. KAL. JUL.

Corrigatur hoc modo:

FRANCISCUS QUIGNONIUS TIT. S. CRUCIS
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
NATIONE HISPANUS PATRIA LEGIONENSIS
SSMO CHRISTI CORPORI DICAVIT.
ANNO MDXXXVI. KAL. JUL.

Hujuſmodi Inſcriptio impreſſa quoque legitur apud *P. Alphonſum Ciacconium* Ordinis Prædicatorum in ſua *hiſtoria* Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium ab *Auguſtino Oldoino* Soc. Jeſu plurimis additionibus illuſtrata, *Tom. 3. edit. Rom.* 1677. *pag.* 499. *col.* 1, *in vita* Clementis VII. P. M. Obiit laud. Cardinalis *Quignonius*, vel *Quignones de Luna* Ord. Minor. *S. Franciſci*, in Urbe Verulana in Campania, ejuſque præcordia fuerunt recondita in Cathedrali Eccleſia, juxta dict. *Ciacconium*

Digitized by Google

pag..493. *ad annum* 1527. Corpus autem Romam delatum jacet in priori ſuo Titulo S. Crucis in Hieruſalem prope murum, ubi publico proponitur adſpectui ſuperior Inſcriptio, humatum in ſepulchro, quod ſequenti Inſcriptione adjecta pridem ſibi paraverat:

FRANCISCUS QUIGNONIUS CARD. S. CRUCIS
DE MORTE, AC RESURRECT. COGITANS
VIVENS SIBI POSUIT.
EXPECTO DONEC VENIAT
IMMUTATIO MEA.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

RERUM ET VERBORUM NOTABILIUM, QUÆ CONTINENTUR IN UTRAQUE PARTE

TRACTATUS DE RE PAROCHIALI

Numerus Romanus Partem, prior Arabicus Titulum, alter, vel alteri numeros Tituli indicant.

A

ABBAS ſimplex inſcio Epiſcopo Eccleſiam ruralem ædificare, ac benedicere, vel ſacra, & alia ſimilia peragere nequit. I. 8. 6. Quid agere queat Epiſcopus contra celebrantes in tali Eccleſia. I. 8. 7. Abbas Epiſcopali juriſdictione donatus, vel Epiſcopus quando, & in quanam Eccleſia teneatur reſidere. I. 5. 6. Abbas, ſeu Commendatarius an teneatur ad reparationem Collegiatæ. I. 9. 60. Eccleſia receptitia Parochialis dici nequit, quando animarum cura exercetur a Presbyteris, ſeu Vicariis, ac Miniſtris Abbatis, vel alterius Rectoris. I. 11. 47. Unio ſubjectiva probari nequit ex juramento fidelitatis a Parochis præſtito in manu Abbatis: & quare. I. 11. 76.

ABBAS, vel ſimplex ſacerdos a Pontifice delegatus, nequit Eccleſiam cum Epiſcopo conſecrare. II. 1. 56. Epiſcopi tamen, & Abbates poſſunt ſimul convenire ad Sacerdotis degradationem. II. 1. 57. Abbates an poſſint conſecrare Calices, & Patenas. II. 9. 28. Item benedicere ornamenta Sacerdotalia, & Altaris pro ſuis tantum, vel aliis etiam Eccleſiis. II. 2. 90. II. 9. 64. Habent jus Pontificalium intra ambitum propriæ Eccleſiæ, & Monaſterii. II. 3. 28. An & quando, teneantur ad viſitationem ſacrorum liminum. II. 5. 8. 11. 19. 16. 17. Inſtructio S. Cong. Conc. ad Abbates, alioſque Prælatos. II. 5. ſub 15. Epiſcopus an viſitare valeat Eccleſias Parochiales, ubi reſidet Abbas generalis, vel Caput Ordinis. II. 5. 109. 117. 119. Virgula quæ habetur in nonnullis codicibus Trid. Concil. inter hæc duo verba: *Abbates, generales* expungi debet. II. 5. 78. Prælati, ſeu Abbates improprie, vel vere *nullius* quales nuncupentur, & ſint. II. 5. ſub 133. 137. Vide *Abbatia*, *Abbatiſſa*, *Eccleſia quoad viſitationem*, *collationem*, *Parochus*, *Parochus quoad adminiſtr. Sacramentorum*.

ABBATIIS, Monaſteriis, Collegiis uniri nequeunt ab Epiſcopo Eccleſiæ Parochiales. I. 10. 39. Abbatiæ, vel diœceſes æque principaliter unitæ primævam retinent naturam. I. 11. 39. Limita quoad Abbatem, vel Epiſcopum. I. 11. 90. Quando Abbatia commendata in ſe Parochias continet, debet deputari Vicarius curatus. I. 11. 108. Quomodo iſtæ conferendæ, & cura remaneat penes Abbatem. I. 11. 109. Inter Abbatias commendatas numeratur quoque Farfenſis olim celeberrima. Vide *Patriarchatus*.

ABBATISSA, vel Abbas in Eccleſiis Parochialibus Regularibus curam habet animarum habitualem. I. 5. 50.

Dicitur improprie reſidere penes Abbatiſſam quomodo, & quare. I. 5. 51. 56. In Germania, & Flandria Canonici, & Canoniſſæ unum efformant Capitulum ſub Ordinario, vel Abbatiſſa. I. 8. ſub 15. Abbatiſſa, Prioriſſa, & ſimiles a cœteris ſunt diſtinguendæ: & quare. I. 8. 16. 17. 18.

ACTIO quando eſt popularis, quilibet audiri debet. I. 12. 174. Vide *Martyr*.

ACTUS unicus pro vindicanda Parochialitate rejicitur. I. 5. 96. Sufficit Parocho pro manutentione jurium Parochialium. I. 5. 98. A fortiori ſi pluribus actibus, & rebus judicatis fulciatur. *Ibidem*. Actus Parochiales in Eccleſiis non Parochialibus quandoque exercentur: & quomodo. I. 5. ſub 199. Statum, & naturam Eccleſiæ nequeunt immutare. I. 5. 150. Actus ſerio, & conſulto emiſſi ab Epiſcopo quando dicantur. I. 7. 149. Parochus audiri debet in actibus tangentibus propriam Eccleſiam. I. 9. 12. Parochialitas ex quibus actibus probetur. I. 5. ſub 72. Ex quibus actibus non probetur unio ſubjectiva: & quare. I. 9. 167. Honor in proceſſionibus erga majorem Eccleſiam, non eſt tantum actus urbanitatis, ſed etiam juſtitiæ. I. 6. 105.

ACTUS quando poteſt intelligi ſecundum fictionem, & veritatem, ſola veritas eſt attendenda. II. 5. ſub 113. Actus quomodo retrotrahatur. II. 1. 173. In radice nullus non eſt proprie actus, ſed pro non facto habetur. II. 3. 44. Quando illicitus ſit, & invalidus. I. 12. ſub 199. II. 1. 85. Quando illicitus, ſed validus. II. 3. 49. Actus ſeu decreta viſitationis Epiſcopi plenam fidem merentur; II. 5. 189. Datur ampliatio. II. 5. 185. Ut in judicium allegari valeant, quid requiratur. II. 5. 188. Vide *Centenaria Conſuetud. Parochia*.

ÆDIFICIA perpetua non ſunt, etſi videantur. I. 9. 1. 13. In ædificii reparatione prohiberi nequit novum opus non inducens novum onus. I. 9. 12.

ALIMENTA an, quando, & quomodo debeantur Patrono. I. 8. 184. 185. 186. 187.

ALTARE quare ſic dicatur. II. 2. 1. Altaria apud ethnicos quænam dicerentur; & quomodo erigerentur. II. 2. 2. Altare Primogenito Dei erexit Octavian. Imper. in Templo Jovis Capitol. II. 2. 3. Altare apud Chriſtianos quale dicatur. II. 2. 4. ſub 115. Quinam erexerint Altaria in lege naturæ, ſcripta, & gratiæ. II. 2. 5. 6. 7. Altare aliud fixum, aliud portatile. II. 2. 12. Portatile ſemper eſt neceſſarium, quando fixum non eſt conſecratum. *Ibidem*. Debet utrumque eſſe lapideum: & quare. II. 2. 13. 15. Datur limitatio. II. 2. 16. Altare ligneum cum ara conſecrata permittitur non obſtante conſtitutione Synodali. II. 2. 17. Olim in Eccleſiis orientalibus unicum erat Altare. II. 2. 22. Plura extant in Eccleſia S. Athanaſii de Urbe. II. 2. 24.

ALTARE portatile quomodo, & qua ex materia fieri debeat. II. 2. 29. 30. Olim ubi aderat corpus Martyris, ut plurimum Altare erigebatur. II. 2. ſub 44. Sola Sanctorum, & Beatorum corpora ſub Altaribus recundi, & fidelium venerationi poſſunt exponi. II. 2. 46. Uſus Altarium Pontificiorum preſertim Baſilicarum Patriarchalium, ſoli Pontifici reſervatur. II. 2. 69. Altare majus quomodo antiquitus erigeretur. I. 8. 108. Violantes, & deſtruentes Altaria committunt ſacrilegium. II. 2. 15. In Parochiali Eccleſia ad minus tria Altaria requiruntur: & quare. I. 8. 43. 44. Altaria ſunt neceſſaria in qualibet Eccleſia. Et quare. I. 8. 45. 46. Pro aſſervandis ſacris ſupellectilibus ad Eccleſias, & Altaria neceſſariis, conſtitui debet ſecretarium, vulgo Sacriſtia. I. 11. 82. Cur varii Antiſtites vel nullo modo, vel difficulter Altaria portatilia olim conceſſerint. II. 2. 106. 117. 108. Ad Altare majus Baſilicæ Vaticanæ fiunt conſecrationes, ordinationes, & coronationes Pontificum. II. 2. 72. Vide *Corporale*, *Eccleſia quoad conſecrationem*; *Euchariſtia*, *Miſſa*, *Reliquiæ*, *Sacramentum*.

ALTARIA olim quando iterum erant conſecranda. II. 2. 106. 107. Conſecrationes locorum ad Eccleſias, Altaria, & Cœmeteria reducuntur. II. 1. 1. Uſus conſecrandi Altaria antiquiſſimus. II. 2. 8. Quinam cœperint Altaria conſecrare in lege naturæ, ſcripta, & gratiæ. II. 2. 9. 10. 11. Poſt conſecrationem Eccleſiæ Altare majus eſt conſecrandum. II. 2. 31. Quoad reliqua nulla eſt obligatio: & textus canonici explicantur. II. 2. 31. Una tantum Eccleſia poteſt eodem die conſecrari, plura tamen Altaria, & dantur exempla. II. 2. 33. Conſecratio Altaris de jure ſpectat ad Epiſcopum diœceſanum. II. 2. 34. 35. & ſub 36. Altare portatile an, & quomodo conſecrari poſſit ab Epiſcopo extraneo. II. 2. 36.

ALTARIS conſecratio ab Epiſcopo committi nequit ſimplici Sacerdoti, vel Prælato inferiori. II. 2. 37. Secus a Pontifice. II. 2. 38. Epiſcopus ante conſecrationem debet certior fieri de congrua dote. II. 2. 91. Cadaver ibi ſepultum prius debet exhumari, & alibi ſepeliri. II. 2. 42. 43. Conſecratio Altaris quo die fieri debeat. II. 2. 58. Altaria Baſilicæ Vaticanæ, & Eccleſiarum ſubditarum a quo conſecrari queant. II. 2. 71.

ALTARE ſemel conſecratum non debet amplius conſecrari. II. 2. 74. Dantur limitationes. II. 2. 75. 76. 78. 85. *Canon Altaria de conſecr. diſt. 1.* explanatur. II. 2. 77. Altaris conſecratio quomodo probetur, & notetur. II. 2. 79. 80. Antiquitus nedum Eccleſiæ, ſed etiam Altaris conſecrati celebrabatur feſtum anniverſarium. II. 2. 81. Secus hodie. II. 2. 82. Deficientibus probationibus poteſt Altare conſecrari, quamvis erectum in Eccleſia, & Civitate inſigni.

ALTARE quando, nec ne execretur. II. 2. 86. 89. 91. 96. 98. 99. 100. 101. 101. Quid ſi Eccleſia execretur, non vero Altaria; vel e contrario. II. 2. 109. 110. 111. Altare præſertim conſecratum deſtrui nequit abſque Ordinarii licentia, & juſta cauſa. II. 2. 112.

ALTARE pollutum debet reconciliari antequam Miſſa celebretur. II. 2. 116. Talis reconciliatio ad Epiſcopum pertinet. II. 2. 117. Delegari nequit ſimplex Sacerdos, vel Prælatus inferior. II. 2. 118. Prælati inferiores id ſibi nequeunt vindicare, non obſtante contraria conſuetudine. *Ibidem.* Summus Pontifex poteſt hujuſmodi officium cuicumque voluerit demandare: & dantur exempla. II. 2. 119. An polluta Eccleſia polluantur quoque Altaria. II. 2. 120. 121. 121. 123. Si Altaria per ſe polluantur, a fortiori Eccleſia. II. 1. 116. Debent cum Eccleſia reconciliari, etſi ad aliam non pollutam transferantur. II. 1. 118. Vide *Abbas*, *Baſilica*, *Benedictio*, *Cœmeterium*, *Eccleſia quoad Conſecrationem*, *Miſſa*, *Reliquia*.

ALTERNATIVA ab Epiſcopo pro functionibus Pontificalibus an, ubi, & quomodo ſervanda. I. 11. 41. 44. 48. 49. 50. Quando ſervanda ſit inter Epiſcopum, & Patronum. I. 10. 111.

ANNATA media quando ſolvi debeat. I. 11. 16. Singulis 15. annis Annata Beneficii uniti ſolvenda eſt. I. 11. 15. 204. An Epiſcopus exigere poſſit mediam Annatam a Beneficiis Juriſp. laicalis. I. 9. 54. Media Annata a quibus ſolvenda ſit pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ. I. 9. 55. 56. 59. 61. Deducenda ſunt onera fixa, & realia, non perſonalia. I. 9. 57. 58.

APPELLATIO ſuſpenſiva non datur, ſed tantum devolutiva contra Epiſcopi decreta circa mores. II. 5. 304. Vide *Cunonicus*.

AQUA baptiſmalis quando conſecretur, vel non. II. 4. 88. 89. Aqua baptiſmalis conſecrata dicitur etiam benedicta, non omnis tamen aqua benedicta dici etiam poteſt conſecrata. II. 4. 90. Aquæ benedictæ quatuor genera. II. 4. 91. Aqua ab Epiſcopo benedicta in reconciliatione Eccleſiæ a quo adhibenda ſit. II. 1. 165. 166. Aqua in vaſe quando continua, vel contigua dicatur. II. 3. ſub 91.

ARCHIDIACONUS. Vide *Archipresbyter*, *Congrua*.

AR-

ARCHIEPISCOPATUS Nicoſiæ a *Benedicto* XIV. confertur *Carolo Amedeo delle Lanze*, S. R. E. Card. Supremo Eleemoſynario Regis Sardiniæ. I. 3. 48. Vide *Patriarchatus*.

ARCHIEPISCOPI Beneventani, aliique nonnulli tempore viſitationis ſolebant præſeferre SS. Euchariſtiam. II. 5. 139. Archiepiſcoporum origo. I. 12. ſub 117. Tempore *Anacleti* hujuſmodi nomina erant ignota. I. 12. 116. Archiepiſcopi *in partibus* ſunt veri Archiepiſcopi. I. 6. 32. Vide *Patriarchatus*.

ARCHIPRESBYTER in Collegiatis ut prima dignitas, plerumque habet animarum curam actualem. I. 5. 28. 29. In variis Eccleſiis Germaniæ Archipresbyter animarum curam exercet in tota diœceſi. I. 5. 30. In aliis abiit in deſuetudinem. *Ibidem*. Archipresbyter, vel alius Canonicus Curatus an eximatur a choro, & divinis officiis. I. 5. 42. 43. Vide *Cardinalis*, *Congrua*.

ARGUMENTUM a diverſis non eſt admittendum. I. 8. 17. II. 2. 110. A majori ad minus firmiſſimum judicatur. I. 8. 213. Datur limitatio cum exemplo. I. 8. 215. Ab unione Eccleſiæ ad illam Beneficiorum in ea exiſtentium, non valet argumentum. I. 11. 90. Petitum *a l. Barbarius de off. Prætor.* quando rejiciatur. I. 12. 43. Quæ propter neceſſitatem ſunt introducta, nequeunt in argumentum deduci. I. 13. 101. Concurrente diverſitate circumſtantiarum, rationum, & caſuum, inutile fit argumentum. I. 13. 102. A ſimili valet. II. 2. 88. Item a partibus ad totum, quando eadem ratio militat. II. 2. 127. Vide *Bulla Cathecumbæ*, *Cœmeterium*, *Crux*.

AUCTORITAS, & conſenſus Epiſcopi requiritur in erectione novæ Parochiæ. I. 3. 8. Epiſcopus tamen erigere nequit auctoritate propria Parochialem Eccleſiam in Collegiatam. I. 7. 39. Concilium Trid. in *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 13. non afficit auctoritatem Pontificis: & quare. I. 10. 18. Uniones Parochiatum a Pontificia, non ordinaria auctoritate pendere debent, ut effectum conſequantur. I. 10. 19. Dantur limitationes, & rationes. I. 10. 20. cum 3. ſeqq. 26. 29. cum 4. ſeqq. Auctoritas Pontificia eſt ſupra jus commune, & poſitivum. I. 10. 92. Supplet omnes ſolemnitates, & defectus. I. 12. 59. Auctoritates, & exempla quando non ſint attendenda. I. 12. 187. Vide *Beneficium quoad collat.*, *Collegiata*, *Concilium*, *Decretum*, *Eccleſia quoad erectionem*, *unionem*, *Juspatronatus quoad acquiſit.*, *Locus*, *Oratorium*, *S. Sedes*, *Vicarius generalis*.

AXIOMATA, & Regulæ juris.

ABSURDA ſunt omnino vitanda. II. 5. 216. Acceſſorium ſequitur ſuum principale. II. 2. 124. II. 3. ſub 58. 81. Dantur limitationes. II. 3. 58. 60. ſub 80. Acceſſorium ſequitur principale contiguum, non tamen acceſſorium contiguum ſequitur contiguum II. 3. ſub 108. Acceſſorii qualitates, & naturam non ſequitur principale. II. 3. 99. Acceſſorium quando non intelligatur vitiatum cum ſuo principali. II. 3. 82. Agris ſuis ſitientibus, alieni non ſunt irrigandi. I. 3. 111. Idem eſt aliquid fieri, vel fieri quidem, ſed non recte. II. 2. ſub 75. In claris opus non eſt quæſtionibus. II. 5. 12. In connexis idem judicium ferendum. II. 3. 96. Intellige. II. 3. 97. Modica non ſunt ponenda in conſideratione. I. 9. ſub 96. Nemo dominus membrorum ſuorum II. 1. 134. Nemo poteſt ſe ipſum vulnerare, aut occidere: & contraria Plinii ſententia damnatur. II. 1. 135. Non entis nullæ ideæ, nullæ qualitates, nullæ proprietates. I. 5. 13. Omnia ſic donata ſunt, ut ad priſtinam naturam, & ſtatum inveniant facilem regreſſum. I. 3. 6. I. 11. 102. Priora a poſterioribus abrogantur. I. 11. 47 Quæ a peculiari ratione proficiſcuntur, non ſunt in conſequentiam trahenda. I. 11. ſub 47. II. 1. ſub 65. §. Iſtud. Quibus non diſplicet commodum non debet incommodum diſplicere. I. 9. 14. Quod majus, & di-

CONGRUA aſſignari debet Vicario curato pro ſui honeſta ſuſtentatione. I. 4. 90. 122. Quomodo ſit aſſignanda ex Trid. Concilio. I. 4. 91. Congrua Vicario curato non eſt aſſignanda juxta Trid. Conc., ſed juxta *Pianam* Conſtitutionem. I. 4. 93. Poteſt taxari major ſcutis centum. I. 4. 94. Quid inquirere debeat Epiſcopus. I. 4. 95. An taxari poſſit in ſumma minoreſcutis quinquaginta. I. 4. 96. 97. 98. 99. Quænam emolumenta in congruam Parochi, vel Vicarii curati computanda ſint, vel non: & quare. I. 3. 125. 126. I. 4. 100. 101. 102. 103. 104. 106. 107. *Pius* V. in Conſt. 46. §. *ſtatuimus* explanatur. I. 4. 105. *Piana* Conſtitutio loquitur tantum de congrua pro Vicariis perpetuis. I. 4. 108. Extendi tamen quoque debet ad Vicarios amovibiles: & quare. I. 4. 109. 110. *Benedictus* XIII. nonnullas Parochiales extra urbem congrua privavit, aliis vero quibuſdam congruam aſſignavit. I. 4. 113.

CONGRUÆ ſupplementum quando perfici debeat. I. 4. 114. Aſſignata congrua in ſcutis quinquaginta, an Vicarius curatus aliquid amplius petere queat. I. 4. 115. Congruæ ſupplementum ad illos ſpectat, ad quos ſpectabat aſſignatio Congruæ: & quare. I. 4. 116. 117. Congrua a quibus ſit aſſignanda, vel non, & quare. I. 4. 118. cum 10. ſeqq. I. 5. 52. I. 12. 124.

CONGRUA aſſignata Vicario curato probare nequit unionem ſubjectivam: & quare. I. 11. 191. 192. Quando ſumi nequeat pro ſalario deſtinato Vicario amovibili. I. 11. 193. Diſmembratio æque principalis excluditur ex Congrua ab antiqua Eccleſia novo Rectori tradenda: & quare. I. 13. 38. 39. 40. Datur ampliatio cum ratione. I. 13. 41. 42.

CONJECTURÆ quando admittantur. I. 9. 156. Quando rejiciantur. I. 11. 7 12. Vide *Eccleſia quoad unionem*.

CONSECRATIO rerum ad divinum, & Eccleſiaſticum cultum neceſſariarum

Digitized by Google

rum multiplex . . II. 4. 1. Hujuſmodi conſecrationes aliæ vere, & proprie tales, aliæ impropriæ. II. 4. 2. Illæ conſecrationes, iſtæ benedictiones dicuntur. II. 4. 3. In hiſce conſecrationibus quid adhibeatur. II. 4. 4. Vide *Altare*, *Cœmeterium*, & *Eccleſia quoad conſecrat.*, *Benedictio*. *Calix*, *Campana*, *Pixis*, *Pontifex*.

CONSTITUTIO *Sixtina* circa viſitationem ſacrorum liminum a *Benedicto XIV.* confirmatur. II. 5. 7. Tempus a *Sixtina* Conſtit. præſcriptum ab Epiſcopo non completum, in illius Succeſſori effluxerit. II. 5. 5. Initium temporis præſcripti deſumendum a die editæ *Sixtinæ* Conſtitutionis. II. 5. 6. 13. Conſtitutio *Gregorii XV.* incip. *Inſcrutabili* explanatur. II. 4. 193. Abrogata fuit a Conſtit. *Benedicti XIV.* incip. *Firmandis*. II. 4. 194. Variæ referuntur Conſtitutiones ab eodem confirmatæ. II. 5. 149. Leges, & Conſtitutiones priores a poſterioribus abrogantur. II. 4. 195. Vide *Altare*, *Congrua*. *Vicaria quoad erectionem*.

CONSUETUDO longæva, & immemorabilis in actibus honorificis, & in præeminentiis attendenda. I. 6. 63. Religioſe ſervanda. I. 6. 66. 67. Delatio Mozzettæ Dignitatibus negata non fuit contra conſuetudinem immemorabilem, ſed contra aliam longe minoris temporis. I. 7. 122. In materia reſtaurationis Eccleſiæ locum quoque habet conſuetudo. I. 9. 76. 107. Conſuetudo coactiva quando dicatur. I. 9. 108. Laudabilis ſemper fuit Eccleſiæ conſuetudo, ut exhibitione majoris honoris Patroni afficerentur. I. 8. 166. Retentio SS. Sacramenti in Eccleſiis non Parochialibus competere poteſt ex conſuetudine immemorabili, aut quadragenaria cum titulo putativo inducente bonam fidem. I. 8. 34. Vide *Contractus*, *Crux*, *Miſſa*, *Reliquiæ*, *Reſidentia*.

CONTRACTU, conſuetudine, ac præſcriptione acquiri poſſunt exactiones canonum, decimarum, & ſimilium. I. 11. 179. Unio facta ex titulo oneroſo, & ex vero contractu non poteſt præſcriptione interverti. I. 11. 63.

CORPORALIS pars includi nequit in Altari deficientibus Reliquiis, & aliter ſentientes rejiciuntur. II. 2. 53. Linteamina Sacrificii ad Pallas, Corporalia, & Mappas reduci ſolent. II. 2. 54. Corporalia ita dicta, quia in illis reponitur, & continetur Corpus Chriſti. 2. 4. 55. Unde nomen recipit, quaſi Corporis Chriſti in Altari indumentum. *Ibidem*. Ex qua materia confici debeant. II. 4. 56. 57. Quare ſacrata dicantur. II. 4. 63. Si lacerentur, non ſunt iterum conſecranda, ſeu benedicenda. II. 4. 71.

CORPORIS, & Sanguinis Chriſti Sedes, ac Menſa Domini nuncupatur Altare. II. 2. 115. & ſub 4. Corpus Chriſti, quo in loco olim, & nunc retinendum ſit. II. 4. 46. Vide *Corporale*, *Reliquia*.

CORPUS Sancti. Vide *Altare*, *Baſilica Later.*, *Cathecumbæ*.

CORPUS compaginari nequit ex partibus, ſeu membris diverſæ naturæ. . I. 7. ſub 6. Contigua dicuntur, quorum terminus eſt unus: continua, quæ unum Corpus conſtituunt. II. 3. 91. Vide *Capitulum*.

CRUX ab uno tantum Parocho elata Eccleſiæ matricitatem indicat. I. 6. 9. Item probatur ſi feria quinta in Cœna Domini prius Cruces denudantur. I. 6. 95.

CRUX ex quacumque materia perfici poteſt. II. 4. 91. Forma benedicendi Cruces. II. 4. 72. Duplicis generis eſſe poſſunt. II. 4. 73. Parva Crux cum Imagine Crucifixi poſita ſuper Tabernaculum non ſufficit, dum Miſſa celebratur. II. 4. 74. Crux parva collocari debet in Altari, ubi adeſt magna ſtatua Crucifixi, vel Sanctiſſimum, dum celebratur. II. 4. 75. Niſi contraria vigeat conſuetudo. *Ibidem*. Cruces ſuppeditant argumentum peractæ conſe-

Digitized by Google

conſecrationis; illarum tamen defectus argumentum negativum ſuppeditare nequit, & quare. II. 1. 100. 102. 104. II. 2. 62. Epiſcopi ſimul conſecrantes Eccleſiam poſſunt inter ſe partiri munus benedicendi, & ungendi Cruces. II. 7. 58. *Pax Jordan.* reprehenditur. & Sac. Cong. Conc. explanatur. II. 1. 59. Ad probandam conſecrationem, nihil refert, ſi duodecim Cruces non appareant. II. 1. 101.

CRUCES quare in Cœmeteriis figantur. II. 3. 30. Cruces in Cœmeteriis depictæ magna apud fideles habita in veneratione. *II.* 3. 31. Origo figendi Cruces in conſecratis, vel benedictis Cœmeteriis ignoratur. II. 5. 32. Hujuſmodi uſus ſæculo duodecimo jam obſervatus. II. 3. 33. In Cœmeteriis Patrum Carthuſianorum ad capita defunctorum erectæ ligneæ Cruces modicæ altitudinis. II. 3. 34. Jam quarto Eccleſiæ ſæculo ſolebant in Cœmeteriis, vel extra ad defunctorum capita Cruces figi ab Epiſcopo benedictæ. *Ibidem*. Hujuſmodi praxis *D. Patricii* temporibus vigens, uſu quaſi generali recepta fuit ſæculo circiter decimotertio. II. 3. 35.

CURA animarum quando imminet Capitulo, vel Collegio, ille tantum dicitur Parochus, qui deſtinatus fuit ad ejuſdem Curæ exercitium. I. 1. 101. Imo quando reſidet penes Capitulum collegialiter, Dignitates, & Canonici uti ſinguli conſiderati, neque habitu, neque actu dici poſſunt Curati. I. 1. 103. Quando adſunt alii Capellani Curati reſidet penes Vicarium. I. 1. 104. Parochialitas nil aliud eſt, quam animarum Cura. I. 5. 1. Animarum Curæ nomine quid intelligatur. I. 5. 2. Sacramentorum adminiſtratio, Animarum cura, & Parochialitas, ſi rigoroſe ſumuntur, unum, idemque ſignificant: ſecus ſi uti jacent. I. 5. 3. 4. 5. 7. Vera Animarum Cura, & Parochialitas qualis dicatur. I. 5. 10. Animarum Cura quotuplex ſit. I. 5. 14. *cum* 6. *ſeqq.* I. 13. 17.

CURA Animarum ſi acceſſorie immineat alicui Dignitati, hæc dici nequit curata. I. 5. 21. Quid requiratur. I. 5. 22. Ad conſtituendam Parochialitatem quænam Cura requiratur. I. 5. 23. 24. Etiam vera Cura dari poteſt in Collegiata. I. 5. 25. Animarum Cura apud quem reſideat *in* Collegiata Parochiali. I. 5. 26. 27. Quandoque actualis, & habitualis reſidet penes Dignitatem, vel ſimplicem Parochum. I. 5. 31. Quando utraque penès Parochum reſideat. I. 5. 33. Quandoque exercetur inter Canonicos per turnum. I. 5. 34. Quandoque inter ſingulos. & quomodo. I. 5. 35. 36. Rigoroſe loquendo actualis debet remanere penes aliquem Canonicum. I. 5. 37. Vage non debet Capitularibus iminere. I. 5. 38.

CURA actualis, & habitualis quando, nec ne præſumatur Canonico collata. I. 5. 39. 40. 41. Quandoque exercetur ab extraneo per Capitulum deputato. I. 5. 44. 45. Canonicus Curatus merus miniſter Capituli conſideratur, habetque jus exercendi functiones mere tantum Parochiales. I. 5. 49. Animarum cura improprie apud laicos reſidet. Sunt incapaces Juriſdictionis ſpiritualis. I. 5. 57. Adminiſtratio Sacramentorum, & Curæ per ſe non probat independentiam a Matrice. & veram Parochialitatem. I. 5. 61. 62. 63. 64. 66. 142. Parochus in propria Eccleſia circa Animarum curam, & functiones Parochiales dicitur Dominus, & Epiſcopus. I. 5. 71. Nomina Rectoriæ, Parochiæ, ſeu Curæ, & Vicariæ frequenter pro ſynonimis habentur. I. 11. 108.

CURÆ diſmembratio dupliciter fieri poteſt. I. 13. 18. Contra diſmembrationem curæ tantum actualis mitior interpretatio ſumitur. I. 13. 19. In dubio ſemper intelligitur facta diviſio Parochialis quoad curam tantum actualem: & quare. I. 13. 23. 82. 83. Adeoque habitualis rema-

manere debet penes Matricem . I. 13. 24. Animarum cura a priori Eccleſia non eſt divellenda , quando aliter poteſt provideri . I. 13. 26. Epiſcopus prævio Capituli conſenſu Animarum curam e Capitulo in primam Dignitatem , vel aliam perſonam transferre poteſt , illique eam unire . I. 10. 52.

Cura actualis ſi in una exerceatur , & habitualis in altera retineatur , retentio duarum Parochialium non inducit incompatibilitatem . I. 1. 73. Quando ex duabus Parochiis , una eſt matrix , & altera filialis , cura habitualis reſidet penes matricem . I. 1. 74. Epiſcopi providere debent, ut animarum cura laudabiliter exerceatur : & quomodo . I. 4. 50. Conſtituto Parocho in Eccleſia receptitia , Presbyteri participantes ſe ingerere nequeunt in adminiſtratione curæ . I. 2. 73. In Baſilica Vaticana habitualis cura remanet penes Capitulum , & actualis penes Vicarium perpetuum . I. 4. ſub 56. In viſitatione Paſtorali, & diœceſana ſita eſt prima animarum cura . II. 5. 21.

Vide *Abbas* , *Abbatiſſa* , *Archi-Presbyter* , *Parochus quoad curam* , *Vicaria quoad erectionem* .

D

Dataria . Vide *Eccleſia* , & *Parochia quoad unionem* .

Datarius . Vide *Epiſtola* .

Decimæ an , quando , & quomodo aſſignari debeant in dotem novæ Eccleſiæ . I. 3. 113. *cum* 4. *ſeqq.* Decimarum , oblationum , & ſimilium perceptio quando , & quare Parochialitatem non inducat . I. 5. 118. *cum* 4. *ſeqq.* I. 9. 178. Vera , & rigoroſa Matricitas probatur , ſi decimæ jure nativo percipiantur . I. 6. 42. Ex litteris Apoſtolicis approbantibus donationem decimarum , reſervata Congrua Vicario perpetuo, probari nequit unio ſubjectiva . I. 11. 180. Laici ſibi arrogare nequeunt adminiſtrationem decimarum , oblationum , aliorumque Parochialium redditunm . I. 12. 415. Vide *Canon*, *Congrua* , *Eccleſia quoad reſtaurationem* , *Redditus* .

Decretum *Gratiani* auctoritatem per ſe non meretur . I. 2. 22. 24. & ſub 25. Non fuit ab *Eugenio IV.* , neque a *Gregorio XIII.* confirmatum . I. 1. 26. 27. Decreta proviſionalia non probant unionem , ſed ſententia definitiva requiritur . I. 9. 198. Defectus decreti irritantis quid efficiat . I. 8. 195. Clara legis , & decreti exiſtente diſpoſitione , non eſt ad diſtinctiones recurrendum . I. 10. 38. Decretum totalis diſmembrationis . I. 13. 68. Decreta Epiſcopi quando non noceant . II. 5. 189. Decretum latum ſine Partis citatione nullum eſt . II. 5. 190 Nullam poſſeſſionem manutenibilem præbere poteſt . II. 5. 161. Epiſcopi decretum quando ſuſtineatur . II. 5. 193. Vide *Congregatio* , *Parochus* .

Dedicationum multiplices uſus quo primum tempore preceſſerint , ignoratur . II. 14. Illorum tamen vetuſtas , & plurima myſteria ab omnibus admittuntur . *Ibidem* . Ritus dedicationum ab Eccleſia præſcripti , reverenter accipi , & fideliter ſervari debent . II. 1. 5. Formula dedicationis Templorum Gentilium . *Ibidem* . Eccleſia Cathedralis habet jus præcipuum celebrandi feſtum dedicationis . II. 1. 70. Quo tempore fieri , vel transferri debeat . II. 1. 71. 72. Dantur exempla . II. 1. 73.

Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis fieri debet in Civitate cum Octava , & in Diœceſi ſine illa , vel ſub ritu duplici primæ claſſis , aut ſub duplici minori . II. 1. 74. Quomodo a Regularibus , & Monialibus . II. 1. 75. An Clerus Civitatis , vel Oppidi teneatur recitare officium , & perficere Octavam dedicationis Eccleſiæ Collegialis , aut Parochialis matricis . II. 1. 96. Solemnitas dedicationis cum Octava probat matricitatem . II. 1. 77. Quid de officio novæ dedicationis . *Ibidem* . Anniverſarium dedicationis , & recitatio proprii offi-

Digitized by Google

officii probant Eccleſiæ conſecrationem. II. 1. 95. Vide *Baſilica*.

DEFINITIONES periculoſæ ſunt. I. 1. 50.

DEGRADATIO. Vide *Abbas*, *Hoſtia*.

DELEGATUS quando nulliter agat. I. 10. 88. Non ſolum poteſt excedere facultates delegatas, ſed etiam modum. I. 10. 89. Ordinarius, vel Delegatus quomodo, & quare melius inſtruatur. I. 12. 70. 71. 72. Ut Delegati aſſertioni deferatur, quid agendum. I. 12. 73. Vide *Eccleſia quoad reſtaurat.*, *conſecrationem*.

DENUNCIATIONES ante matrimonii celebrationem faciendæ. II. 3. 50. Illarum defectus efficit illicitum, ſed validum matrimonium. II. 3. 11. Datur ampliatio. *Ibidem*.

DEI cultus augmentum privato præjudicio eſt anteferendum. I. 8. 21. A ſolo Deo omne opus eſt inchoandum, attendique debet difficultatum reſolutio. I. 1. 1. Vide *Altare*, *Martyrium*.

DIGNITATI unita æque principaliter Vicaria, aut in titulum facta alicujus dignitatis, quid operetur. I. 4. 32. Prima Dignitas Collegiatæ ſi excedat decem florenos auri de Camera, eſt reſervata Apoſtolicæ Sedi. I. 7. 82. In Collegialibus ſimplicibus requiritur in prima Dignitate profeſſio tantum fidei. I. 7. 127. Verba: *uſque ad beneplacitum noſtrum*: ad Dignitatem Pontificiam referuntur. I. 3. ſub 241. Proviſiones factæ ab Ordinariis ſine deſignatione qualitatis Eccleſiæ Collegialis, & primæ Dignitatis a Pontifice erectæ, immutare nequeunt d. qualitatem. I. 7. 152. Epiſcopus unire nequit Parochiales Dignitatibus, aut Præbendis Cathedralium vel Collegiatarum. I. 10. 42. Nec ad effectum quidem augendi quotidianas diſtributiones. I. 10. 42. Neque unire poteſt Dignitates. I. 10. 50. Vide *Canonicus*, *Collegialitas*, *Conſuetudo*. *Cura*.

DIOECESES duæ tolerabilius haberi queunt ab uno Epiſcopo, quam ut duo Epiſcopi in una diœceſi reſideant. I. 1. 100. Parochiæ collectivæ dicuntur Epiſcoporum diœceſes. I. 2. 2. Parochiæ autem particulares illæ dicuntur, quæ intra hujuſmodi diœceſes. *Ibidem*. Nomine Parochiæ totam diœceſim contineri non eſt infrequens apud ſacros Canones. I. 2. 3. Diœceſes Epiſcoporum quare Parochiæ appellantur. I. 2. 6. Solus Pontifex erigere, unire, dividere, vel ſupprimere poteſt Epiſcopales diœceſes. I. 3. 68. I. 12. 20. *Benedictus XIV* poſt Patriarchatum Aquilrjenſem ſuppreſſum duas Archiepiſcopales Diœceſes Utinenſem, & Gorinenſem erexit, & quomodo. I. 12. 23. 25. Epiſcopus eſt Parochus univerſalis, & Parochorum ſuæ diœceſis. II. 5. 59. Pœna contra Epiſcopum exercentem Pontificalia in aliena diœceſi. II. 3. 48.

Vide *Altare*, & *Eccleſia quoad conſecrat.*, *viſitation.*, *Beneficium*, *Cura*, *Examinator*, *Juriſdictio*, *Prælatus*.

DISTRIBUTIONES Canonicorum deficientium, an ab Epiſcopo aſſignari poſſint fabricæ Cathedr. Eccleſiæ. I. 9. 50. An Epiſcopus nonnullas Præbendas ſupprimere queat, illarumque fructus applicare diſtributionibus reliquarum. I. 10. 94. Vide *Dignitas*.

DIVISIO, & ſectio interdum diſmembratio nuncupatur. I. 12. 14. Frequenter etiam ſeparatio. I. 12. 15. Exitu inſpecto æque uſurpantur ad idem ſignificandum. I. 12. 16. Diviſio, ſeu diſmembratio eſt vera alienationis ſpecies. I. 12. 38. 138. In hac odioſa materia communis error non attenditur. I. 12. 42. In qualibet dubietate contra diviſionem eſt reſpondendum. I. 12. 52. Diviſio quando utilis, & efficax. I. 12. 17. Semper eſt concludenter probanda. I. 13. 12. Totalis diviſio in præjudicium antiqui Parochi omnino evitanda. I. 13. 20. Quando ad hanc ſit deveniendum. I. 13. 21.

Non

Non eſt attendenda extenſio ultra expreſſa. I. 13. 37. Vide *Beneficium*, *Eccleſia*, *Parochia quoad diviſionem*.

DOMINICO tantum die olim Eccleſiæ debebant conſecrari. II. 1. 49. Nunc decentius eſt, ut in Dominico, aliove feſto die conſecrentur. II. 1. 50. 51. Item Altaria, & Cœmeteria. II. 2. 58. II. 3. 116. Muſcus ab Eccleſia latina adhibetur, dum Roſa aurea a Pontifice benedicitur in Dominica *Lætare*. II. 4. 106. Ob id Dominica *de Roſa* nuncupata. II. 4. 107. Olim Baptiſmus miniſtrabatur Sabbato Sancto Paſchatis, & Pentecoſtes, non Dominica in Albis. I. 1. 45.

DOMINIO privatorum ſubjici nequeunt res nullius, ſacræ, & religioſæ. I. 6. 15. I. 9. 150. Baſilica Lateranenſis in Vaticanam nullum habet dominium. I. 6. ſub 22. Retentio Juriſpatronatus nil detrahit dominio, & matricitati Eccleſiæ. I. 13. 65. Eccleſia Cathedralis reliquas habet ſubjectas ratione dignioritatis, non vero dominii. I. 6. 25. Per unionem, & incorporationem fundi jure acceſſionis in Eccleſiæ dominium fit transmigratio. I. 9. ſub 149. Dominium, de quo Rota, & *Mantica*, quomodo intelligitur. I. 8. 18. Parochialis Eccleſia poteſt eſſe ſub dominio, & juriſdictione alicujus Monaſterii, quin illi ſit ſubjective unita; & quare. I. 11. 154. 155. Dominium, & ſervitus favore ejuſdem Eccleſiæ conſtitui nequeunt. I. 3. 62. Vide *Dos*, *Fundus*, *Inſignia*, *Pontifex*, *Territorium*.

DOMUS Parochialis non eſt unum ex requiſitis pro erectione Parochiæ: & quare. I. 3. 141. 143. *Alexander VII.* domum contiguam Baſilicæ Lateranenſi ampliavit, deſtinavitque pro Vicario curato. I. 3. 142. Parochus, in qua domo habitare debeat. I. 3. 144. 145. 146. Obligatio Parochianorum quoad congruam Parochi domum an, & quare adimplenda. I. 3. 147. 148. Domus Parochialis debet eſſe libera. I. 3. 149. Item ærea, hortus, & ſimilia. I. 3. 150. 151. Domus non Parochialis a Parocho habitata non eximitur ab oneribus. I. 3. 152. Neque gaudet immunitate. I. 3. 153. Concordata ad hanc rem adducuntur. I. 3. 154. 155. Domus Parochialis, quando non gaudeat immunitate. I. 3. 156. 157. Sub reſtauratione Eccleſiæ, & illa Domus Parochialis quoque comprehenditur. I. 3. 113. In locis infidelium Sacra Olea a Parocho retineri poſſunt domi. I. 8. 89. Apoſtolici viri ab Epiſcopo miſſi ante viſitationem, debent a Parochis recipi in propriis domibus, & Eccleſiis. I. 5. 138. Vide *Familia*.

DOS Parochiæ, vel alterius Beneficii ex uſufructu conſtitui nequit: & quare. I. 1. 55. 59, 60. Debet eſſe certa, perpetua, & nulli periculo obnoxia. I. 1. 61. Dotis aſſignatio requiritur etiam in Beneficio ſimplici. I. 3. 105. In erigenda Collegiata dos certa, fixa, & libera requiritur. I. 7. 84. Collegialitas probatur, ſi Eccleſia fuerit pluribus Sacerdotibus, & congruis dotibus proviſa. I. 7. 88. Pro erigenda Collegiata, & congrua dote aſſignanda nequeunt commutari piæ fidelium voluntates. I. 7. 90.

DOS quomodo conſtitui debeat. I. 1. 55. I. 3. 105. In erigenda nova Parochia requiritur quoque aſſignatio dotis, & quomodo. I. 3. 57. 103. I. 5. 136. Ex defectu aſſignationis dotis poteſt excludi Parochialitas. I. 3. 104. I. 5. 135. Redditus Eccleſiæ conſtitui debent expreſſo dotis titulo. I. 3. 106. Dos pro nova Parochia, unde deſumenda. I. 3. 107. Quando obligari poſſint Parochiani. I. 3. 111. Epiſcopus tenetur fundatorem, ejuſve hæredem obligare ad congruam dotis aſſignationem. II. 1. 29. Vide *Altare*, & *Eccleſia quoad Conſecrat.*, *Erection.*, *Decima*, *Fundator*, *Juſpatronatus*.

E

ECCLESIA Calamen. ſeu Calama unde ſita. I. 1. 14. Eccleſiæ baptiſmales duplicis generis. I. 2. 140. 141. 143. Quilibet ſi debet conformare moribus Eccleſiæ, ubi converſatur. I. 7. ſub 10. Eccleſia, quæ veterem formam melius retinet, oſtenditur. I. 8. 109. Antiquitus quomodo fideles diſtinguerentur, & ſecernerentur in Eccleſiis, I. 8. 12. *cum* 4. *ſeqq.* Eccleſia *S. Mariæ ad pacem* non erat olim inſigne Templum Paci a Gentilibus erectum, I. 8. 200.

ECCLESIA *S. Athanaſii* de Urbe plura continet Altaria. II. 1. 24. *Leo Allatius* aſſeruit in d. Eccleſia nil formæ græcæ reperiri, quam Bema. II. 1. 25. Prærogativæ Eccleſiarum, ac Beneficiorum diœceſis præſumuntur, & eſſe debent Epiſcopo perſpectæ. I. 6. 58. II. 5. 186. Eccleſiæ Patrum Cappuccinorum a *Benedicto XIII.* frequenter in exemplum adducebantur. II. 5. 139. Nil refert divites ſint, vel pauperes dummodo in illis nitor, & mundities effulgeat. II. 5. 140. Muſcus in Eccleſia latina quando adhibeatur. I. 4 106. Quæ pendent ex inſtitutione Eccleſiæ non poſſunt ſuppleri, niſi eo modo, & ritu, quo Eccleſia determinavit. II. 4. 23. Ab Eccleſia Romana, ut omnium matre, ceteræ pendere debent in obſervatione præſertim Pontificalium Rituum. Vide *Altare*, *Baſilica*, *Imago*.

ECCLESIA Cathedralis dicitur Parochia matrix, & juriſdictionalis. I. 2. 30. Eſt ſponſa ſuprema, & univerſalis Parochia, cujus Rector, & Parochus eſt Epiſcopus. I. 1. 17. I. 2. 11. I. 6. 26. 28. 29. Datur limitatio. I. 1. 18. I. 6. 27. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ unum idemque corpus conſtituit cum Epiſcopo. I. 6. 28. 29. In Cathedrali Taurinenſi unus Curatus, & tres Vice-Curati a Capitulo deſtinati, in exercitio curæ occupantur. I. 5. 48. I. 12. 108. Eccleſia Cathedralis eſt etiam Collegiata, ratione tamen Cathedræ Epiſcopi dicitur Cathedralis. I. 7. 28. Prætendere poteſt ut Parochi ceterarum Eccleſiarum ab ea recipiant ſacra Olea. I. 6. 85. Limita quoad Collegiales. I. 6. 86. Quare SS. Sacramentum retineri nequeat in Altari majori. I. 8. 56. In ea Epiſcopus debet functiones Pontificales explere. I. 2. 10.

ECCLESIA Cathedralis eſt ceterarum Matrix, & Caput. I. 4. ſub 115. Eccleſiæ receptitiæ vocari quoque ſolent Collegiales. I. 2. 77. Id tamen improprie: & quare. I. 2. 78. 79. 80. Electio Parochi, ſeu Vicarii proprie tantum pertinet ad Eccleſiam Collegialem. I. 2. 57. Ubi non adeſt Cathedralis, frequenter oriuntur controverſiæ de matricitate inter Collegiales. I. 6. 108. Laurea Doctoralis requiritur in Collegialibus inſignibus, quæ Cathedralibus æquiparantur. I. 7. 126. In prima Dignitate Collegialium fidei profeſſio requiritur. I. 7. 127. Teſtes contra Collegialem, quando non audiantur. I. 7. 167. In Eccleſiis Collegialibus retineri poteſt SS. Sacramentum in Altari non majori, ſi ita Epiſcopus judicaverit. I. 8. 55. Vide *Collegiata*, *Collegialitas*, *Cura*, *Dedicatio*, *Eccleſia quoad erection.*, *reſtaurat.*, *union.*, *Functio*, *Patronus*, *Penſio*.

ECCLESIA mere baptiſmalis dici nequit nec Parochialis, nec Curata. I. 2. 144. Nomine Eccleſiæ ſimpliciter prolatæ non venit Parochialis, vel curata. I. 3. ſub 15. Parochialis longe differt a curata: nec valet argumentum: Eſt curata, ergo eſt Parochialis. I. 5. 65. Simplex denominatio Eccleſiæ Parochialis Parochialitatem non probat. I. 5. 79. Quæ Parochialem Eccleſiam indicent. I. 5. 82. Poteſt eſſe curata, quin ſit vere Parochialis, I. 3. 59. Parochialis Eccleſiæ requiſita. I. 1. 64. Ratione Ordinis hierarchici Cathedralis Eccleſia Collegialibus, Collegiales Parochialibus, & Parochia-

Digitized by Google

chiales cæteris ſupereminent. I. 6. 54. Eccleſiæ Parochiales receptitiæ quales ſint, vel non. I. 2. 69. 71. 72. Quare vocentur quoque patrimoniales. I. 2. 75. Deficientibus probationibus Eccleſia ſimplex, non Parochialis præſumitur. I. 5. 59. Vide *Actus*, *Campana*.

Ecclesiarum Collegiatarum erectiones ubi fieri debeant. I. 7. 131. 132. Eccleſia Parochialis quare ſit conſtituenda. I. 8. 1. Eccleſia Parochialis materialiter ſumpta quid ſit. I. 8. 2. In Eccleſiarum etiam ſimplicium erectione auctoritas interponi nequit a Prælatis inferioribus. I. 8. 5. In quacumque erectione, ædificatione Eccleſiæ licentia Epiſcopi eſt neceſſaria. I. 8. 5. 207. I. 9. 9. Eccleſia fundari poteſt ubicumque non eſt prohibitum. I. 8. 9. In loco exempto, requiritur auctoritas S. Sedis. I. 3. 10. Prædium pro Eccleſia conſtruenda debet primum a ſervitute, ac tributo liberari. I. 8. 11. 22. Quid conſiderare debeat Epiſcopus. I. 8. 22. 23. 23.

Ecclesiarum ſtructuræ ſummo religionis ſtudio a majoribus erectæ: & quare. I. 8. 24. Antequam Epiſcopus primum lapidem benedicat, & imponat, debet certior fieri de fundatore, & de congrua dote. & quare. I. 5. 136. I. 8. 26. 32. 33. 34. Congrua dotis aſſignatio quomodo facienda, & permittenda. I. 8. 36. 37. Aſſignatio unius Manſi ſufficit pro dote ſimplicis Eccleſiæ. I. 8. 38. Manſus quid ſit. I. 8. 39. 42. Olim erat neceſſarius pro dote Eccleſiæ denuo fundatæ. I. 4. 40. In deſignandis hiſce dotibus ſtandum eſt prudentiæ, & arbitrio Epiſcopi. I. 8. 42. In Parochiali erigenda Eccleſia quid requiratur, quomodo, & quare. I. 3. 135. I. 8. 43. 60. 82. 92. 99. 100. 103. 107. 108. 115. *cum* 4. *ſeqq.*

Ecclesiam fundare dicitur, qui fundum dat pro ea conſtruenda. I. 8. ſub 128. Proprie loquendo fundatio Eccleſiæ fundum, conſtructionem, & dotem continet. I. 8. 129. Eccleſia ſine Ordinarii auctoritate conſtructa an ſolo æquari poſſit: & quare. I. 8. 190. 191. 192. 193. Eccleſiæ conſtructio ſine benedictione. & impoſitione primi lapidis, eſt illicita; ſed valida. I. 8. 195. Ædificium profanum poteſt in Eccleſiam converti: & dantur exempla. I, 8. 196. 197. 198. 201. An Parochus ſe opponere queat ad novam Eccleſiæ ædificationem. I, 9. 11. Prælati inferiores habentes privilegium fundandi aliquam Eccleſiam, ob id erigere nequeunt Eccleſiam Parochialem. I. 2. 24. Dum diſcutitur, an Eccleſia ſit Parochialis, quid inquirendum. I. 3. 9. Suppreſſo parvo Cœnobio Patrum Heremitarum S. Auguſtini, illius Eccleſia in Parochialem erigitur. I. 3. 77. Vide *Abbas*, *Fundus*.

Ecclesia, ſeu Templum Pantheon a *Bonifacio IV.* conſecratur. I. 8. 203. Ad Eccleſias, Altaria, & Cœmeteria Conſecrationes locorum reducuntur. II. 1. 1. Conſecratio Eccleſiarum quid ſit. II. 1. 2. Ritus, & uſus conſecrandi Eccleſias antiquiſſimus. II. 1. 3. Miniſter ordinarius eſt Epiſcopus diœceſanus. II. 1. 6. 8. Delegare nequit non inſignitum Epiſcopali charactere. II. 1. ſub 6. Fallit in Pontifice. II. 1. 7. Sic tamen delegatus adhiberi debet oleum ab Epiſcopo benedictum. *Ibidem*. Antiquitus Epiſcopi conſecrare non poterant proprias Eccleſias ſine licentia Pontificis. II. 1. 13. Secus hodie. II. 1. 14. Pontifex per ſe, vel per alium conſecrare poteſt Eccleſias in qualibet diœceſi, etiam irrequiſito Epiſcopo: & dantur exempla. II. 1. 15. 17. 19. Olim Metropolitani conſecrare poterant Eccleſias Suffraganeorum; non tamen iſti proprias ſine illorum licentia. II. 1. 16. *Rodulph. Glaber* reprobatur. II. 1. 18. Epiſcopo recuſante injuſte conſecrationem Eccleſiæ poſſunt Regulares adire quemcumque Catholicum Epiſcopum. II. 1. 21.

Ecclesiam antequam Epiſcopus conſecret, quid agere, & præcavere debeat. II. 1. 24. 25. 26. 30. 32. 38. 41. 42. 43. Quid ſi Epiſcopns ſine dote Eccleſiam conſecraverit. II. 1. 28. 29, Eccleſiarum præſertim Cathedralium, Conventualium, & Parochialium conſecratio præſcribitur. I. 8. 126. II. 1. 32. Non eſt tamen conſecratio dicenda abſolute neceſſaria: & quare. II. 1. 33. 34. Rejiciuntur aſſerentes Eccleſiam præcipue conſecrari, ut ad eam fugientes ſalventur. II. 1. 36. Poſt conſecrationem Eccleſiæ non datur locus demolitioni. II. 1. 39. Eccleſia quando conſecrari debeat. II. 1. 49. 50. 51.

Ecclesiæ conſecratio fieri poteſt ab uno, vel a pluribus Epiſcopis. II. 1. 52. 55. Primus modus ordinarius dicitur, alter ſolemnis. II. 1. 53. 54. Eccleſia conſecrata olim ſubjiciebatur juriſdictioni Epiſcopi conſecratoris, niſi is primum ceſſiſſet. II. 1. 62. Inſcriptio conſecrationis Eccleſiæ Metropol. Bononienſ. factæ a Card. Malvetio. II. 1. ſub 69.

Ecclesia ſemel conſecrata non debet iterum conſecrari. II. 1. 60. Dantur variæ limitationes. II. 1. 81. 82. 84. 89. 90. 91. 105. Ordinatio nulla, & irrita convalidari nequit per Apoſtolicam approbationem, ſecus Eccleſiæ conſecratio. I. 1. 07. Conſecratio facta ab extraneo Epiſcopo illicita eſt, ſed valida. I. 1. 86. Eccleſia tamen ſubjacet interdicto. *ibidem*. Eccleſia quot, & quibus modis execretur. II. 1. 106. 107, 109. 111. 113, 114. 115. 117. 118. Dantur limitationes, & rationes. II. 1. 110. 119. Vide *Abbas*, *Baptiſterium*, *Cadaver*, *Crux*, *Dedicatio*, *Miſſa*.

Ecclesia polluta non eſt denuo conſecranda, ſed tantum benedicenda, II. 1. 120. Quot, & quibus modis polluatur, & quid requiratur. II. 1. 121. *cum* 4. *ſeqq.* 127. 136. 141. *cum* 2. *ſeqq.* 147. 153. 156. 157. Dantur limitationes. II. 1. 137. 140. 145. 146. 149. 151. 152. Effectus violationis Eccleſiæ. II. 1. 158. Baptiſmus adminiſtrari poteſt in Eccleſia polluta. II. 1. 159.

Ecclesia conſecrata ſi polluatur, illius reconciliatio ſpectat ad Epiſcopum. II. 1. 262, Delegari nequit deſtitutus Ordine Epiſcopali. II. 1. 163. Fallit in Pontifice: & dantur exempla. II. 1. 164. 167. 170. Dummodo adhibeatur aqua ab Epiſcopo benedicta. II. 1. 165. 166. Facta a ſimplici Sacerdote, deinde a Pontifice approbata ſuſtinetur. II, 1. 171. Si Eccleſia ſit tantum benedicta, illius reconciliatio fieri poteſt a ſimplici Sacerdote, etiam ſine ulla Epiſcopi licentia. I. 1. 168. Item poteſt a Vicario Capitulari. II. 1. 169.

Ecclesias ædificare, & veteres reſtaurare, eſt opus bonum, pium, ac religioſum. I. 9. 4. Ordinarii juris remediis debent providere, ut Eccleſiæ reparentur, & animarum cura debitis officiis non fraudetur. I. 9. 6. Si reſtaurationi occurri nequeat, poteſt Eccleſia transferri, & alteri perpetuo uniri. I. 9. 7. & ſub 125 Inter ædificationem, vel reædificationem, & reſtaurationem an detur diſcrimen. I. 9. 8. 75. 78. An fieri poſſit reſtauratio ſine Ordinarii licentia. I. 9. 10. Parochus ſe opponere nequit in Eccleſiarum reſtaurationibus. I. 9. 12. Onus reparandi Eccleſias, earumque indigentiis conſulendi pertinet ad Rectores, alioſque percipientes fructus. I. 9. 13. Quando ex redditibus Parochialibus ſit providendum Eccleſiæ neceſſitati. I. 9. 16. Quando Capitulum, Collegium, vel alia Eccleſia teneatur. I. 9. 30.

Ecclesiæ reſtauratio a Decimatoribus facienda: & quare. I. 9. 24. 25. Non tenentur ſi decimæ ſint laicales. I. 9. 28. Fallit ſi ſint inſufficientes. I. 9. 29. Patronus quando, & quare teneatur: & aliter ſentientes reprobantur. I. 9. 30. 32. 33. 275. & ſub 174. Beneficiati quando, & quomodo teneantur, vel non. I. 9. 33. 35.

Digitized by Google

33. 35. 36. 42. 43. Hæredes quoque in caſu neceſſitatis obligantur. I. 9. 37. An Penſionarius teneatur contribuere. I. 9. 38. Doctores diſtinguentes onera extraordinaria ab ordinariis non audiuntur. I. 9. 39. Capellani quoque obligari poſſunt ad hujuſmodi contributionem. I. 9. 46.

ECCLESIÆ Cathedralis reparatio quando a Clero inferiori facienda quoque ſit. I. 9. 47. Epiſcopus pro reparatione Cathedralis, aliiſque neceſſariis, quid expendere debeat. I. 9. 48. Item Canonici: & quare. I. 9. 49. Epiſcopus poteſt aſſignare pro fabrica Eccleſiæ diſtributiones Canonicorum deficientium. I. 9. 50. Tum etiam compellere cæteros Beneficiatos, & Clerum inferiorem de ſuperabundantibus, deductis neceſſariis. I. 9. 51. 52. Epiſcopus in caſu neceſſitatis quid ordinare queat pro reſtauratione Eccleſiæ Cathedralis. I. 9. 53. 54. Abſque juſta cauſa, & neceſſitate, ne Summus quidem Pontifex ſolet pias morientium voluntates commutare pro reædificandis, vel reſtaurandis Eccleſiis. I. 9. 62. Aperitio oris contra motum proprium *Benedicti XIV.* pro reædificanda Cathedrali Eccleſia, quare conceſſa fuerit. I. 9. 63. *Benedictus XIV.* hac in re commendatur. I. 9. 64.

ECCLESIÆ reſtauratio quando, & quare habenda ſit a Communitate. I. 9. 68. 69. 72. Ab hujuſmodi onere nemo eximitur. I. 9. 70. Datur ampliatio. I. 9. 71. In materia reſtaurationis Eccleſiæ habet quoque locum conſuetudo. I. 9. 76. Reparatio Parochialis Eccleſiæ fieri debet pro rata juxta cujuslibet facultates. I. 9. 80. Eccleſiæ reparatio dici poteſt ordinaria: & quare. I. 9. 87. Parochiani habentes propriam Eccleſiam tenentur pro iſtius reſtauratione, non pro illa Matricis. I. 9. 85. 86. Dantur ampliationes. I. 9. 87. *cum 5. ſeqq.* Utentes duplici Parochiali, pro cujuſnam reparatione teneantur. I. 9. 95. 94. 96.

ECCLESIÆ reſtauratio quid complectatur. I. 9. 97. 99. 100. 101. 103. 104. Laici quoque tenentur, & *gloſſa* reprobatur. I. 9. 109. Si laudum, pacta, & conventiones vigeant, quamquam ad alios de jure pertineat reſtauratio, ab illis non eſt recedendum. I. 9. 112. Quod de reſtauratione dictum fuit, ad ampliationem quoque debet extendi. I. 9. 116. In totali ampliatione quid requiratur. I. 9. 117. Eccleſiarum reſtaurationes, & renovationes quomodo fieri debeant. I. 9. 140. Reparatio, & reædificatio Eccleſiæ, modus, & norma remittitur curæ, & vigilantiæ Epiſcopi. I. 11. 121. Eccleſia non eſt reædificanda, ubi adeſt periculum devaſtationis. I. 11. 122. Vide *Annata*, *Commendatarius*.

ECCLESIA Parochialis, quando alteri uniri queat ab Epiſcopo, & illa diruta profanari, & alienari. I. 7. 7. & ſub 25. I. 10. 12. II. 3. 67. Hujuſmodi facultas illi competit in Trid. Concilio, ſub cujus diſpoſitione Cœmeteria non comprehenduntur. II. 3. 68. Eccleſia, vel Beneficium ad aliam Eccleſiam perpetuo translatum, quando recedere amplius nequeat. I. 9. 124. In Eccleſiæ Parochialis ſuppreſſione, translatione, unione quid debeat intervenire. I. 9. 126. Quid de ſitu Eccleſiæ dirutæ. I. 9. 125. 126. 132. 133. Ac de Cœmeteriis. I. 9. 128. *cum 3. ſeqq.* Eccleſia ſic diruta non fruitur immunitate. I. 9. 133. Si Eccleſia, vel Beneficium ad aliam transferatur uniatur, debet in ea erigi Altare: & quomodo. I. 9. 135. Exiſtentibus ſepulchris in Eccleſia diruta, debent oſſa defunctorum transferri. I. 9. 138.

ECCLESIARUM Parochialium uniones a Trid. Conc. improbantur: & quare. I. 10. 15. 16. & ſub 24. Unio in dubio non præſumitur facta, niſi concludenter probetur. I. 10. 17. Ne Nuncius quidem Apoſtolicus per unionem plenariam Monaſteriis factam poteſt Eccleſias ſæculares in regulares

res immutare. I. 10. 40. Datur ampliatio. I. 19. 41. Epiſcopus unire nequit Parochiales Eccleſias Hoſpitalibus, Militiis, Beneficiis ſimplicibus, Capellaniis. I. 10. 60. Uuire poteſt Beneficia ſimplicia, & Capellanias Eccleſiis Parochialibus, & Curatis: & quando. I. 10. 61. 62.

ECCLESIÆ Parochialis unio alteri Parochiali facta, quando valeat, & permittatur. I. 10. 68. 69. 71. 75. 76. 77. 97. Quando denegetur. I. 9. 139. I. 10. 73. Unio duarum Parochialium favore fabricæ Cathedralis admodum pauperis denegata. I. 10. 45. Facta ſine legitimis cauſis ipſo jure nulla eſt. I. 10. 78. Quando præſumatur juſta cauſa. I. 10. 79. Poſſeſſor Eccleſiæ, vel Beneficii uniendi an audiri debeat. I. 10. 102. Per proclama citandi ſunt omnes habentes intereſſe etiam ſecundarium. I. 10. 105. Nec ſummus Pontifex ſine Patronorum conſenſu Eccleſias unire ſolet. I. 10. 115. A fortiori ſi ſint Juriſp. regli. *Ibidem*.

ECCLESIA libera Parochialis ſi alteri Parochiali Patronatæ uniatur, quid agendum. I. 10. 120. 121. Plebs Parochialis uniendæ non eſt de jure vocanda; & quare. I. 10. 122. Quando audiri debeat. I. 10. 123. Capitulum Sede vacante an Eccleſias unire valeat. I. 10. 136. 137. 140. 142. Quid de Eccleſia a Patrono laico unita alteri Eccleſiæ. I. 10. 144. 145. 146. 149. 150. 151. *Alphonſus* Rex Hiſpaniarum quas, & quomodo Eccleſias univerit Monaſteriis. I. 10. 147. 148.

ECCLESIARUM unionum ſpecies quot, & quæ ſint. I. 11. 2. 3. 4. Unio æque principalis unica eſt. I. 11. 5. Unionis ſubjectivæ natura, & effectus. I. 11. 6. 70. 74. 75. 105. 106. 158. 165. 188. 196. Item unionis promiſcuæ, & incorporativæ. I. 11. 25. 26. Et æque principalis. I. 11. 30. 75. 135. Beneficia in Eccleſia unita exiſtentia quando, & quare nomen, & titulum retineant. I. 11. 22. 28. Unio incorporativa cum unione Eccleſiæ æque principali comparari nequit: & quare. I. 11. 37. 38, 129. Unio ſubjectiva, & plenaria eſt vere talis: & quare. I. 11. 24. Probationes concludentiſſimas exigit. I. 11. 55. 114. & ſub 216. Datur ampliatio. I. 11. 217. In dubio ſemper eſt præſumenda æque principalis; non ſubjectiva. I. 11. 57. 215. 216.

ECCLESIARUM unio cum ſit quid facti, & odioſa, ſemper debet concludenter probari: & a quo. I. 11. 58. 59. Contra libertatem Eccleſiæ præſertim Parochialis de una ad aliam ſeparatam non valet illatio. I. 11. 60. Unio æque principalis, & altera ſubjectiva, ſunt in uſu, & frequentiores. I. 11. 131. Bulla unionis decretum irritans præſeferens non poteſt præſcriptione interverti. I. 11. 62. Datur ampliatio. I. 11. 63. In unione ſubjectiva fere omnium difficultatum cardines conſiſtunt, I. 11. 64. Hujuſmodi unio probanda ex clara, non vero dubia Pontificis, vel Ordinarii diſpoſitione. I. 11. 65.

ECCLESIARUM Unio æque principalis quomodo probetur. I. 12. 61. 66. 78. 85. cum 4. ſeqq. 104. 104. 109. Signa indicantia vel excludentia unionem ſubjectivam. I. 11. 67. 69. 71. cum 3. ſeqq. 76. 79. 80. cum 4. ſeqq. 91. 109. 111. 112. 113. 145. 146. 155. 156. 157. 159. cum 3. ſeqq. 166. 167. 168. 170. 171. 173. 175. 176. 177. 180. 182. 183. 184. 191. 193. 194. 203, 205. cum 4. ſeqq. 211. 220. 221. Quid probet longæva obſervantia. I. 11. 92. 93. Quomodo ſimiliter probari poſſit unio, ejuſque qualitas. I. 11. 90. 97. cum 3. ſeqq. Si Parochialis Eccleſia unita nuncupetur Vicaria, ex hoc probari poteſt unio ſubjectiva. I. 11. 107. Quandoque tamen fallit: & quare. I. 11. 108. Conjecturæ, & præſumptiones quando admittantur ad probandam Eccleſiæ unionem. I. 11. 114. 115. 117. 125. cum 3. ſeqq. & ſub 90.

ECCLESIARUM unio incorporativa æque principaliter cum unione æque principali male confunditur: & quare.

Digitized by Google

re. I. 12. 130. 133. Unio incorporativa fieri poteſt vel ſubjective, vel æque principaliter. I. 11. 132. Unio incorporativa ſubjective facta, non eſt confundenda cum unione ſimpliciter ſubjectiva: & quare. I. 11. 137. 138. 139. Unio ſubjectiva etiam incorporativa paſſim dicitur, ſed dici nequit etiam ſimpliciter incorporativa: & quare. I. 11. 140. 141. 143, 144. Epiſcopus ſine Capituli conſenſu interponere nequit ſuam auctoritatem in negotiis tangentibus Eccleſiarum uniones, aliiſque ſimilibus. I. 11. 172. 174. Facta ab Executore Apoſtolico quando nulla ſit. I. 11. 181. Ex tribus ſententiis circa eamdem rem latis unio redditur indubitata, & notoria. I. 11. 199. Quando per teſtes probetur. I. 11. 200. 201. 202.

ECCLESIARUM Parochialiam, vel non Parochialium uniones quomodo olim, & nunc fieri ſoleant. I. 11. 223. 224. Si poſt revolutiones factas in Gancellaria, vel Dataria Apoſtolica non conſtiterit de unione male concluderetur, non eſſe factam: & ratio aſſignatur. I. 11. 225. Unio Eccleſiæ non citato auditoque Parocho, quandoque perficitur. I. 12. 142. Vide *Beneficium quoad unionem, Clauſula, Dignitas, Eccleſia quoad diviſionem, Juſpatronatus, Regula Cancell., Seminarium, Vicarius generalis*.

ECCLESIARUM præſertim Parochialium ſtatus ob illarum ſuppreſſiones, uniones, diviſiones maximopere alteratur. I. 12. 32. Quemadmodum in unionis, ita & in diviſionis, ſeu diſmembrationis materia ſemper eſt capienda ſtricta interpretatio. I. 12. 33. *D*iviſio Eccleſiarum facta abſque legitimis cauſis, atque ſolemnitatibus, ipſo jure nulla eſt. I. 12. 56. 130. 131. Datur ampliatio. I 12. 57. Cauſæ quibus Parochiales Eccleſiæ, earumque fructus diſmembrari queunt, reducuntur ad Eccleſiæ utilitatem, atque neceſſitatem. I. 12. 63. & ſub 66. 73. Neceſſitas, & utilitas qualis eſſe debeat: quomodo, & quare probanda ſit. I. 12. 64. cum 3. ſeqq. 70. cum 3. ſeq. & 34.

ECCLESIA ſita in confinio duorum Epiſcopatuum quando, & quomodo dividi queat. I. 12. 79. Epiſcopus dividere poteſt Eccleſias etiam unitas a Pontifice, vel ejus delegato: & quare. I. 12. 29. Eccleſia dividi poteſt ob cauſas, ob quas unita fuit, vel eſſet unienda. I. 18. 74. Item ſi ceſſaverint cauſæ, quæ unionem ſuaſerunt. I. 12. 80. Sique emergant cauſæ contrariæ illis, ob quas unio facta fuit. I. 12. 81. Cauſæ ob quas Eccleſia Parochialis dividi poſſit, vel non. I. I. 12. 82. uſque ad 101. & 126. 127. Diſmembratio Parochialis vacantis facta ab Epiſcopo, nulla fuit declarata: I. 12. 111. Rota explanatur. I. 12. 112. 113. 114. 118. cum 3. ſeqq. & 124. Diſmembratio familiarum ab Eccleſiis filialibus quando interdicatur. I. 12. 125.

ECCLESIÆ diſmembratio fieri nequit ante citationem intereſſe habentium. I. 12, 134. Quomodo conſtare debeat de citatione. I. 12. 134. 135. Ordinarius tenetur exquirere Capituli conſenſum. I. 12. 136. 137. Citatio, & conſenſus Vicarii Capituli non ſufficit: & quare. I. 12. 139. Illi ad quos Eccleſia pertinet, citari, & audiri debent. I. 12. 140. Item Parochus, & quare. I. 12. 41. Diſmembratio facta, illo non citato, & non audito, ſuſtineri nequit. I. I. 12. 123. Illius aſſenſus an ſit eſſentialiter neceſſarius. I. 12. 144. 145. Quo tempore debeat intervenire. I. I. 12. 146. cum 3. ſeqq. Quando fieri poſſit, eo etiam invito, & reluctante. I. 12. 150. Nomine Parochi in hac re quis intelligatur. I. 12. 151.

ECCLESIA vacante, etſi inferri amplius nequeat Parocho damnum, inferri tamen poteſt ejus ſucceſſori, & Eccleſiæ. I. 12. 152. Augmentum attributum novæ Parochiæ cum Eccleſia matrix vacaret, nullo ei dato defenſore, fuit a S. Rota nullum declaratum. I. 12. 154. Contrarium reſolvit S Cong.

Digitized by Google

Cong. Concil., & dantur rationes. L. 12. 155. cum 4. ſeqq. Clerus diſmembrandæ Eccleſiæ citari, & audiri debet. L. 12. 160. Item Patroni: & quare. L. 12. 161. 162. Dantur ampliationes, & rationes. L. 12. 164. 165. 176. Iuriſdictio, quæ in diſmembrationis actu non fuit aliis conceſa, adhuc reſervata præſumitur. I. 12. 170.

ECCLESIÆ diſmembratio an perfici queat ſine Parochianorum citatione. L. 12. 171. cum 5. ſeqq. Si injuſte diſſentiant, illa poteſt ab Epiſcopo perfici. L. 12. 177. Quemadmodum diſmembratio iis eſt denegauda injuſte petentibus. L. 12. 178. Quid ſi Parochiani ſe ſe obligent ad congruam novo Parocho ſuppeditandam. L. 12. 179. 180. 181. 184. Diſmembratio Parochialis an per Cappellani deputationem evitetur. L. 12. 185. cum 4. ſeqq. Beneplacitum Apoſtolicum quando requiratur. L. 12. 199. A quo, & quomodo probari debeat. L. 12. 200.

ECCLESIÆ Parochialis diſmembratio quomodo ineffectuata probetur. L. 12. 210. cum 5. ſeqq. & 217. cum 2. ſeqq. Nec S. Sedes ſine urgenti neceſſitate Parochiales Eccleſias ſcindere conſueſcit. L. 13. 22. Eccleſiæ diſmembratio ſubjectiva quando probatur, vel non. L. 12. 76. cum 3. ſeqq. & 81. A quo concludenter probanda ſit. I. 12. 84. Prælati inferiores habentes facultatem uniendi Eccleſias, an eas poſſint dividere. L. 12. 30. Poſt quam Eccleſia fuit plenarie unita, & in duas reducta, unaquæque remanet æqualis, excepta matricitate, & patronatu ſi adſit. L. 13. 3. Unde recens Eccleſia alterius juribus, ac privilegiis non amplius fruitur. I. 13. 4. Diſmembratio facta ex ſpeciali, expreſſaque Pontificis auctoritate, an ſemper valida præſumatur, & ſine ullo vitio obreptionis, vel ſubreptionis. I. 12. 192. cum 6. ſeqq. Vide *Beneficium*, & *Parochia quoad diviſionem*, *Regula Cancellariæ*, *Vicarius generalis*.

ECCLESIARUM viſitatio ab Epiſcopis peragenda duplex eſt. II. 5. 1. Prima, quæ ſacrorum liminum dicitur, eſt ſeptem Rom. Urbis Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum. II. 5. 2. Hanc Epiſcopi tenentur gerere per ſe, vel per ſubſtitutos, & referre S. Congregationi Concil. ſtatum propriæ diœceſis. II. 5. 3. 20. Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, Patriarchæ quando illam teneantur adimplere. II. 5. 4. & ſub 10. Abbates quoque, & Prælati, etſi S. R. E. Cardinales, a *Benedicto XIV.* obligantur. II. 5. 18. Juramentum in tali occaſione ſubeundum. II. 5. 10. Quid *D. Johanni Cantio* obvenerit. II. 5. ſub 20.

ECCLESIARUM altera viſitatio, quæ diœceſana dicitur, quid ſit, & quando perfici debeat. II. 5. 22. 23. 24. Munus viſitationis Eccleſiarum a *D. Petro* expletum, a variis Antiſtibus ſanctitate præclaris fuit proſequutum. II. 5. 27. Epiſcopus viſitare poteſt, ac debet omnes Eccleſias ſuæ diœceſis in iis quæ animarum curam reſpiciunt; & quomodo. II. 5. 30. cum 3. ſeqq. 35. 36. 37. 44. cum 7. ſeqq. 125. cum 6. ſeqq. 133. cum 3. ſeqq. 154. 155. *Murga*, & Rota non admittuntur. II. 5. 38. 39. Epiſcopi ante Concilium Trid. jam poterant ut ſup. viſitare omnes Parochiales Eccleſias. II. 5. 42. Facultas a Trid. Concil. Epiſcopis conceſſa, non eſt novæ juriſdictionis conceſſio, ſed ordinariæ confirmatio. II. 5. 43.

ECCLESIARUM Parochialium Regularium viſitatio facienda ab Epiſcopo, non eſt privativa, ſed cumulativa: difficultates reſolvuntur, & dantur ampliationes. II. 5. 45. cum 8. ſeqq. Quando Epiſcopus viſitare eas poſſit jure tantum delegato. II. 5. 58. Eccleſiæ Parochiales, & curatæ pertinentes ad Militiam & Religionem melitens. S. Jo. Baptiſtæ, quo jure, & quomodo viſitari poſſint ab Epiſcopo. II. 5. 63. 64. 67. cum 3. ſeqq. Dantur limitationes. II. 5. 71. 72. Quando non ſunt Parochiales nullo jure

jure ab Epiſcopo poſſunt viſitari. II. 5. 73.

ECCLESIÆ, Confraternitates, Hoſpitalia, & ſimilia ad Capitulum Lateranenſe ſpectantia, viſitari poſſunt ab Epiſcopo jure tantum delegato. II. 5. 74. Dummodo fundata ſint in ſolo Lateranenſi. II. 5. 75.

ECCLESIÆ Parochiales pertinentes ad locum, & Monaſterium, ubi Abbas generalis, aut Caput Ordinis ſedem ordinariam tenet principalem, ne delegato quidem jure viſitari poſſunt ab Epiſcopo. II. 5. 76. 77. Dantur limitationes. II. 5. 87. 89. Ubi Abbas generalis non habet primariam Sedem, poteſt Epiſcopus viſitare. II. 5. 79. Ad effectum obtinendi exemptionem quid ſufficiat. II. 5. 80. Sedes ordinaria, & principalis quænam dicatur, vel non. II. 5. 81. 82. 83. 85. 86. Item ne delegato quidem jure viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias Parochiales, ubi Abbas, vel alius Superior regularis juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem. II. 5. 93. Datur limitatio. II. 5. 94. Epiſcopus manutenendus eſt in poſſeſſione viſitandi Eccleſias ſuæ diœceſis, præſertim Parochiales. II. 5. 88. Ad effectum viſitandi debet juriſdictio concludenter probari. II. 5. 95.

ECCLESIÆ ne viſitentur ab Epiſcopo, quid probandum ſit. II. 5. 96. Viſitatio Eccleſiarum, & locorum *Nullius* peragi debet ab Epiſcopo viciniore, ut delegato Apoſtolico. II. 6. 106. Epiſcopus ante viſitationem, quid agere ſoleat. II. 5. 107. Quomodo recipi, & quid agere debeat. II. 5. 111. 117. 122. 123. 124. Quid viſitare queat in Eccleſia ſæculari, vel Regulari. II. 5. 125. *cum* 6. *ſeqq.* 123. *cum* 3. *ſeqq.* Quid inquirere debeat. II. 5. 137. 146. 147. Viſitatio Paſtoralis a majori, & digniori Eccleſia debet incipere. I. 6. 76. Contraria Notarii depoſitio, non exhibitis actibus viſitationis, non eſt attendenda. I. 6. 77. Omnes Eccleſiæ Parochiales, & Curatæ in dubio præſumuntur Epiſcopo ſubjectæ ad effectum viſitationis. II. 5. 131. Ex quo aliquam Eccleſiam non viſitaverit, referri nequit, illam non eſſe ſubjectam. II. 5. 182. Quæ in hujuſmodi viſitationibus fiunt, eamdem habent auctoritatem ſive ab Epiſcopo fiant, ſive ab ejus Vicario, aliove delegato. II. 5. 187. Si Parochialis Eccleſia ad Abbatis collationem pertineat, adhuc fit locus ordinariæ Epiſcopi juriſdictioni, & viſitationi. II. 5. 84. Talis Eccleſia adhuc ſæcularis præſumitur ex juris diſpoſitione. II. 5. 85.

Vide *Abbas, Actus, Epiſcopus quoad viſitationem, Euchariſtia, Parochus, Parochianus.*

ECCLESIA proprie non confertur, niſi per intitulationem. I. 2. ſub 96. Eccleſiæ liberæ, vel non liberæ collationis indicantur: I. 2. 47. 48. Parochiales Eccleſiæ in titulum, quibus conferri debeant. I. 13. 74. Parochialis Eccleſia poteſt pertinere ad collationem Abbatis, & tamen ſubjici ordinariæ Epiſcopi juriſdictioni: & quare. I. 5. 84. 65. Quando, nec ne devolvatur ad S. Sedem Eccleſia Parochialis liberæ collationis. II. 2. 104. 105. Vide *Beneficium quoad collationem.*

ECCLESIÆ Parochialis vacatio non ſolum intelligitur ob mortem Parochi, ſed ad alios quoque caſus extenditur. I. 2. ſub 101. Pendente vacatione Vicarius, ſeu Œconomus eſt deputandus. I. 2. 102. I. 4. 28. Eccleſia, vel Beneficium ſubjective unitum vacare amplius nequit. I. 11. 11.

ECCLESIARUM matricitas alia propria, alia impropria. I. 6. 2. 3. *Card. de Luca* non audiendus. I. 6. 4. Vocabulum Matricitatis æquivocum, adeoque impropriam tantum indicabit, nempe jus prælationis, & dignioritatis in reliquas, Eccleſias. I. 6. 36. 37. 38. Allegans veram matricitatem, hanc debet concludenter probare. I. 6. 39. 40. Ex ſolo jure nominandi Rectorem per ſe pro-

bari nequit: & quare. I. 6. 41. Vera, & rigoroſa matricitas quomodo probetur. I. 6. 42. cum 8. ſeqq. In impropria matricitate probationes quoque requiruntur. I. 6. 57.

